TRACTATVS
DE POENIS
DELICTORVM,

QVEM, AVDITORIBVS SVIS

Licentiatus Don J[illegible]annes Vela & Acunia, Collega maioris Diui [illegible]mæi Collegij, & Cathedræ Voluminis [illegible]o præfectus,

Sa[illegible]

AD LICENTI[illegible]

Antonium [illegible]

In hac secunda editione accessit Modus, seu Ordo procedendi in causis criminalibus ab eodem Authore explicatus.

Adiecta sunt deinde Summaria, cum Indice omnium Capitum, quæ in hoc Libro continentur.

Item & alter Index rerum notabilium, quæ hoc in opere repe-riuntur, alphabetica serie contextus.



CVM PRIVILEGIO.

Salmanticæ, Apud Antoniam Ramirez Viduam. An. 1603.

Expensis Martini Perez Bibliopolæ.

TRACTATVS DE POENIS DELICTORVM,

OPERA, AVDITORIBVS SVIS

Licenciatus Don [illegible]nes Vela & Acunia, Collegij maioris Diui [illegible] & Cathedra[illegible]

AD LICTORVM [illegible]

In hac secunda editione [illegible] in causis [illegible] ab eodem Authore explicatus.

[illegible]

[illegible] notabilium, quæ hoc in opere reperiuntur, [illegible] serie contextus.



CVM PRIVILEGIO.

Salmanticæ, Apud Antoniam Ramirez Viduam. An. 1603.

Expensis Martini Perez, Bibliopolæ.

Summa del Priuilegio Real.

CONCEDIO el Rey nuestro Señor Priuilegio [illegible] Perez librero vezi- no de la ciud[illegible] por tiempo de seys años pueda imprimir y vender vn libro intitulado, *Tractatus de pœnis delictorum*, y otro llamado *Modus, seu ordo procedendi in causis criminalibus*, prohibiendo que ninguna persona sin su licencia los pueda imprimir ni vender, so las penas en el dicho Priuilegio contenidas, cuyo original està en poder del dicho Martin Perez librero, al qual me refiero, despachado por el Secretario Vallejo, Fecho en la ciudad de Toro, â diez y ocho dias del mes de Febrero de 1602.

El Secretario Vallejo.

TASSA

TASSA.

YO Alōſo de Vallejo Eſcriuano de Camara del Rey nueſtro ſeñor, de los que reſiden enel ſu conſejo, doy fe, que auiēdoſe viſto por los ſeñores del vn libro intitulado, Tractatus delictorum, cō ciertas addiciones, y numeros, y ſummarios, tocantes al dicho libro, compueſto por Don Iuan Vela de Acuña Collegial que fue del Collegio viejo de S. Bartholome de la ciudad de Salamāca, que ante los dichos ſeñores ſe preſentò, y con ſu licencia y priuilegio fue impreſſo a inſtancia y pedimento de Martin Perez librero vezino de la dicha ciudad. Taſſaron cada pliego del dicho libro a tres marauedis y medio, el qual tiene quarenta y ſiete pliegos; que al dicho precio ſummis y monta cada volumen en papel ciento y ſeſenta y quattro marauedis y [illegible] precio mandaron ſe venda, y no a mas. y que eſta [illegible] -io del, para que ſe ſepa lo [illegible] vende de otra manera. Y para [illegible] dichos ſeñores del conſejo, y pedimento de [illegible] Martin Perez, di eſta fe en Valladolid a veynte y nueue dias del mes de Iulio, de mil y ſeyſcientos y tres años.

Alonſo de Vallejo.

ERRATA.

PAgina. 3. lin. 5. feræ nadiones. leg. feré nationes. pa. 5. li. 26. conſtetata, le. conteſtata. pa. 6. li. 27. cortus. le. coitus. pa. 37. li. 7. confiſcalis toco. le. confiſcatis loco. pa. 45. li. vlt. ciuili. le. ciuile. pa. 53. li. vlt. futū. le. furtū. p. 97. li. 14. homidio. le. homicidio. pa. 108. li. 16. Imperaturum. le. imperatorū. pa. 145. li. 6. ancipi. le. ancipiti. pa. 155. li. 7. miſsione. le. amiſsione. pa. 175. li. 24. condendatoria. le. condemnatoria. pa. 200. li. 30. dominio. le. domino.

Modus procedendi.

PAgina. 5. li. 14. audiciorem. le. iudiciorū. pa. 16. li. 11. promiſſa. le permiſſa. pa. 24. li. 25. is. le. ijs. pa. 37. li. 29. vlpionis. le. vltionis. pa. 58. li. 29. procedere. le. prodere. pa. 61. li. 32. Titi occidiūſſe. le. Titiū occidiſſe. pa. 64. li. 26. probationijs. le. probationes. pa. 58. li. 33. 34. petionem. venia. le. petitionem veniat.

Con eſtas erratas eſta impreſſo conforme a ſu original, eſte libro intitulado, Tractatus, de delictis, & de modo procedendi in cauſis criminalibus. En teſtimonio de lo qual lo firme. En Salamanca, oy ocho de Iulio. 1603. Años.

El corrector &c. *Manuel Correa De Montenegro.*

D. ANTONIO A

Borja, in sacro Iure Canonico Licentiato Dignissimo, maximi Collegij D. Bartholomæi Nobilissimæ Salmanticensis Academiæ Collegæ meritissimo, Apostolico vtriusque signaturæ, Iustitiæ, scilicet & Gratiæ, Referendario, Sanctissimæ Trinitatis Orensis Abbati, Villæ de Sancto Cypriano & de Vallençana Domino, Sanctæ Mariæ de Castellanos Priori, &c.

Martinus Perez S. P. D. E. V. F. P.

PRÆCLARVM erat olim Persarum institutum, amplissime & clarissime Vir, vt rem sacram facturi de pietate, Magistratum creaturi de iustitia, congressuri cũ hoste de fortitudine sermonẽ haberent, vt omne quod eo tempore fieri oportebat summa priùs & idonea ratione præmeditatum & alacri constantiáq; animo confirmatum ab illis cõgruenter videretur. Quorum laudabilia & præstantissima exempla mihi modò sanè ante omnia sequenda esse proposui, qui cùm hunc singularem Tractatum de pœnis delictorum in lucem edere statuissem, sermonem primùm habui, quem, scilicet, Patronum eligerem, cui illum præcipuè commendarem. Mecum tandem loquutus consilium hoc cœpi, tuo quippe illustri & penè diuino nomini tradere, & tibi vni despondere, planè in animum induxi meum. Videbam certè plurimum huic meæ operæ conducere, si virum excellentem & spectatissimum, honestissimum & sapientissimum, humanum & in Republica maximis grauissimisque causis probè cognitum, omniúque laude insignem, & in quo nihil desideres, quemque singularem esse virum dicas, honestæ rei, & semper vtili operæ adijcerem. Quis enim est, qui, licet ab omni hominum

commercio remotus, hoc ignorat? Cui amplissimum familiae Borja nomen vel nouum, vel inauditum sit? Is profectò iam non solùm mihi, sed etiam omnibus, quibus tam notum hoc est, quàm quod notissimum, nouissimus homo est. Nonne nouus est, qui D. Ildephonsum à Borja Valentinum Episcopum vigilantissimum, deindè Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem dignissimum, postremò Pontificem Maximum vel non legit, vel non audiuit, vel inter omnes Summorum Pontificum solidas & expressas effigies, quae passim omnibus proponuntur, non vidit? Qui etiam D. Rodericum à Borja Vicecancellarium aequissimum, tandemque Pontificem Summum perinde non legerit, aut non audierit, vel tanti Viri & Pontificis integrè redditam speciem non viderit? Qui quoque D. Franciscum à Borja Ducem Candiae IIII. virum à primo aetatis initio virtutis studiosissimum, diuinis rebus addictum modò non audierit? Qui pauperes & inopes à puero non tantùm coluit atq; dilexit, verum etiã semper studiosè adiuuit, & adeò humanus, adeoque religiosus fuit, vt illi sanè comparem paucos, anteponam verò neminem. Deniquè se totum in sancta Societate IESV Deo Opt. Max. dicauit, in qua munera quàm plurima eaque grauissima obtinuit, & in omnibus suo officio functus diligenter fuit. Sed diutiùs rem proferre non licet, cùm haec noua & obscura esse nemo existimet, imò potiùs peruulgata & trita omninò sint. Omitto praeterea, quae dicere de viris huius amplissimae familiae strenuis, qui in bello & in otio, in pace & in negotio multa administrarunt, facilè possem. Sunt enim qui Duces summi, Viceréges aequissimi, Legati nuncij pacis, & bellici consilij interpretes scientissimi, Gubernatores optimi, Oeconomi Honorarij, siue Maximi, Caesarum hac ferè nostra aetate fuerunt. Et sunt hodiè Praefecti Regij, Antistites grauissimi, Archiepiscopi excellentissimi. Sed quid? Nonne sunt haec satis omnibus nota? Sunt etiam non modò nota, sed notissima. Quare, vt iam ad rem, propositumque nostrum redeamus, cùm tanta tamque grauissima sit tua authoritas, tanta humanitas, tantum officij studium, vt facilè hominum animos amore deuincias, adhaec tanta tua in me meosque omnes beneficia, continere me non potui, quin meam hanc operam nunc tibi offerrem, tuoq; amplissimo nomini (si fas est) dedicarem. Cùm vt apud omnes meae in te propensae beneuolentiae (quandò aliter satisfacere non possum) gratum & aeternum sit testimonium iucundae & admirabili tuae humanitati debitum, tum vt magis recens haec mea cura eruditis viris & Iureperitis placeat, omnibusque ritè accepta fiat, ad summam ab

inuidis

inuidis & obtrectatoribus immunis & tuta peromninò sit, quam vt beneuolo (prout soles) animo accipias te vehementer rogo. Quis enim est, licet inconsultus & rationis expers, qui cum primum vel in operis titulo clarißimum virum D. Antonium à Borja viderit temerè quicquam tentare audeat? Qui conuicijs aut contumelijs meam hanc diligentiam persequi autumet? Quis etenim tam mordax (ne dicam impudicus) qui sentiens meam hanc operam & probabilem industriam à te benigno vultu & alacri animo esse susceptam obstrepat & oblatret? Imò vt illustre nomen Borja legerit toto corpore contremiscet, exanimisque cadet. Is nimirum est animi tui splendor, ea tua grauitas, ea vna cum virtute authoritas, ea tua humanitas & in moderando sapientia, ea in administranda republica existimatio, vt magna & veneranda, seu potius diuina nobis omnibus de te promittat, iamque sensim præstat, cùm post absolutam huius florentißimæ Salmanticensis Scholæ annuam & officiosam Rectoris prouinciam, alia magnifica & publica munera tibi & à potentissimo Rege Philippo, & à Pontifice Maximo libenter commissa sunt, tuæque insigni spontè mandata fidei. Sed ne modum huius scribendi generis vincam, & ne molesti καὶ περιέργου notam subeam te supplex oro & obsecro vt hoc studij mihi des, vt quem Tractatum ad te misi, quam primùm suscipias, tuoque firmissimo præsidio complecti velis, & meam hanc operam, curam, diligentiam & industriam ab obtrectatorum calumnijs acerrimè tuearis. Faxit Deus Opt. Max. vt quæ de te tota Hispania (& vltrà) sperat, secunda succedant omnia: Et in te vno publici illius & diuini Præconis nobile & excellens dictũ, siue (vt ferunt) superbum Vaticiniũ, Ter coronabitur Borja, *honorificè tandẽ & diuinitùs adimpleatur. Vale, amplißime & clarißime Vir, teque Deus Opt. Max. diutissimè incolumem seruet, & reddat Augustum.*

Salmanticæ Quarto Idus Iulij.

Ann. M. DC. III.

(:)

Ditioni tuæ præsto,

Martinus Perez.

TRACTATVS DELICTORVM IN POENIS IMPONENDIS pro singulis delictis à Licentiato Don Iuan Vela Año 1593.

PROOEMIVM.

Summarium ad Procœmium.

Iuris prudentiæ finis est, ciues bonos efficere num. 1.
Præmijs & pœnis ciues ad virtutem alliciuntur 2.
Reip. salus in delinquentium punitione consistit, & quare 3.
Pœna vnius multorum est metus, hocque & in brutis contingere 4.
Pœnam delicto conformem esse debere & huius tractatus causa 5.

CVM 1. voluisset Vlpian. iuriscon. perfectum iuris studiosum instituere, illud præcipuè ad finē iuris prudentiæ spectare scripsit bonos ciues efficere 2. Media autem seu instrumēta, quibus efficitur, præmia & pœnas esse affirmauit in l. 1. ff. de iustitia & iure, in l. fin. C. de statuis, & imaginibus, in Clementina cupientes de pœnis. & quanuis potissima harū partium sit præmijs afficere bonos, quoniam hanc partē iustitia perse intendit, vt docet Gueuara in dicta l. 1. lib. 5. num. 4. 3. Tamen & delinquentes puniri reipubl. maxime interest. l.

ita vulneratus 51.ff.ad leg.Aqui.c.vt pœnæ 35. de sentẽtia excom.ex punitione enim & præmiũ bonis,scilicet, quod tutius viuere possent,timore maiorũ sublato & emendato delinquẽte l.si pœna 20.ff.de pœnis,& exemplum vniuersæ reip.cõtingit.l.capitalium 28.§.famosos.ff.de pœnis.

4. Nam pœna vnius metus est multorum. l. pœna C. ad legem Iuliã repetun.quod in brutis quoque animantibus deprehenditur,scribit enim Plinius lib.8.natur.histo.c.8.visos fuisse in Africa crucifixos leones,à quibus fuerãtvrbes obsessæ, quo cæteri metu pœnæ similis absterrerentur; hinc illud Senecæ li.de ira,nemo pudẽs punit, quia peccatũ est, sed ne peccetur.

5. Cæterũ quia pœna similis esse debet delicto.l.scriptũ esse de his,quibus vt indignis,& delicta aliter hodie,aliter olim,variè apud nos, & variè apud alias nationes æstimãt,diuersæ quoq; pœnæ pro eodẽ delicto imponũtur, adeò vt operæpretiũ facturus sim,si vtriusq.iuris & Regij impositas pœnas pro singulis delictis recensuero,quod ordine alphabetico perficiam.

¶ Caput I. De adulterij pœna.

Summarium ad Caput primum.

Adulterij crimen atrocissimum,& quare nam.1.
Adulterium omnibus delictis grauius dici & an homicidio.2.
Lex codicillis.§.matre delegat.2.vero sensu explicatur 3.
Adulterij definitio traditur,& expenditur 4.
Coniugatus ad solutam accedens,adulterium non committebat.
Lege Iulia, adulterij accusationem maritis solum non etiam vxoribus datam 6.
Adulterium maritus iure pontificio,etiam cum soluta committit, & vxor si non criminaliter,ciuiliter tamen,idest,ad tori separationẽ, aduersus eum agere poterit.7. (excludit.8.
Vxor marito ad tori separationem agenti, adulterium obijciens eum
Diuortio etiam facto,si maritus fornicetur,cogitur iterum vxores admittere 9. (sari potest.10.
Adulterium cõmittit sponsa per verba de præsenti,& ab sponso accu-
Vxoris appellatione proprijssime spõsam de præsenti comprehendi 11.
Sponsa de futuro an adulterium committat 12.
L.81.Taur.& l.2.tit.15.lib.6.ordinã.exponuntur.13.
L.si vxor.13.§.Diui.& §.si minor.ff.de adult. & l.si proponitur 7.

C.eod.

CRIMINA 1. omnia ex proximi iniuria, & præiudicio æstimáda esse docet D.Tho.2.2. quæst.73. articul. 3. Soto libr.5. de iustitia & iur. quæstio.10. articul.5. ideoque cum ex adulterio maxima irrogetur iniuria marito ipsiusque cognatis,& parentibus, vt ex pluribus probat Tiraq.ad.ll.connubiales.l.13.numer.26. merito adulterium atrocissimum esse delictum, docuit Acursius, in.l.auxili.§.in delictis verbo.atrocioribus. ff.de minoribus.

2. Et in eius detestationem omnibus delictis grauius appellatur,in c.quid in omnibus 16.32.q.7.1c enim vera adulterio grauius est homicidiú ca.si quod verius 9.33.quæst.2.licèt Decius & communis in c.atsi Clerici.§.de adulterijs,& iudicijs Tiraquel.vbi suprà Palacius Rubeus,in repetitione Rubricæ de donationibus inter.§.77.num.3.Gomecius in.§. fuerat num.4.insti.de actio. Guillelmus Benedictus in cap.Rainuntius verbo.cuidam Petro nu. 50.109.de testamentis. Contra.

3 Sed male, quoniá tex.in.l.codicillis.§.matre.ff.de legatis 2.in illis verbis,& alius mihi deteriora fecit, non significat fratrem vxoris adulterium commisisse,cum testator vxorē appellauerit charissimam in principio testamenti, neque admittendi sunt,qui affirmant leuius ibi fuisse homicidiú, quia fuit necessarium ad defensionem propriæ substantiæ,cum occisus rapinam faceret occisori iuxta tex.in.l.2. & sequenti. ff. ad. l. aqui.in cap.3.de senten.excommu.quia verba illa dum ei rapinam facit,potius ponuntur à testatore ad augendum malitiam fratris occisoris. Filius enim rapiná faciebat,idest,locú præparabat ad rapos ferendos. Verius igitur est hic verba illa nó esse comparatiue accipienda,sed positiuè, id est, alia mala mihi fecit,sic enim Cic.in oratione pro Balbo dixit, hóc illi deterius contingit,id est,hoc malum illi contigit.

4. Est autem adulteriú,alterius tori violatio.ca.lex illa verb. adulterium 36.quæst.1.Hostiensis in summa titul.de adulterio numero primo.Couar.in 4.1.part.cap.7.num.8. Petrus Greg. lib.36.syntagmatum ca. 6.num.2. Cantera libr.2.quæstionum criminalium cap.4.num.24.& probat.l.1.titu.17. parti.7. indeq; solùm cum coniugata cōmittitur. l. inter liberas 6.§.lex ff.de adulterijs.l.inter stuprum 101.ff.de verborum significatione 5. ex quo primo cōstat,coniugatum si accedat ad solutá

adulte-

adulterium non committere cum non violet alterius torum, ac preinde non posse adulterij ab vxore accusari, l. 1. C. de adulterijs, vbi notant Acursius, Cinus, & alij, Tiraque. ad ll. connubiales. l. 7. num. 42. Couar. in 4. 2. part. §. 6. cap. 7. num. 5. Paleotus de notis, & spurijs, cap. 42.

6. Lex enim Iulia, quæ accusationē adulterij induxit solū marito accusandi cōcessit facultatē, vt cōstat ex verbis eius legis relatis à Briso. ad. l. Iuliā de adulterijs in princ. Ioan. Rosino lib. 8. antiquitatū Romanarum. c. 24. Ideo fortè quod hoc iudicium publicum sit. l. 1. ff. de publ. iud. iūcta. l. de crimine. C. qui accusare nō possunt, ergo eā ademisse videtur. l. cū prætor 12. ff. de iudi. imo neque ciuiliter ex adulterio mariti ad tori separationē agere licebat vxori, vt cōstat ex. l. 1. de repudijs in. C. Theodosiano, quod iure ciuili obtinuit.

7. Nā pōtificiū immutatū est; cōmittitur enim adulteriū à viro etiā cū soluta c. nemo 4. 32. q. 4. c. ille 14. 32. q. 2. c. trāsmissę, de eo qui cognouit cōsanguineā c. intelleximꝰ đ adulter. ideoque licet nō possit ab vxore criminaliter accusari c. apud misericordē 10. 32. q. 1. poterit tamē ciuiliter, idest, ad tori separationem text. sic intelligendus in ca. præcepit 19. & in ca. Christiana 33. 32. q. 5. docent Abbas num. 7. Immola. nu. 12. & communiter Canonistæ in ca. tuæ de procuratoribus, Socinus à numer. 12. in ca. maritis de adulterijs Couar. vbi supra.

8. Quinimo maritū ciuiliter agētē de adulterio ad tori separationē excludet vxor, si mariti adulteriū obiecerit, & ꝓbauerit. c. significasti, de diuortijs c. 1. vbi glo. & DD. vt lite nō cōstetata.

9. Imò & facto iam diuortio si maritus fornicetur, cogitur iterum vxorem admittere text. singularis secundum Abba. ibi in ca. ex literis. de diuortijs, docet gloss. vbi Abbas & cæteri Socinus n. 7. in ca. fina. de adulterijs, & ita practicandū erit reiecta glo. opinione in c. Apostolos 32. q. 7. vt defendit Couar. in 4. 2. p. ca. 7. §. 6. nu. 5. Mainerius in l. in ambiguis nume. 207. ff. de reg. iur. Iuli. Cla. lib. 5. sententiarum §. adulterium n. 17.

10. Secundo ex eadem definitione constat, quod cum vinculum quod est inter sponsos per verba de præsenti, sit verum matrimonium cap. sufficiat cap. cum initiatur 27. q. 2. quod si desponsata fornicetur committet adulterium cap. discretionē de eo qui cognouit consanguineam, & ideo poterit à sponso

accusari de adulterio, vt docuit glo. vbi Innocētius in dicto ca. glo. verbo, cum vxore in ca. 3. de sententia excommunicationis docet Bart. Albe. & Angel. in l. si vxor. §. diui. ff. de adulterijs, Clarus vbi supra nu. 8. Cassaneus in consuetudin. Burgundiæ. Rubrica 4. §. 9. num. 2. Anto. Gom. in l. 80. Tauri num. 47. Petrus Gregor. dicto cap. 6. numer. 2.

11. Appellatione enim vxoris etiā proprijssime cōtinetur spōsa. l. cui. 15. iuncta. l. mquius. 55. ff. de conditio. & demōstra. docet glo. in. § penultimo instituta. De excusationibus tutorum & apud nos expressum est in. l. 1. tit. 17. parti. 7. & in. l. 2. tit. 15. li. 8. ordinamenti & in. l. 80. tauri ibi *Por palabras de presente.*

12. Quid autē dicendū in sponsa de futuro satis controuertitur à Couar. in 4. 4. part. ca. 1. n. 6. Sarmiento li. 1. selectarum. capit. 5. Sed ego verius esse existimo ex prædicta diffinitione adulterium non committi, vt docet glos. verbo, siue hic in ca. quidam desponsauit 27. q. 2. contra glossam, verb. sponsam in cap. quemadmodum de iure iurando: nō enim violatur alterius torus, ius enim sponso non competit accedendi ad spōsam de futuro ante coniugalem consensum expressum, vel tacitum.

13. Quod apud nos expressum est in. l. 81. tauri & in. l. 2. titulo 15. lib. 6. ordinamenti. dum accusationem impuberibus denegari ait, quorum sponsalia traduntur ad sponsalia de futuro capit. 1. §. 1, de desponsatione impuberum lib. 6.

14. Neq; obstat tex. in. l. si vxor. 13. §. diui. & §. si minor. ff. de adulter. & in. l. si proponitur. 7. C. eodē quia licet loquantur in spōsa de futuro tamē ea accusatio procedit ibi ex rescripto Impera. nō quia tortus adulterinus sit, sed quia atrox iniuria irrogatur spōso. l. itē apud Labeonem. §. spōsam. ff. de iniur. docet Couar. vbi supra.

15. Quod autē attinet ad tori separationē, cōtrariū admittitur: quia si spōsa de futuro fornicetur nō cogitur vir eā in vxorem ducere, vt in cap. quemadmodum. cum alijs, de iure iurando.

16. Huius autē criminis vindicādi, quia quædā l. naturæ esse videtur pleraq; enim animalia etiā rationis expertia, si adulteria senserint, tota vi in pœnā cōsurgere legimus, vt de leone refert Plinius lib. 8. ca. 16. & de elephante Elianus lib. 2. de historia animalium, capit. 15.

17. Hincque vniuersi mūdi nationes adulteriū acerbissimis pœnis

pœnis vindicauerunt, vt cōstat ex Alexan.li.4.dierū ca.1.& ibi Tiraquel.in adnotationibus.idē in leg.13. cōnubiali à num.6. Menoc.de arbitrarijs casu 9.exceptis Nomadibus, qui cōmunes habebant vxores,& filios,& Scythis, quibus præter ensem, & cyatū vxores & liberi communes erant teste Alex.ab Alex. d.cap.1.quod attinet ad nostra iura. 18 Prima huius criminis pœna est iure ciuili canonū,& regio recepta dotis amissio, siue ciuiliter, siue criminaliter de adulterio agatur.l.Lucius 38. l.cū mulier 49.ff.soluto matrimonio.l.cōsensu 8.l.virū 9.C.de repudijs.l.si dotē 24.C.de iure dotiū.l.fina.C.de adul.ca.plerūque de dona.inter.l.25.tit.17.par.7.l.1.tit.7. lib.4.fori.l. 2.tit. 15.li.6.Ordinamēti.l.4.tit.22.lib.8.nouæ Recopil.l.81.& 82. Tauri docēt glo.& DD.in dict.c.plerūq; & in dict.l. consensu.Tiraque.in.l.1.cōnubiali nu.45.Couar.in 4.2. par. ca.7.§. 6.nu.1.Anto.Gom.in l.81.Tauri n.47.Bernar.Diaz regu.216. Gratian.regu.496.Didacus Perez in dict.l.2.ordina. pag.290. versic.dubiū,& Iulius Clar.dict.§.adulteriū nu.13.Cantera li. 2.quæstionū crimina.c.4.nu.38.& obtinet etiā in arris gloss. in dict.ca.plerūque recepta cōmuniter,& in bonis quæsitis constāte matrimonio, quæ iure regio cōmunia sunt viro & vxori. l.4.tit.4.Ordinamen.l.5. titu.5.li.5.Recopilationum.

19. Neque teneret consuetudo huic pœnæ contraria cap. penultimo de consuetudine, docet Rebufus ad constitutiones gallicas 1.tomo titulo de sententijs prouisionalibus nu.16.

20. In qua pœna imponenda nonnulla sunt à iudice obseruanda, primo dotem marito in totum & plene applicandam, si liberi non extēt ex eo matrimonio, si vero extent bona illa post mortem mariti filijs reseruentur, autentica, vt liceat matri & auiæ.§.de adulterio.colum 5.docet gloss.in capi.1.vt lite non contestata Couarru.& Gomecius, Palacius Rubeus in repetitione Rubricæ.§.20.numer.1.Salazar de vsu & consuetudine curiæ cap.5.num.29.& probat.l.1.titu.7.lib.4.fori, quæ in praxi seruanda erit cum probetur in l.82.Tauri etiam si correcta esset in dict.l.1.ordinamenti.

21. Secūdo obseruandū est huiusmodi pœnam locū non habere, si mulier adultera maritum quoque adulterium cōmisisse probauerit, tunc enim, quia paria delicta mutua compēsatione tolluntur.l.viro 4.ff.solu.matrimonio, dotē maritus retine

 re non

re non poteſt,vt eleganter conſuluit Paul.Caſtren.cōſi.128.ſequitur Palacius Rubeus dict.§.2. numer.3. Marſilijs in l.pater num.12.ff.de quæſtionibus.

22. Deinde alijs pœnis iure ciuili adulterij crimē vindicari ſolet,primo Romulus marito & cognatis liberam puniendorum adulterorū poteſtatem permiſit eorumque arbitrio pœnæ genus reliquit his verbis.

Si adulterium cōmiſit aliudue quid peccauit maritus iudex & vindex eſto,deq; eo cū agnatis cognoſcito,vt referūt Dony. lib.2.antiquitatū,Coſtano de dotibus cap.6.nu.26. Tiraquel. in l.13.connubiali nu.20.Anto.Augu. ſingulari de legibus ad leges regias l.9.idemque l.12.tabularum ſancitum erat.

23. Deinde Diuus Auguſtus Octau.legem tulit quæ l.de adulterijs appellatur Iulia.l.1.ff.de adulteri.qua adempto marito & cognatis eo iure,puniri adulteros relegatione cōſtituit. Deinde hæc l.Iuliæ pœna ab alijs Imperatoribus aucta fuit:nā D. Pius,vel diui fratres eā capitalē effecerunt,ideſt, adulteros deportari iuſſerunt ſucceſſū tēporis,Alexan.Seuerus Dioclecia. & Maximianus & Conſtantinus Impp.legibus latis adulteros vltimo mortis ſupplicio damnādos eſſe ſtatuerunt. l.eos 9.l. quāuis 30.C.de adulterijs.l.trāſigere 18.C.de tranſactio.

24 Poſtremo Iuſti.nouiſsimis conſti.in muliere ſtatuit , vt ſi intra biennium eam maritus non receperit,cogatur monachalē habitum recipere. autentica.ſed hodie. C.de adulter. in maſculo autem hoc Iuſti.iure firma manet mortis pœna,inter plures relol.Marti.del Rio in dict.l.tranſigere nume.113.

25. Ex quo apparet.l.Iulia. de adulte.mortis pœnā in adulteros inductā nō fuiſſe,vt probat.l.Claudi. 13.de his,quibus , vt indignis.l.ſiquis 5.ff.de quæſt.l.4.§.adulteri.ff.de re militari.l. 2.§.miles.ff.de his qui notantur infamia.l.ſtico 14. ff. de teſtibus docet Alcia.li.5.paradoxorum cap.8.Cuia.lib.8. obſeruationum cap.11.Rebardus lib.4.variarum ca.6. Couarr.in 4. 2. part.cap.7.§ 7.Menochius de arbitrarijs caſu 419. numer.30. licèt contrarium defendat Bart.& alij in dict.l.Claudius.

26. Quorum fundamentis d.§.item l.Iulia.Inſti.de publi.iudicijs & d.l.vide extra ordina.crimi.reſpondent ſupra citati [illegible]

27. Porro cum antè iure,ſi adulter Laicus ſit (poteſt enim ſuper hoc crimine inquirere & punire iudex Eccleſiaſticus etiā

contra

contra Laicos, quia mixti fori est vt ex cap. 1. de officio ordinarij, docen: Abbas & alij ibi, vbi Alcia. num. 18. Couarr. vbi supra num. 20. Clarus vbi supra num. 6. & §. sui quæstione 27. numer. 3) potest ab Episcopo excommunicari cap. intelleximus de adulterijs cap. consuluit el 1. de appellat. docet Aufrerio, in Clementina 1. Regul. 4. de officio ordinarij Couarr. & alij supra, adulteram etiam in monasterium detrudi cap. Gaudemus, de conuersione coniuga. si autem Clericus adulterium committat deponitur ab officio & beneficio, & in monasterium detruditur cap. si quis Clericus 81. d. docet gloss. in ca. lator. 2. quæs. 7. Abbas & DD. in ca. vt Clericorum de vita & honestate Clericorum, Couar. dict. §. 3 nume. 19. Grillatus libr. 3. de diuersis crimi. 42. num. 1. & quæstione 6. numer. 11. Bernardus Diaz in practica cap. 72. num. 2 Gregor. Lopez. l. 42. verbo, adulterio titul. 6. parti. 1. & Clericus efficitur infamis capit. 6. q. 1. docet Abbas in ca. at si Clerici. §. de adulterijs, de iudicijs Coua. Bernar. Diaz vbi supra.

28. Iure a utem regio partitarum pœna à Iustin. inducta in d. autenti. sed hodie, approbata est l. 15. titul. 14. parti. 7. Sed hodie hac pœna sublatā alia indūcta est, vt adulter & adultera in iudicio conuicti tradātur in potestatē mariti, vt de eis & de suis bonis faciat quodlibuerit, etiam occidendo. l. 2. titu. 7. lib. 4. fori l. 2. titu. 7. lib. 4. fori. l. 2. titu. 15. lib. 8. Ordinamenti l. 81. Tauri. l. 2. titul. 2. lib. 8. Recopila. docent Anto. Gom. & alij, in dic. l. 81. Didacus Perez in dict. l. 2. ordinam. Padilla in dict. l. transigere numer. 71. Salazar vbi supra num. 99. ac proinde poterit maritus mortem & aliam quamlibet iniuriam, seu membri mutilationem adulteris inferre l. neque 23. de adulter.

29. Dum tamen vtrique adultero eadem pœna irrogetur, quāuis enim ex di. l. 2. ordinamēti potuisset vxori parcere & adulterum accusare, vel è cōtra, hodie tamen ex. l. 89. Tauri non audietur nisi vtrūq; accusauerit, quod in praxi obseruādum erit, si adulter laicus sit:

30. nam si Clericus sit, poterit maritus omissa accusatione vxoris ipsum corā ecclesiastico iudice accusare: quia di. l. regia nō ligat personas & iudices ecclesiasticos, vt rectè aduertit Bernard. Diaz vbi supra num. 7.

31. Est autem aduertendum, quod iure nostro regio nullus ad

mitti potest ad accusandũ de adulterio, siue extraneus, siue coniunctus, nisi ipsemet maritus ex l.3.titu.7.libr.4. ordinaméti, & quotidie ita practicari testatur Anton.Gomez.in dict.l. 80. Tauri numero 49.

32. Hactenus tandem egimus de adulterij pœnis, quæ à iudice irrogantur si maritus velit se in iudicio vindicare, nunc de alia pœna agendum est, quæ adulteris à marito sine iudice irrogari potest, constat enim Romuli & duodecim tabularum.ll.permissum fuisse marito deprehensam vxorem in adulterio, & adulterum occidere, his verbis, mæchum in adulterio deprehensum occidito, vt referunt Otoma.ad.ll.duo.tabul.pagi.104.Couar. in 4.2.part.ca.7.§.7.in principio, qua facultate in vxores multis annis vsi sunt Romani, vt constat ex Mar. Catone in oratione de dote, ab Aulo Gelio relata lib.10.Noctiũ Atticarum ca. 23. his verbis. In adulterio vxorem tuam si deprehendisses sine iudi. impune necares, illa te si adulterares, digito non auderet contingere, neque fas est.

33. Lata auté à Diuo August.l.Iulia.de adulter. hoc immutatũ est: patribus enim qui filias in potestate haberent ea .l. cócessum fuit, domi suæ aut generi deprehésum adulterum & filiã propria autoritate occidere. l.patri 20.l. si veniet 21.l.neque 22.de adulterijs.dum tamen vtrumque occidat.l.nihil 32.ff.eodem: maritis autem illa potestas occidendi vxores adulteras in totum adempta fuit dict.l.neque 22.versicul.& ideo.licèt si de facto occiderent mitius punirentur.l.si adulterium 38.§.Imperator.de adulterijs.Fuit tamé permissum maritis adulterum occidere, si vilis persona esset.l.marito 24.de adult. tex.sic intelligendus in.l.Gracus.4. C.eod.nobilé auté viginti horas retinere.l.capite.25. de adulte.

34. Noua auté cõstitutione Iusti.licèt marito sine vlla distinctione adulterum occidere, si propter suspicionem prius eum ter admonuerit, ne cũ vxore in secreto colloqueretur, vt in autentica. siquis ei C.de adulter.prosequuntur hanc materiam relati per Alfanum collectanea 418. Tiraquel.in l.1.connubia. nu.4.& in l.13.n.5.Egy.Bofsius in practica ti.de coitu dãnato nu.49.& tit.de homicidio.nu.81.Iulius Clar. vbi supra nu.11. Couar.d.§.7. in principio Anto.Gom.in d.l.80.Tauri à num. 51.Menchaca controuersiarum illustrium c.49.num.9.

Iure

Iure autem regio partitarum hæ omnes distin. approbantur in l.12.& sequen.ti.7.p.7. At hodie nouiore iure licet marito, sine vlla disti. adulterum & propriam vxorem in adulterio deprehensos occidere, dumtamen vtrumq; occidat dict.l.2. ordinamenti l.82.Tau.l.3.titu.20.lib.8.Recopilatio. & ita practicari testantur Anto.Gomez, vbi supra & Gregor. Lop.in l.13. verbo.home titul.7.parti.7.

35. Imò & hoc nouiori iure facultas illa occidendi filiā patri adēpta est, licet cōfirmata fuisset in dict.l.14.par. quia cōcedebatur propter patriā potestatē, vt in dict.l.patri, quā hodie non habet pater in filiā nuptam ex l.47.Taur. vt eleganter resoluūt Grego.in dict.l.14.verbo *à su fija*. Couar. dict.§.7. num. 4. Pinell, in Rubrica C. de bonis maternis 2.part. Cassaneus vbi supra Rubric.4.§.1.num.2. licèt contrarium & male defendat Dida.Perez in dict.l.2.ordinamenti verbo, *Si se esposo*.

36 Requiritur autem, vt maritus adulterum & vxorem occidēdo excusetur in totum à pœna, quod inueniat eos non solū in actibus præparatorijs ad venerem, sed in ipso actu venereo, vt eleganter resoluit Pe.Gre. vbi supra cap.6. num.7. Coua. dict. §.7.num.3.& probat text.in l.quod ait.23.de adulter. ibi, si in ipsa turpitudine, & ibi, in ipsis rebus venereis & apertius in illis verbis Græcis, quæ latine hunc sensum habent, obscena in obscenis habentem, vt transcribit Budeus ibi, & Couar. vbi supra & constat ex dict.l.2.ordinamenti verbo, ibi, *Si el esposo los hallare en vno*, vnde non excusabitur maritus, si occisi inueniantur vestiti, & in tali loco, in quo si viui reperirentur non esset probatum adulteriū, secus tamē si reperiātur occisi in lecto vel alio loco secreto, & occulto nudus cū nuda, vt elegāter resoluunt Puteus in tractatu de syndicatu, in parte, quia dicitur colūna 2. Anto.Gom. vbi supra nu.56. hincq; apparet, quod si maritus occiderit adulteros, aut eorū quemlibet non infragāti crimine, & delicto, & pro defēsione probet eos adulterasse, quod licèt nō teneatur ordinaria pœna homicidij argum. l. nihil.32. l.si adulterū 38.§.Imperator. de adulte. l. si quis in graui §. maritus ad Syllanianū l. r.§.fina. de Sicarijs l. Diuus ad l. Pompeiā de parri. licèt contrarium & male defendat Anto. Gom. vbi supra num.58. tamen exilij tandem pœna multandus erit ex dict. l.Gra.in fine & ita practicatur.

 37. Est

37. Est postremo aduertẽdũ, quod hoc casu perdit maritus dotem, quam sibi lucrari diximus, propter adulterium, & licèt excusetur à pœna, non tamẽ excusatur à culpa, peccat enim mortaliter, si propria autoritate occidat cap. inter hæc, vbi glo. cap. admonere 23. quæst. 2. & etiam communis opinio ex Syluestro in summa, verbo, adulterium 1. quæst. 2. Coua. vbi supra à num. 8. Anto. Gom. num. 52. & in l. 76. Tauri num. 78. Mencha. de successionum creatione. §. 7. num 22. Sot. lib. 5. de iusti. & iur. quæst. 1. articul. 3. Nauarr. in Manua. cap. 15. num. 3. licèt contrarium defendat Clarus dict. §. homicidium num. 50. & alij, quos rectè improbat Couar. vbi supra.

De Apostasiæ pœna, Caput II.

Summarium ad Caput secundum.

Apostasiæ diffinitio & etymologia num. 1.
Apostata est qui Christianus cum esset ad aliam legem transiuit 2.
Hæreticus quis sit, & eius ab Apostata discrimen 3.
Apostasiæ pœna iure ciuili, quæ. 4.
Apostasiam qui suaserit, qua pœna plectatur 5.
Apostasiæ pœna iure regio quæ? & quæ iure Pontificio? 6.
Apostasia hæresis species est: vnde de ea non secundum ciuiles, aut regias. ll. sed secundum Pontificias iudicandum 7.
Apostasiæ cognitionem inquisitoribus solis competere 8.
Apostatæ hodie si pæniteant pœnas euadunt 9.
Apostatæ bona licet olim extantibus filijs non confiscarentur, hodie confiscantur 10.
Monachi professi habitum religionis deserentes Apostatæ sunt, num. 11. *secus tamen si cum habitu fugiant & vagentur* 13.
Monachi, qui ante professiones habitum deserunt Apostatæ non sunt, neque ad expensas monasterio tenentur. 12.
Monachus ad laxiorem religionem, sine Pont. licentia transire non potest: & quid requiratur, vt ad aliam parem vel arctiorem transire valeat 14.
Monachus etiam si absque licentia ad laxiorem religionem transeat, Apostata non est: excommunionis tamen gladio feritur 15.
Clericus qui habitum clericalem, & tonsuram dimittit, & laicorũ more viuit, Apostata est & multis pœnis punitur 16.

DIF-

DIFFINITVR 1. apostasia, vt sit temerarius à statu fidei obedientiæ, vel religionis recessus à D. Thom. 2.2. quæst. 12. arti. 1. Summa Syluest. verbo. apostasia numer. 1. Socinus, Abbas, & alij in Rubri. de Aposta. Hostiensis in summa eodem titul. numer. 1. Simancas de Catholicis institutis. cap. 1. & inde apostata dicitur, quasi retroabiens cap. non obseruans 26. q. 7. glo. in capit. 1. de apostatis.

2. Ex quo primo constat Christianũ si à Christia. religione recedat & efficiatur Iudæus, Sarracenus, vel paganus apostatam esse, quẽ perfidum appellamus, idest, *renegado*, docet Alcia. num. 48. & grauius multo peccat, quã hæreticus glo. in Rubr. C. de apostatis. Villadiego in tractatu contra hæreticam prauitatem quæst. 5. num. 6. Arelatanus tit. de hæreticis notabili 44. Simancas vbi supra.

3. Hæreticus enim dicitur, qui vni aut alteri fidei articulo contradicit, Apostata verò qui omnẽ prorsus fidẽ Christianã repellit, vnde seuere hoc detestabile scelus omni iure vindicat.

4. Iure enim ciuili primo bona eius fisco quærũtur. l. 1. C. de eo, quod intelligendũ est si liberos nõ habet, vt ex autẽtica si qua mulier. C. de sacros. Eccle. docet Iul. Cla. lib. 5. sentẽtiarum. §. fina. quæst. 78. num. 4. & apertius probatur in l. apostatarum 4. C. de apostatis. Deinde ex eo die, quo fidem reliquerunt intestabiles esse & incapaces testamentorum donãdi, aut alienandi fiunt. l. 2. C. de aposta. & omnibus priuilegijs priuantur, quæ cõpetunt Christianis l. 24. de apostatis in C. Theodosiano, & hoc iure etiam si resipuerint non admittũtur, cum pœnitẽtia, sed sine venia prædictis pœnis afficiũtur dic. l. 4. verbo.

5. Qui huius criminis suasor fuerit vltimo supplicio plectẽdus erit ex l. eũ, qui. C. de apostat. docent Sali. & communis ibi Petrus Gregor. li. 30. syntag. cap. 8. num. 14. Sed ego existimo hoc iure eandem fuisse apostatæ & suasoris pœnam, ac proinde l. illam non de mortis pœna esse accipiendam, sed potius de deportatione, cuius rei argumento sunt ea verba cum dispẽdio fortunarum: non enim necesse erat fortunarum dispendiũ mortis pœnæ adijcere, cum eo iure damnatis semper bona adimerentur toto titulo. ff. & C. de bonis damnatorum. Vnde verba illa, Capite plectendum, ad deportationem pertinent, quæ punitur,

punitur, id est, diminuitur caput. §. 1. insti. de capitis diminutione.

6. Iure verò Regio, si Apostata ad fidem non reuertatur morti damnandus est, & bona eius filijs Catholicis & consanguineis vsque ad decimum gradum applicantur, quibus deficientibus ad cameram Regis pertinebunt l. 4. titu. 25. parti. 7. Etiam si autem ad fidem reuertatur manet infamis, & non potest testari neque ad honores aspirare, & est incapax hæreditatis, & contractus ab eo celebrati ex eadē. l. 5. tit. 25. parti. 7. & hoc iure pœna ignis imposita est, in eum qui alium apostatare cogit, aut suadet ex l. 1. titul. 1. lib. 4. fori. Pontificum autem iure præter infamiam & testimonij interdictionem, quam statim incurrūt cap. non potest 29. 7. cap. infamis 6. quæst. 1. eisdem pœnis apostatæ subijciuntur, quibus hæreticos afficiendos esse dicemus infra in cap. de hæreti. ita probat text. in cap. contra Christianos, de hereticis libr. 6. Docent Hostiensis in summa titulo de apostatis num. 3. Socinus & alij in ca. 1. eodem.

7. Et meritoquidē quià heresis est genus, Apostasia autē species, vt docent elegāter Syluester in summa, verbo, apostasia n. 2. Alfonsus à Castro libr. 1. de iusta hæreticorum punitione ca. 7. & 23. Siman. vbi supra cap. 3. Cantera lib. 2. de locis Theologicis ca. 9. Ioan. Rojas, de hæreticis 1. p. à nu. 468.

Vnde deducitur omnes. ll. aut ciuiles aut Regias de hoc crimine disponentes, non esse practicandas, sed standum esse omnino iuris Canonici dispositioni, tum, quia sunt nullæ, cum de re Ecclesiastica disponant cap. Ecclesia. S. Mariæ. de constitutionibus, cap. bonæ quidem 96. d. qualis est hæresis. c. vt inquisitionis. §. prohibemus de hæreticis libr. 6. tum quia in dict. §. prohibemus dominis secularibus, & iudicibus expresse prohibitū est, ne aliquo modo de hæreticis cognoscant, aut iudicēt.

8. Secundo deducitur meritò hoc apostasiæ crimen inquisitoribus specialiter commissum esse à Clemente IIII. vt refert additio glo. in dict. cap. contra Christianos, & sic hodie practicari testatur Rojas vbi supra.

9. Tertio deducitur quod etsi l. ciuili apostatæ pœnitētes non admittantur, vt pœnas euadant, ex dict. l. hi qui sanctam. C. de apostatis, tamen hodie admittentur ab Inquisitoribus cum sint vt hæretici puniendi. Constat enim hæreticos pœnitētes admitti

mitti cap.ad abolendum 9.§.præsenti de hæreti. & in specie dicunt Villadiego dict.tractatu quæst.20.Abb.Cardina. & Anania in ca.quidam.de apostatis.Simancas vbi supra num. 2. Castro dict.li.1.capit.23.qui refellit Arelatensem in tractatu de hæreti.nota.44.qui contra communem nitebatur contrarium defendere.

10. Vltimo deducitur,quod licèt ex dispositione iuris ciuilis,& Regij bona Apostatarũ nõ aliter fisco deferãtur,quã si liberi non extent,tamen hodie in præiudiciũ filiorũ cõfiscabũtur,vt docet gl.verb.procedendũ in dict.c.cõtra Christianos. sequuntur Hostien.vbi supra Greg.Lopez in l 4. verbo, *asus fijos*, titulo.25.parti.7.quia ibi de hæreticorum bonis expresse decisum estin capit.cum secundum.ll.de hæreti. lib.6.

11. Secũdò ex prædicta definitione deducitur Monachum,si suæ religionis habitum deserat Apostatam esse; discedit enim à statu religionis glo.in cap.1.de Aposta.glo.1.in cap.ex parte de tẽpor.ordina.notant Hostien.in summa nu.2.Abbas Socin. & alij in Rubri.de aposta.Simãcas dict.c.2.Rebuffus in practi. tit.de modis amitten beneficia nu.47.Castro dict. lib.1.cap.7. Syluest.in summa.verbo.aposta.n.3.& 9.Menochius de arbit. casu 421.Iuli.Cla.li.5.sententiarum,§.final.q.78.num.4.& de his loquitur titulus de aposta.& tex.in cap. quantumlibet 44. dist.quod intelligendum est,de Monachis professis.

12. Hi enim quos nouitios appellamus, sine apostasiæ nota possunt egredi religionẽ ca.statuimus,vbi Abbas de regularibus,neq; tenentur ad expẽsas sibi à monasterio factas secundũ DD.communiter in cap.non solũ eodem titu.li.6.de regula.

13. Requiritur etiam quod habitum religionis dimittat, nã si eo retento incipiat vagari,& occultari superiori,non vt apostata,sed vt fugitiuus punietur,docet Calderinus consil.1.de aposta.Clarus & Syluest. vbi supra.ad apostasiam enim requiritur animus viuẽdi laicaliter ca.1.de aposta. qui per habitus dimissionem probatur.

14. Ex qua ratione lege deducitur,quod licèt professus in vna religione,nõ possit ad laxiorem transire cũ sui prælati licẽtia, sed necessario requiratur Põtificis dispensatio glos.verbo.per militatis in cap.non est vobis,de regula.& verbo.Canonice.in cap.cum singula.§.prohibemus.de præbendis libro.6.docent

Abbas

Abbas in dict.ca.nõ est vobis Lap.allegatione 131. Menoch. vbi supra.num.16.verbo religio.num.2.Rebufus in practi.tit. de translatione monach.num.9.neque ad parem,nisi sui superioris adsit licentia,& consensus cum causa,vt probant glo. supra relatæ & in cap significatum de regularibus.Syluester dic. num.2.Meno.35.Rebuf.nu.7.Nauar.consil.1.de aposta. & licèt ad arctiorem regulam (quæ autem arctior sit prælati arbitrio relinquitur) trãsire nõ possint,nisi cum licentia prælati.c. statuimus 19. quæstione 3. quam tamen petisse sufficit, licèt non obtinuerit c.licet de regularibus,docét omnes vbi supra.

15. Tamẽ etiã si his omnibus prætermissis ad laxiorẽ regulam transiret,quia non habet animum viuendi laicaliter non dicitur apostata glo.pertinentem ibi in dict.cap. ex parte glo. in capi. fina.de apostatis Abb.in capit.sane de regularibus. Menchaca vbi supra num.33.punitur autem hæc apostasia pœna excommunicationis ipso facto ca.vt periculosa,ne clerici vel Monachi.lib.6.& infamiæ cap.alieni.2.quæst.7. cap. ab ea.3. quæst. 4.neq; potest ad dignitatẽ eligi.c.legi.16.q,1.nec in sacris ordinibus,quos in apostasia suscepit.potest ministrare, neque cũ eo dispensari,nisi à Roma.Pontific.ca.fina.de apostatis, & nõ gaudet priuilegio clericali ca.1.eodem, quod intelligũt DD. post trinam monitionem cap.in audientia de sententia excom muni.& præterea quælibet religio,diuersis pœnis flagellorum & ieiunij afficere solet apostatas,secundùm cuiusque constitutiones & mores.

16. Eisdem pœnis afficiendus est clericus, qui dimisso habitu clericali,& tonsura laicaliter viuere instituit, est enim apostata cap.1.de apostatis.& si admonitus ab Episcopo in eodem statu persistat,deponendus est cap.fine ornatu.cap. præcipimus 21.quæst.4.docent & prosequuntur supra relati Bernard. Diaz in practica cap.109.& hodie extat motus proprius Pij V.nouas inducens pœnas contra clericos,qui tonsuram dimittunt.

(?)

¶ De assassinij Pœna, Caput III.

Summarium ad Caput tertium.

Assassinium proprie quid num.1.
Assassini erant Populi quidam ex Syria 2.
Assassinium & Assassini vulgo quid sonet.3.
Assassinium tunc tantum dicitur cum Christianus est is, qui interfectus est.4.
Assassinij pœnæ licet mandantibus positæ occisores tamen ipsos etiã comprehendunt.5.
Assassinij in crimine affectus etiam punitur, licet alias effectus requiratur.6.
Pœna ordinaria an puniendus sit affectus assassinij, ad effectum non perductus.7.
Assassinij pœna quæ iure ciuili & regio.8.
Assassinus iure pontif. excommunicatione, depositione, & diffidatione punitur, & diffidatio quid sit.9.
Assassinos, diffidatos propria authoritate quilibet, & sine peccato occidere potest.10.
Pœna assassinis imposita iure Pontificio vbique est practicanda.11.
Clericus ab assassinis diffidatus licite potest à quolibet seculari iudice etiam absque degradatione puniri.12.
Assassinus, vt possit impune à priuato occidi quid requiratur.13.
Pecunias ob homicidium accipiens, eas in conscientiæ foro restituere tenetur.14.

1 SI assassiniũ propriè accipiatur, ferè inutilis esset hæc tractatio. Est enim assassinium perpetratũ homicidium à certo hominũ infideliũ genere, mercede aliqua constituta, aliquo Christiano mandãte
2 Assassini enim erant populi quidam ex Syria, qui à pueritia ita instituebantur, vt inimicos Regis, cui obediebãt, aut quoscumque ipse iuberet facillimè occiderent, opinantes se Deo obsequiũ præstare, vt significat tex. in cap. 1. de homicidio li. 6, ibi, securitatem ab eorundem assassinorum domino; & docent ibi Ancarta. notabili. 6. Ioan. Andreas. col. 2. & Dominicus in principio, Aretinus cõsil, 165. Syluest. in summa verbo,

assassinium num. 1. Couar. li. 2. variarũ cap. 20. n. 10. & in Clementina, si furiosus 2. part. in initio num. 9. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 136. Petrus Plaça in epitome delictorum ca. 19. num. 1. Menochius de arbitrarijs casu 360. nu. 41. Petrus Greg. lib. 35. syntag. cap. 5. nume. 2. Remigius de Goni. in tractatu de immunitate Ecclesiæ fallentia 15. num. 2. Salzedo in additionibus ad Bernandum Diaz in practic. cap. 101. litera, D. Cantera 2. part. cap. 6. num. 54. existimantes huius criminis pœnas statim referendas, pro his solum imponendas esse, quæ ab infidelibus pecunia conductis perpetrantur.

3. Sed communi vsu loquendi assassinium dicitur, homicidiũ perpetratum ab hominibus pecunia ad id conductis, & inde assassini sunt, qui pecunia aliove precio hominem occidunt, contra quos easdem pœnas locum habere, quæ contra proprios assassinos inductæ sunt existimarunt plures relati à Couar. Pla. Men. Remigio & Cantera vbi supra, Perusinus. & alij in dict. c. 1. Bar. in l. non solum. §. si mandato numer. 14. de iniurijs & l. Cicero. de pœnis. Hippo. in practic. §. examinanda num. 21. & §. diligenter num. 156. Carrerius in practic. titul. de homic. §. circa tertium, in principio Iulius Clar. § assassinium num. 1. Anto. Gom. 3. tomo variarum cap. 3. nu. 10. & hanc opinionẽ esse apud nos consuetudine approbatam testatur Greg. Lop. in l. 3. glo. 1. tit. 22. parti. 7.

4. Est autem aduertendum non aliter assassinum dici, quam si interfectus Christianus sit, vt in dict. cap. 1. probatur ibi, quempiam Christianorum, &c. quod aduocatus articulare debet, vt assassinij pœna imponatur, quod se practicasse testatur Ioann. Andr. ibi, Alexand. consil. 166. volum. 7. Bald. in l. si quis non dicam rapere colum. 3. C. de episco. & Cle. Syluest. vbi supra num. 1. Pla. num. 8. Cla. num. 1. Bosius in praxi titu. de mandato ad homicidium nu. 23.

5. Secũdo aduertendum est, quod licet huius criminis pœnæ nominatim ipsis mandantibus imponantur, neque de occisoribus mentio fiat, erunt tñ eædẽ pœnæ occisoribus imponẽdæ, vt constat ex dict. ca. 1. vbi contra receptatores inducuntur prædictæ pœnæ ergo multo magis contra ipsos assassinos, vt in specie docet Bar. in di. l. Cicer. Sali. in l. non ideo. C. de accusationibus Bosius. vbi supra nume. 23. Angelus de maleficijs, verbo,

Sempronium mādatorem,in principio. Plaça vbi supra nu.11.
6. Vltimò aduertas, quod licet regulariter in criminibus non punitur affectus,nisi sequatur effectus l.1.§.hęc autem verba.ff. quod quisque iuris.l.item apud.15.§.si curauerit de iniurijs.l. si quis vxori.53.§.si quis de manu.de furtis: tamen quia in atrocioribus sufficit delictum esse attentatum.l. si quis non dicam. C. de episc. & Cle.l. si quis cum telo. C.de sicarijs.l. quisquis ff.ad l.Iuli.Maiesta.notat gloss.verbo , putamus in dict.§. hæc autem, & verbo, cogitare.l. præsenti. C.de his,qui ad ecclesi. Felin.in tractatu,quando conatus versi.fallit 5. est assassinij crimen atrocissimum dict.ca.1.licet effectus non sequatur puniēdi sunt assassini ex dict.cap.1.ibi,quanquam ex hoc mors, &c. docet Angel.de malefic.versi. Sēpronium mandatorem num. 4.& 7.Bal.in dict.§.hæc verba.

7. Sed longa disputatio est,an eo casu imponenda sit pœna ordinaria,quod significare videtur tex.in dict cap.1.contradicente communi.DD.sententia , quæ habet delictum imperfectum non esse ordinaria pœna puniendum,quam resoluunt Socinus, & Salice. in dict.l.si quis non dicam. Angelus vbi supra nume. 7.Ludouicus Carrerius in practica titulo de homicidio §.2.numer.19.

Vera resolutio est, quod si conatus peruenerit ad actum proximum delicto, vt quia Christianum percusit , quia non stetit per eum quo minus perficeretur , mortis pœna punietur , qui mandauit,& mandatarius:quo casu loquitur tex.in dict.cap.1. secus autem esset si solum constaret de mandato, & non de percussione, vt resoluit Coua.in dict.Clementina 2.part.in initio à nu.6. Meno.dict.casu.365 .à num.41.

8. Puniuntur autem seuerissimè assassini.Iure enim Ciuili certa pœna imposita non est,sed solum indistinctè cautum,mortis pœna plectendum,qui pecunia recepta alium occiderit , licèt, alibi mitiori pœna puniretur,ex text. in l. Cicero. de pœnis, quæ mortis pœna imponenda est , ita vt prius ad caudam equi trahatur,& post deinde in frusta scindatur , vt de consuetudine obseruari testatur Abbas in ca.at si.nume.41.de iudicijs,Capitius decisione 155. Clarus numero.4. & Plaça numero 5.vbi supra.

Iure Regio tam contra mandantem , quam contra mandata-

rium.indistin tè pœna mortis imposita est, in l.3.tit.27.par.7. item hodie amittit dimidiam partem bonorum, quia committit crimen proditoris.id est, *de aleue o traydor*, vt ex l.7. titu. 7.l.2.titul.13.l.2.& 13.& 16.titul.final.libro.8. ordinamenti, obseruant Gome.& Pla.vbi supra.

9. Pótificum autem iure seuerius multo hoc crimen vindicatur: pœnam enim excommunicationis & depositionis ab officio, beneficio, ordine, & dignitate incurrunt, & præterea sunt diffidati à Populo Christiano, vt in dict.capit.1.de homici.lib.6.est autem hæc pœna diffidationis, vt à quocunque libere occidi possint, & eorum bona occupari argumento, text. in l.3.§.final.de sicarijs, & est optimus text.in capit.felicis.de pœnis lib.6.& in cap.1.de Scismaticis in 6.docet Angel.consilio.15.Dominicus in capit.1.§.final.numero 11.& ibi Perusinus num.5.Cinus in l.reos quæst.6.C.de accusatio. Syluest. verbo.assassinium n.3.

10. Est auté aduertendum, primo, quod licet maritus occidés propria autoritate adulteros non excusatur à culpa, vt diximus supra capit.1.tamen qui occiderit assassinos, dummodo bono animo faciat, excusabitur à culpa, vt post alios resoluit Sylue. vbi supra verbo, homicidium 1.num.6.Soto li.5. de iusti.q.1. artic.3.quia l.non solum hoc casu permittit homicidium, aut impunitũ relinquit, vt in marito, sed laudat & approbat, vt patet in dict.ca.1.

11. Secundo aduertes eam Pontificis constitutionem non solũ contra laicos suæ iurisdictionis esse practicandam, sed etiam contra quoscunque alijs Principibus quo ad tẽporalẽ iurisdictionem subditos, cum hoc crimen tam atrox sit, & Christianæ religioni nimis perniciosum. Constat enim ad meliorem spiritualium gubernationem posse Papam temporalem iurisdictionem exercere, ca.grandi de supplenda negligentia Prælatorum libr. 6. capit. licèt cap. ex parte de foro competenti & in proposito docent Abbas in capi.si duobus columna fina.de appellatio. Barbacia in capit.1. de proba. Pla. vbi supra num.20.

12. Tertio aduertas, quod cum illa diffidationis pœna contra Clericos quoque locum habeat ex dict.cap.1.licet clerici non possint à iud. secu. puniri, nisi præcedat actualis degradatio,

& traditio facta curiæ secularij, iuxta tex. in capi. cũ non ab homine de iud'. docent Couarruuias in pratica capitul. 33. numero 2. Iuli. Clar. §. final. libro 5. quæstione 36. tamen clericus crimen assasinij committens poterit absque degradatione, aut remisione facta à iudice secu. puniri, quod patet in dicto capitulo 1. Nam si potest à quocunque occidi; multo magis à iudic. quanuis secularis sit, ita docent Domin. & alij in dicto capitulo 1. Hippo. in pratica. §. si diligenti numero 160. & §. examinanda à numero 25. Capitius decisione 112. Bernard. Diaz in pratica capit. 96. & alij plures, quos referunt Couarruuias dict. libro. 2. variarum capit. 20. numer. 10. Cla. dict. quæstione 36. numer. 29. Pla. dict. capit. 19. numero. 26. & omnium latisime Arnaldus Albertinus in cap. quoniam, de hæreticis libr. 6. columna 147. versicul. 8. & vltimo fallit.

13. Quod sine difficultate procederet, si homicidiũ fieri mandaretur per infidelem: nam si per Christianum, dubitat Couarruuias, & Pla. vbi supra. Ego tamen id intelligendum existimo post sententiam declaratoriam à iud. Ecclesi. latam, quod clericus est assasinus, alias impune à priuato occidi non poterit, neque à iudic. secul. puniri, vt ex communi docet Pla. dicto capitulo 19. numero 27. Salzedo in additionibus ad Bernar. Diaz dict. cap. 96. litera. B. Cantera 2. p. ca. 6. num. 47.

14. Vltimo aduertas eos, qui receperint pecunias propter homicidium, teneri eas restituere in foro cõscientiæ, vt resoluunt Alexandr. in l. prima. §. 1. ff. de eo, per quem, & ibi Bald. Angel. de maleficijs versiculo, & Sempronium mandatorem numero 5. quæ restitutio facienda est hæredibus occisi, secundum Alexandr. vbi supra Carrer. in praxi, titulo de homicidio. §. 2. numero 3. Pla. vbi supra numero 7.

¶De aleatoribus, vide, de ludo.
¶De Abigeis, vide, de furtis.
¶De abortis, vide, de homicidijs.

¶De blasphemiæ pœna, Caput IIII.

Summarium ad Caput quartum.

Blasphemia crimen grauissimum.num.1.
Sepulturam Ecclesiasticam blasphemo ante pœnitentiam denegari.2.
Blasphemia, quid.3.
Blasphemia, qualiter & quibus verbis commitatur.4.
Blasphemum etiam esse, qui impie, & irreligiose de sanctis loquitur.5.
Blasphemi iure diuino lapidari, ciuili vltimo supplicio mactari iubentur.6.
Blasphemi iure pontificio variè puniti.7.
Clerici blasphemantes olim deportabantur, hodie arbitrio iudicis alio modo puniuntur.8.
Blasphemi iure Hispano variè puniri iussi, & quid hodie praxis obseruet.9.
Blasphemum, quilibet non solum accusare, verum & in carcerem propria authoritate detrudere potest.10.
Blasphemiam qui audierit neq; denuntiauerit, qua pœna puniatur.11.
Blasphemiam iracundia non purgat, efficit tamen ne inquisitores de blasphemo cognoscant.12.
Blasphemans sub conditione non excusatur.13.
Blasphemia duplex est, & de qua possint inquisitores cognoscere.14.
Blasphemia mixti fori est, & qui propter eam ab ecclesiastico iudice semel punitus est, potest iterum a seculari puniri.15.

HOC crimen adeo graue est, vt docet Phollerius in tractatu de cõtractibus censualibus vers. Nihil autẽ n.45. Tho. Actius de ludo scachorum.q.4. num.38. Albertinus de agnosc. assertio. cathe. quæst.26. num.5. Conra. Brunus de hæreticis, lib.2. capit.2. vt neque in hoc

in hoc seculo neque in futuro remittatur committenti cap. qualis 25. d. quod intelligendum est, si non pœnituerit, docet gloss. 1. in cap. 2. de maleficis.

2. Et sic ante pœnitentiā denegatur blasphemanti Ecclesiastica sepultura, vt ex Abba. docet Iaco. Nouellus in tractatu de sensionum omnium reorum titulo, quæ personæ accusare non possunt numero 51.

3. Est autem blasphemia maledictum, quo aliquid Deo negamus, quod ei cõuenit, aut ei tribuimus quod ei minime conuenit, vt diffiniuit D. Thom. 2. 2. quæst. 13. artic. 1. Soto libr. 2. de iusti. quæst. 3. artic. 11. & libr. 5. quæst. 2. artic. 1. & quæst. 8. articulo 3. Hostiensis in summa titul. de maleficijs. §. blasphemantem. Abbas, Socinus, & alij in capit. 2. eodem Alfonsus à Castro lib. 1. de iusta. hæreticorum punitione capit. 12. Syluest. in summa, verbo, blasphemia numer. 1. Couarru. in cap. quamuis pactum, 1. part. §. 7. numero 8. Auendaño de exequendis mandatis cap. 20. in fine Auiles in capitulis prætorum capi. 25. à numer. 2. Simancas de catho. institutionibus cap. 8. Cla. in §. blasphemia per totum, Rojas de hæreticis 2. part. num. 167. Menoch. de arbitra. casu. 365. Bernard. Diaz in practica. cap. 103. Paz in practi. 1. tomo. 8. part. capit. vnico numer. 14. Anto. Gom. 3. tomo variarum cap. 1. numero 3. Barahona in additionibus ad Palacium Rube. de donatio. inter. §. 78. litera. C. Salazar de vsu & consuetudine curiæ cap. 5. nume. 326. & 27. & capit. 6. nume. 6. Iuan. Gracian. Regula 55. numer. 41. Albertinus de agnosc. asser. quæst. 26. Franc. Squilacensis de fide catholica cap. 16. Conra. Brunus de hæreti. lib. 2. cap. 2. & lib. 5. cap. 20. Cante. 2. part. ca. 3.

4. Ex qua diffinitione deducitur, eum, qui dixerit, *à despecho de Dios*, vel, *no creo en Dios*, vel, *mal grado aya Dios*, vel, *no ha poder en Dios, o por vida de Dios*, vel his similia blasphemum esse. Probat text. in l. 6. & 7. titulo. 4. lib. 8. Recopila. quia tribuit Deo, quæ ei conuenire non possunt vt docte obseruant Couarr. & Menoch. vbi supra. Idem esset si per membra Christi iuraret, quia et si Christus re vera habeat illa membra, vt quilibet alius verus & integer homo, tamen quia ea in Christi ignominiam nominant, blasphemi sunt autem vt non luxurien-

tur homines collatione 6.ca.si quis per capillum 22. quæst. 1. Innuit enim aliquid esse in Christo vituperabile, & ignominiosum.

5. Idem etiam esset si prædicta omnia conuicia in sanctos dicerentur, inde enim ad Deum quodammodo deriuatur. Nam sicut Deus laudatur in sanctis suis, eo quod laudantur opera, quæ Deus in sanctis suis & per sanctos suos facit, ita ex contrario cum vituperantur, aut irridentur, quæ Deus in sanctis suis operatur, ex consequenti vituperatur, & irridetur Deus. Ita docent Rojas, Cantera & alij vbi supra. Brunus dict. cap. 20. numer. 4. Montaluus de reprobatione sententiæ Pilati, dubitatione 1. num. 3.

6. Puniuntur enim blasphemantes seuerissime; iure enim diuino constat ex Leuitico cap. 24. lapidibus ab vniuersa multitudine obrutos necari, quam pœnam ius ciuile imitatum fuit: vltimo enim mortis supplicio plectendos esse statuit, in autētic. vt non luxur. homines collat. 6. quam tamen pœnam desuetudine esse sublatam testatur Lucas de Pena in l. omnes iudi. C. de delato. libro. 11. Couarruuias, & Menochi. vbi supra.

7. Pontificum autem iure varie hoc crimen vindicatur. Blasphemantes enim 7. diebus Dominicis pro foribus Ecclesiæ in conspectu populi recumbentes, vltimo eorum dierum Dominico, sine pallio & calceamentis laqueo collo inuoluto, non antea Ecclesiam ingredi possunt, quam sex ferijs in pane & aqua ieiunassent, & pauperes aliquos refecissent. Probat tex. in cap. 2. de maledicis: cuius decisio solum contra laicos locū habet, vt docent Hostiensis, vbi supra Ioan. Andr. & alij, ibi.

8. Clerici enim blasphemantes, quia eis est remittenda publica pœnitentia cap. de his 50. distinct. c. qui in aliquo. 51. dict. c. presbiter. 82. d. ca. 1. de bigamis, eo iure deponendi sunt ab officio. cap. si quis per capillum. 22. quæst. 1. quam depositionis pœnam in desuetudinem abijsse, & hodie esse iudici arbitrariam docent Hostiensis, Couarru. Bernard. Diaz, Menoch. & alij vbi supra, nisi ob assiduam blasphemandi consuetudinem, & blasphemiæ grauitatem, iudex existimauerit practicandam esse pœnam d. c. si quis per capillum.

Ego verò Vicarios Episcoporum moneo, vt semper arbitren-

trentur contra clericos blasphemantes iuxta pœnas eisdem im positas à Concilio Lateranensi sub Leone 10. relato à Couarr. & Bernard. Diaz vbi supra & Cantera.

9. Apud Hispanos varium ius est, & præcipue partitarum vt constat ex. l. 2 titu. 8. lib. 8. Ordinamenti. Sed nouissime pragmaticarum iure relato in l. 5. 6. & 7. titu. 4. libr. 8. Recopilat. Hæc autem praxis recepta est, vt pro prima blasphemia retineatur per mensem in carcere cum compedibus, aut alio ligamine ferreo: & hæc detentio debet esse continuata. l. 58. titul. 4. lib. 8. Recopilationis Anto. Gom. vbi supra Auenda. de exeque. manda. 2. p. c. 5. nu. 21.

Pro secunda Blasphemia multatur exilio sex mensium, & multa de mille marauetinis.

Pro tertia vero lingua figitur clauo; quæ vltima pœna consuetudine non est recepta, sed in eius loco flagellatur, & lingua premitur ligno, id est, mordaça vt docent Couarr. & Perez in dict. tit. 8. & si nobilis blasphemauerit, loco vltimæ huius pœnæ punitur exilio vnius anni, & multa de dos mil marauedis. Et tandem nouissima pragmatica ad triremes damnandi sunt blasphemi ex l. fina. titu. 4. lib. 8. Recopilationis. Quas pœnas si non exequatur iud. eisdem puniendus est ex l. 20. tit. 6. lib. 3. Recopil.

10. Huius autem criminis accusatio cuilibet de populo cōpetit, vt notant Bar. & omnes in l. 1. de publi. iudi. Quod apud nos adeò verum est, vt possit quilibet propria autoritate blasphemantem capere, & in carcerem detrudere ex l. 4. titu. 4. lib. 8. Reco.

11. Imò hodie ex nouissimis pragmaticis, qui audierint blasphemiam, neque iudici denunciarint, pœna detrusionis in carcerem per mensem puniendi sunt.

12. A pœnis auté prædictis non excusabitur, qui calore iracundiæ blasphemauerit, non obstante l. quidquid calore & l. 88. de regu. iur. vt notat ibi Decius, Albertinus vbi supra q. 26. num. 6. & 18. & quæst. 27. num. 3. Rojas dict. 2. part. nume. 172. excusabit tamen iracundia, vt Inquisitores non cognoscant de blasphemia ex instructione, vt refert Rojas dict. num. 171. & in puncto iuris Auendanius dict. 2. par. cap. 5. num. 12. & etiam si talis sit iracundia, quæ omnino iudicio priuet blasphemantem-

phemantem, docet Pholle. omnino videndus in tractatu de cõ tractibus censuarijs versicu. Nicolaus num. 56. & sequentibus vt dicimus de ebrio, qui excusatur, docent Auendañus dict. c. 5. nu. 19. Iaco. Nouellus in tractatu defensionis omnium reorum titul. homicidium quibus ex causis num. 45. nume. 45. dũ tamen ebrietas perfecta sit: modica enim non excusat: docet ex alijs Mascar. de probatio. conclu, 579. num. 9.

13. Quomodo autem probanda sit ebrietas docet Bald. in ca. à crapula de vita & honest. cleri. Mascard. de probatio. conclu 578. neque excusabitur, qui blasphemauerit sub conditione, veluti, *no creo en Dios sino hago tal cosa*, vt resoluunt Rojas dict. secunda parte, numer. 174. Cantera 2. parte quæstio crimina. cap. 3. num. 3.

14. Est autem blasphemia duplex, vna quę sapit hęresim: vt puta si quis dixerit, *reniego de Dios, no creo en Dios*, vel quidpiam simile, quod serio & deliberato animo dictum, esset hæresis: altera vero simplex, quæ nullam cum hæresi communionem habet, veluti cum quis iurat per membra Dei. De illa possunt cognoscere & punire Inquisitores, de hac verò minime text. elegans in cap. cum accusatus ca. sane de hære. lib. 6. docet ita practicari Simancas dict. ca. 3. num. 8. Couarru. dict. §. 7. num. 12. Auenda. dict. cap. 5. num. 11. & 12. Rojas 2. part. numer. 163. & 170. Salzedo in additionibus ad Bernard. Diaz capit. 110. versiculo quandoque qui referunt pœnas ab Inquisitoribus imponendas.

15. Iudex autem Ecclesiasticus ordinarius, potest sine vlla distinctione blasphemantes laicos punire: est enim blasphemia mixti fori. cap. 2. de maledicis docent Couarru. & Simanc. de maledi. vbi supra. Clarus d. §. blasphemia num. 4. Auenda. Sal. Cant. vbi supra. Erit tamen aduertendum, quod licet quis pro vno delicto non debet pluries puniri. ca. de his. de accusationibus. Tamen si blasphemus non sit à iudi. Ecclesiast. sufficienter in pœnis supra relatis punitus poterit iudex secularis iterum eum punire, argumen. text. in cap. fœlicis. §. per hoc de pœnis. lib. 6. docent in proposito Siman. vbi supra Auend. dict. cap 5. num. 18. & generaliter in omnibus criminibus mixti fori. idem obseruandum esse tradit Couarru. libro. 2. variarum cap. 10. num. 6.

¶De

De coitu cum moniali, Caput V.

Summarium ad Caput quintum.

Moniales nostræ religionis Vestalibus virginibus similes sunt num.1.
Vestalis coitu polluta eiusque stuprator qualiter apud Romanos plectetur.2.
Monialem qui corrumpit vno actu quatuor delicta committit, & quæ.3.
Monialis stupri pœna iure ciuili, mors est.4.
Moniales quæ se corrumpi patiuntur, quomodo Pont. iure puniantur.5.
Clericus monialem corrumpens, vt puniantur.6.
Turrecremata reprehenditur.7.
Monialium stupratores partitarum iure vt incestuosi, hodie pœna mortis puniuntur.8.

1 MONIALES Christianæ religionis similes sunt Vestalibus virginibus, quæ apud Romanos in ædibus Vestæ sacratis, inextincti luminis curam habebant, & virginitatem profitebātur, vt late prosequuntur omnino videndi Aulus Ge.lib.21.noct.atica.cap.12.Pomponius Lætus de sacrificijs cap.6. Alexan.ab Alexan. lib. 5. dierum genialium cap. 12.& ibi Tiraquel.in additio.

2 Quemadmodū enim Vestales si viri coitu pollutæ arguerētur ad portā Colinā viuæ defodiebātur & stupratorē in comitio vsq; ad necē cædebāt Pōtifices, vt docet Plutarc. in vita Num. Pompil. & in problematis cap.96. Alexan. vbi supra Tiraquel.ad ll.connubiales part.15.nume. 120. ita & moniales corruptæ & earum corruptores seuerissime sunt puniēdi.

3 Vno enim actu quod attinet ad accusationem quatuor delicta cōmittūt.incestus, c.virgines 27.q.1.sacrilegij ca.virginibus 27.quæst.1.stupri.& adulterij cap.siqua Monacharum.27. quæst.1.docent & prosequuntur Abbas in ca.atsi clerici colu. 12.de iudi.& in ca.penultimo, nota.3. de purgatione canonica.Hippolytus in l.vnica num.41.C.de raptu virginum. Bermondus in tractatu de concubinarijs titu. de incestu, & titulo de sacri-

de sacrilegio. Grillandus de pœnis omnifariam coitus quæst. 7. Bernar. Diaz in practic. cap. 81. Due. regula 11. Iulius Clar. §. fornicatio num. 17. Menoc. de arbi. casu. 389. à numero. 23. Didacus Perez in l. 5. titulo. 15. libro octauo, Ordinament. Pe. Gregor. libro. 36. syntag. capit. 7. numero 2.

4. Vnde iure ciuili mortis pœna inducta est contra stupratorem argumento l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. l. castitati. l. quamuis la. 2. C. eodem. & probat text. in l. si quis in hoc genus & in l. si quis non dicam rapere. C. de Epis. & Cler. & eius bona applicantur monasterio, cui irrogatur iniuria. Autent. de sanctissimis episco. & monialis ipsa in arctius monasterium in quo securius seruari possit, detrudenda est ex dic. §. penultimo.

5. Pontificum autem iure moniales, quæ se corrumpi patiuntur ea pœna plectuntur, vt perpetuo carceri includantur cap. impudicas 27. quæst. 1. sed hodie aliter practicatur, aut enim in arctius monasterium recluduntur, aut in perpetuum priuato velo, quo tantum professæ vtuntur in abiectis, & vilibus officijs perpetuo seruire damnantur.

6. Clerici autem ordinis depositione, & priuatione beneficiorum puniuntur, & in monasterio perpetuo ad agendam pœnitentiam includuntur cap. si quis Episcopus ca. si qua monacharum 27. q. 1.

Quæ pœna indistinctè erit practicanda, siue delictum in notitiam populi deuenerit, siue non ex generalitate text. in dic. ca. si quis episco. docent Bernard. Diaz vbi supra num. 2. Anania consil. 1. colum. 2.

7. Licet contradicat Turrecre. in dict. cap. si quis Episco. motus ex text. in cap. non debet. 30. quæst. 1. & malè, quia ille tex. imponit pœnã delicto lõgè diuerso, quod est grauius in consideratione populi, quam in se ipso quando clericus immiscetur mulieribus, quæ ei peccata confessæ sunt. Ex confessione enim non contrahitur cognatio spiritualis: & sic non potest esse incestus, & si mulier non sit virgo vel nupta, non erit adulterium, vel strupum; sic in moniali in qua, vt diximus, hæc omnia committuntur.

8. Denique iure regio partitarum eadem pœna stupratores puniuntur, qua incestuosos puniendos suo titulo dicemus, vt

ex l.

ex l.2.titul.19.par.7.docent Grego. Lop. ibi. Didac. Per. in dict.l.2.ordinamen.versil.laicus.Sed nouiori iure pœna mortis imposita est in l.4.titu. 10. lib.4. fori. & deinde amissionis dimidiæ partis bonorum l.5.titu.15.libro.8. Ordinamen. l.9. titulo 20.libro 8.Recopilat. Neque tamen tollitur satisfactio facienda monasterio,vt constat ex dict.ll.& probat Dida. Per. vbi supra.

❡*De concubinatus pœna, Caput VI.*

Summarium ad Caput sextum.

*Coitus omnis absque matrimonio prohibitus num.*1.

*Concubinatus,vt vere dicatur interuenire,multa requiruntur.*2.

*Concubinatus pœna non tenentur,qui in eod.lecto deprehenduntur,nisi alias de concubinatu constiterit.*3.

*Concubina propriè quæ diceretur.*4.

*Concubinæ in quibus ab vxoribus differrent.*5.

*Cæsareo iure quæ requirerentur,vt concubinatus permitteretur.*6.

*Concubinatus hodie vtroque iure prohibetur.*7.

*Concubina clerici quo modo iure Pontificio puniatur.*8.

*Concubinarij omnes si ter hodie ab Episcopo admoniti, non paruerint, qualiter puniantur.*9.

Iudex Ecclesiasticus recte potest in concubinos procedere 10.

Clericus concubinarius 30.*pœnas incurrit.*11.

*Notorius concubinarius,qui sit,& an si is celebrauerit efficiatur irregularis.*12.

*Clericos concubinarios puniendi ordo à Concil.Trid.præfixus.*13.

*Monitiones,quas concilium requirit,vt clericis concubinarijs fiant hodie omittuntur & quare.*14.

*Coniugatus habens concubinam solutam,qua pœna iure regio afficiatur,& qua,si concubina fuerit coniugata.*15.

Concubina coniugati,clerici,aut monachi qua pœna hodie afficiatur, 16.

*Et quid si concubina fuerit occulta,vel coniugata.*17.

*Concubinatus inter solutos nullam pœnam impositam habet,puniri tamen à iudice solet,& quomodo.*18.

❡De

1 ET si qualiscunque coitus sit iure prohibitus, etiã inter solutos ca.meretrices 32. quæst.4. Clementina ad nostram, & ibi, gloss. verbo. non est. de hære. D.Thom. 2.2. quæst. 154. artic. 4. Couarr. in 4. 1. part. cap. 4. numer. 8. Castro lib. de hæresi. verbo, coitus, Magister Farsan in libello *de la simple fornicacion*, per totum.

2. Tamen non quilibet accessus inter solutos, aut inter coniugatum, & solutam, reddit statim fornicantes concubinarios: sed requiritur necessario, quod sit fornicatio consulta, & per plures actus continuata, & diffamata in vicinia, vel populo, vt docent Anto. Gom. in l. 80. Tauri numer. 22. Auenda. de exeque. manda. 2. part. cap. 26. Bernard. Diaz in practica cap. 78. num. 1.

3. Et hinc licet in ipso fornicationis actu, aut in lecto vir & mulier deprehendantur, non possunt ex eo, vt concubinarij, puniri, nisi aliàs conuincantur de concubinatu, vt ex text. iuncta glo. verbo. deprehensam cap. ex literarum de eo, qui duxit in matrimoni. docent Palacius Rub. in repetitione cap. per vestras, notabili 3. §. 21. num. 11. Ante. Gom. vbi supra Auiles in cap. Prætorum ca. 47. verbo. mancebs. num. 1.

4. Concubina enim propriè dicebatur, quæ cũ vxor nõ esset, cum aliquo tamen viuebat, & sine nuptijs in domo est. l. fi. de diuortijs, l. Masurius 144. ff. de verborum significatione, docent gloss. Bartol. & DD. in l. penultima. ff. de concubinis. Cacialupus in l. si qua illustris num. 28. C. ad Orficia.

5. Et hinc vxor à concubina solũ dignitate distinguebatur l. tã legato 49. §. 1. ff. de lega. 3. Vxor enim maritali affectu, cõcubina affectione cõcubitus æstimatur l. nuptias. ff. de regul. iur. l. 4. ff. de cõcubi. Et hinc vxores, quæ absq; dotalibus instrumẽtis cæterisque solennitatibus à iure ciuili introductis, coniugali tamen affectu ducuntur, concubinæ à iure appellantur cap. omnibus 34 d. text. difficilis sic intelligendus in cap. is qui nõ habet. eadem. d. Costa in memorabili, in principio. Couarru. dict. 1. part. ca. 4. num. 9. Cacialupus vbi supra num. 5. Menoc. de arbitra. casu 418. num. 20. Vnde cum l. diuina in veteri testamento permissum esset antiquis Patribus plures vxores habere, vt dicemus in ca. sequenti, quæ præter priorem, quæ

semper

semper domina fuit, domi retinebantur, sæpe dicuntur in sacra Scriptura concubinæ, vt probat Coua. & Meno. vbi supra & in hoc sensu verum est concubinatum fuisse permissum veteri & diuina lege.

6. Iure verò Cæsareo, si plura concurrant, quæ referunt supra dicti. permissus fuit solutis concubinatus l. in concubinatu. ff. de concubinis. docent ibi, Bar. & DD. Cacialupus vbi supra numer. 27. Ludouicus de Sardis in tractatu de naturalibus liberis. §. de concubinis numer. 2. Paleotus de nothis, & spurijs cap. 12. coniugatis autem semper prohibitus fuit vt ea l. 1. C. de concubinis.

7. Hodie autem vtroque iure prohibitus est c. 1. de filijs susceptis in vsibus feudorum. ca. auditum. 4. d. ca. concubinę 32. quæst. 2. ca. nemo. 32. quæst. 4. docent Hostiensis in ca. lator. qui filij sint legitimi. Ruinus in l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de liberis & posthu. nu. 39. & extat noua prohibitio in sacro Concilio Tridenti. Sess. 24. ca. 3. de reformatione matrimonij. Sess. 25. cap. 14. Imò & hodie omni iure graues pœnæ impositæ sunt vt docent Bernar. Diaz, Pala. Rub. Auiles, Anto. Gom. & Menoc. vbi supra Iul. Clar. in §. fornicatio nume. 6. & 18. Solana in constitutionibus Sabaudiæ Rubri. de concubinatu laicorum. Paz in praxi. 1. tom. p. 2. ca. vnic. nu. 12. Did. Per. in l. 23. & 24. titu. 3. li. 1. Ordinam. Aufrd. responso 1.

8. Iure Pontificio concubina clerici, si filios non habeat, monasterio est tradenda ca. fraternitatis 34. d. Si vero liberos habeat efficitur serua Ecclesiæ ca. quidã clerici. 81. d. Et si delictũ publicum sit, poterit excommunicari ca. si concubinæ. de sententia excommunicationis.

9. Et hodie quælibet concubina soluti, vel coniugati si ter ab Episcopo admonita, non paruerit, poterit ab Episcop. nemine inquirente ex officio eius arbitrio puniri, & extra diœcesim. vel locum eijci, vt patet in Concilio Tridentino Sess. 24. cap. 8.

10. Ex quo apparet posse iudi. Eccles. cõtra cõcubinos procedere, & eos punire c. 2. de coha. Cle. docet glo. in ca. eos 32. d. vbi Dominicus & Archi. Abbas in c. cũ sit generale num. 2. de foro competenti. Pala. Rub. in repetitione c. per vestras no. 4. bili 31. num. 23. Romanus singulari 658. Et ita practicandum

est siue concubina sit publica, siue occulta ex dict. consil. Et cum clericus sit tacite adstrictus voto castitatis cap. vni. de voto libr. 6. mulier fornicatrix committit crimen sacrilegij, & incestus cap. virginibus 27. quæst. 1. At sacrilegij crimen ad Ecclesiasticum pertinet cap. quisquis 17. quæst. 4. licet Bossius in practic. titu. de concubinatu num. 18. Imò in cap. 1. de foro competenti, & Auiles in dict. capi. 47. verbo, ô clerigo, num. 2. affirment iud. Eccle. non posse punire concubinā clerici occultam, sed tantum publicam.

11. Clericus autē concubinarius hoc iure grauissime punitur, vt constat ex 30. pœnis, quas cumulauit Rebu. in concor. titul. de publi. concubina. in principio versicu. 1. & præcipuè pœnam suspensionis incurrit à iudice imponendam cap. presbyter. 81. d. ca. lator & ibi gloss. 2. quæst. 7. & est infamis c. infames. 6. quæst. 1. & si sit publicus concubinarius, est ipso iure suspensus, & quo ad se & quoad alios, ca. nullus, ca. præter. 32. dist. ca. fina. de cohabitatione cleri. & mulie. Abb. in cap. cum non liceat. de præscription. Hostien. in summ. titu. de cohab. cleri. versic. qualiter imponatur. Guido Papæ decis. 458. Ber. Diaz ca. 79. num. 2. Menoch. dic. casu 418. num. 2.

12. Quis autem dicatur notorius concubinarius docet text. in d. ca. fina. vnde plures affirmant, si notorius concubinarius celebrauerit, esse irregularem ex dict. cap. fina. iuncto c. fina. de re iudi. li. 6. & c. 1. de sententia excommunicationis, eodem lib. 6. inter quos fuerunt Abbas in cap. vestra colum. 4. de coha. cle. Guido & Bernar. Diaz vbi supra Syluest. in summa verbo. concubinarius. §. 4. Florentinus 3. par. tit. 27. cap. 3. idem in clericis minorum ordinum committentes.

Sed eorum sententia, quamuis communis sit, vera non est, cum irregularitas solum inducatur in casibus à iure expressis, nullibi autem in concubinarium inuenitur expressum: nam quod de suspenso dicitur in dict. ca. 1. obtinet in suspensione, quæ à iure ciuili inducta est pro aliquo delicto, in eius pœnam: hæc autem non in pœnam, sed ratione honestatis à iure indicitur. Et ita tenuerunt Innocen. & Ioan. Andre. in cap. si, celebrat de cler. excōmunicato. Naua. in c. si quando, exceptione 11. de rescrip. Couarru. in Clementina si furiosus, 1. part. §. 1. nu. 5. Salze. in additionibus ad Ber. Diaz d. c. 29. litera. C. dic.

13. No-

13. Nouissimè autem à Concilio Tridentino, sess. 25. c. 14. ordo præfixus est puniendi clericos concubinarios. Si enim ter moniti non se abstineant, pro prima vice tertia parte fructuum vnius anni suorum beneficiorum priuantur: pro secunda, si cum eadē, vel alia fœmina perseuerauerint, omnes vnius anni fructus suorum beneficiorum amittentes, ab eorum administratione per tempus Episco. arbitrarium suspenduntur: pro tertia ab officijs, & beneficijs priuantur, & inhabiles redduntur ad alia denuo obtinēda, & si nihilo magis resipuerint sunt excommunicandi, & ita quotidie practicatur. Solent tamen iudi. taxationes fructuum beneficiorum sibi reseruare, & in certa summa sibi arbitraria loco fructuum condemnare.

14. Monitiones autem, quæ à concilio exiguntur, hodie à prælatis nō fiūt; sed his omissis statim procedūt ad pœnarū impositionem: quia in Synodis communiter admonentur clerici, ne concubinas habeant: & hæc monitio facta in Synodo habet vim trinæ monitionis, vt docet gloss. notanda in ca. deinceps. 18. d. quam sequuntur Ioan. Andr. in ca. 7. super glossam 2. ne clerici. Abbas in cap. ex literis de constitut. Ripa in ca. 1. num. 82. de iudicijs. Rota noua decis. vltima. de dolo & cōtumacia. Rubeus in d. repetitione in princip. §. 18. num. 19. & in casu eleganti Federicus consil. 109.

15. Iure autem Regio cōiugatus, qui habuerit concubinā solutā condemnandus est *en diez mil marauedis*, ipsi concubinæ applicandis si intra annum honeste viuat: aliàs 3. pars applicatur iudici, alia cameræ Regis, alia accusatori, aut piæ causæ l. 3. titulo 15. li. 8. Ordinamenti. l. 5. titulo 19. libro 8. Recopilationis.

Si vero habuerit concubinā coniugatā, & admonitus iudici nō obedierit, amittit dimidiam partem bonorū cameræ Regis applicandorum. Et eandem pœnam patietur, si vxore relicta cum concubina habitauerit, in l. 6. titul. 19. li. 8. Recopi.

16. Ipsa autē concubina coniugati, Clerici, aut Monachi pro prima vice multatur pœna vnius marchi argenti, & exilij vnius anni, pro secunda eadem pœna vnius marchi, & exilio duorum annorum: pro tertia, iterum incurrit pœnam vnius marchi. & exilium vnius anni, & publicè verberatur l. 23. & 24. titu. 3. li. 1. ordinamenti l. 1. titu. 19. lib. 8. Recopil.

 & prohi-

& prohibitum est iudicibus ne pœnam pecuniariã imponant, nisi corporalem quoque exequantur, dict.l.1. titu.19.li.8. Recopilationis.

17. Hæc auté cessabit pœna, primo si concubina non sit publica, sed occulta, vt ex dict.ll. probant Rubeus dict.§.21.num. 14. Auenda.dict.cap.26. Anto. Gom.in.l.80. Tauri num.20. Auiles dict.cap.47.verbo manceba. num.1. qui late explicant, quæ dicatur concubina. Secundò cessabit pœna, si concubina sit coniugata ex.l.2.titu.19, lib.8. Recopila. nisi eam clericus desponsauit famulo, & domi retineat, docent omnes vbi sup. & probat aperte text.in l.3.dict.titu.19.Episcopus tamen potest contra clericum indistinctè procedere, & si concubina sit coniugata, dum tamen processus fiat suppresso concubinæ nomine, vt docet in specie Auen.d.ca. 26. & in alio proposito Bern.Diaz in practic.c.2.nu.6.

18. Inter solutos autem concubinatus nullam pœnam habet à iure statutam, vt constat ex.l.11.Tauri. sed à iudic. solent moneri sub pœna vnius marchi. & exilij, quod non confabulentur domi, neq; in aliquo loco suspecto, quod si cótépserint in prædicta pœna condemnantur, docent Auend. vbi supra Auiles d.c.42.verbo, ò casado num.6.

¶ De contrahente binas nuptias, Caput VII.

Summarium ad Caput septimum.

Viris plures vxores, & vxoribus plures maritos habere, nunquam licuit, & si apud aliquas gentes contrarium permitteretur. num.1.

Vxores plures, quos in sacra pagina habuisse legimus, diuina dispensatione, & reuelatione fecerunt.2.

Matrimonia bina contrahentes, etiam ab inquisitoribus possunt puniri: & quare.3.

Bigamiæ pœna de iure ciuili.4.

Et quæ de iure Pontificio.5.

Et quæ de iure nostro Hispano.6.

Binas nuptias contrahenti vltra alias pœnas, candenti ferro crucis signum in fronte imprimebatur, & quare.7.

Facies hominis dehonestanda non est.8.

Mulier,

Mulier, quæ binas contrahit nuptias, bigamiæ primum, mox adulterij pœnis subijcitur. 9.
Bigamiæ pœnis non subiacent, quæ per longum tempus maritos expectarunt, & quod dicatur longum tempus. 10.
Vxor, vt posit esse certa de morte viri, & è contra ad hoc, vt cũ alio contrahens non puniatur, quæ probationes necessariæ sint. 11.

1 CVM in matrimonij institutione Gen. cap. 2. à Deo dictum sit: Et erunt duo in carne vna, clare deducitur, ab eo tempore fuisse prohibitum viris plures vxores, & vxoribus plures maritos eodem tempore habere. ca. gaudemus. §. quia vero. de diuortijs cap. ex parte el 3. de conuersione coniuga. Ac proinde constat etsi Indi, Thraces, & Ægyptij Parthi, & Medi, & aliæ innumeræ nationes, quarum meminerunt Alexan. ab Alexan. lib. 1. dierum capit. 24. Tiraquel. in l. 7. connub. num. 20. Menoch. de arbi. casu 420 à numero. 72. plures simul vxores habeant: tamen id naturali diuino, canonico, & ciuili iure esse interdictum, probatur, dict. capit. gaudemus Tridenti. Sess. 24. cano. 2. l. nemo. C. de iudicijs. l. 2. C. de inces. nupt. l. eum qui duas. C. de adulter. docent & prosequuntur Alexand. consil. 175. volumine 7. Abbas in cap. cum haberet. colum. 2. de eo qui duxit in matrimonium. Gramma. decisione 17. Couarru. in 4. 2. part. cap. 7. §. 3. per totum Tiraquel. & Menoch. vbi supra, Pala. Rube. in repetitione Rubric. §. 60. num. 6. & in repetitione. cap. per vestras, in prin. 2. §. 18. num. 25. Romanus singulari. 537. Anto. Gom. in l. 80. Tauri à num. 27. Simanc. de cathol. institutio. cap. 40. per totum Rojas de hære. 1. Par. num. 540. Iuli. Clar. §. fornicatio. num. 31. Spina in tractatu, de potestate Papæ, super coniugio num. 33. 82. & seq. Salze. in additionibus ad Bernard. Diaz cap. 80. Boss. in practic. titu. de coitu damnato num. 78.

2. Nam licet Abraham Genes. capit. 16. Iacob capit. 27. & 30. Helcana lib. 1. Regum capit. 1. Moyses Numerorum cap. 12. plures legantur vxores habuisse, id quidem contigit diuina dispensatione, & particulari reuelatione. d. capi. gaudemus dic. ca. ex part. docent Menoch. vbi supra num. 16. Spina num. 54. Coua. num. 20. ad sobolem Deo gratam pro-

pagandam ca. obijciuntur.32.quæst 4. Cum fœminis autem nunquam legitur dispensatum propter sobolis incertitudinē Coua.vbi supra. Lupus in tractatu de matrimonio, & legitimatione num.20.

3. Hæc autem incesta matrimonia contrahentes, videntur male sentire de sacramento matrimonij, & ideo possunt tanquam suspecti de hæresi ab Inquisitoribus puniri, vt quotidie practica.ur docent Dominicus & Francis.in ca accusatus.§. sane.de hære.li.6. Villadiego in tractatu de hæretica prauitate.q.9 Rubeus dict.§.18.num.5.Couarru.& Simanc.vbi supra,ac proinde possint à iudi.Ecclesiasticis ordinarijs, & Inquisitoribus, & secularibus potestatibus sequentibus pœnis puniri, licet Azeuedo in l.5. & sequentibus titulo 1.libro.5. Recopilat. firmet hodie solum Inquisitor. reseruatum esse hoc crimen.

4. Iure ciuili infamia notātur l.1.§.fina.l.quid ergo.§.1.de his, qui notantur infamia l.2. C.de incestis nupt. & incidunt in pœnam stupri l.eum qui duas. C.de adulterijs, quæ in honestis personis publicationem dimidiæ partis bonorum,& in humilibus corporis coertionem cum relegatione inducit. §. item l.Iulia.Instit. de publi. iudi.& intelligi ita debet dict.l. eum,qui duas,licet Menoch.dict.casu.420,num.103.contendat ea l.inductam esse pœnam mortis naturalis. Cuius sententiam contra eum,qui plures vxores, virgines, & nobiles per fraudem duxit,locum habere crederem,vt docent Gramma. dict. decisione 1 Bossius dict. numero.78. Romanus singulari 537.Didacus Perez in l.3.titulo 1. libro 5.Ordinamenti versiculo.Sed iuxta præmissa:quod etiam locum habebit attento iure Regni. Vide [illegible]

5. Pontificum autem iure sunt excommunicandi cap.seculares 33.quæstione 2.& cum publica ignominia caluati separandi cap.de Benedicto 32.quæstio.1.id est,capillis tonsis panni ante & retro scinduntur. vt interpretatur ibi gloss. quam sequuntur DD.communiter,vt testatur Iuli. Clar.dict.numer. 31. Et ita communis Ecclesiasticorum vsus habet,vt publica ignominia plectantur:in locum enim illius succedit fustigatio,& mitra, & ad triremes per tempus arbitrarium damnatio,vt testatur Didacus Perez in dict.l.3.versicul.punitur præ

terea.

terea.Belofinius in practic.iudiciali. titulo de lenonibus, numer.36.& ita practicatur.Et praeterea si ab Inquisitoribus puniantur simul cum haereticis,trahuntur ad publicum spectaculum,& abiurant haeresim de leui,vt refert Simancas d. cap.40. num.1.in fine.

6 Hispano verò iure partitarum in insulam per quinquennium relegantur,confiscalis omnibus bonis, quae in eo loco habent,& nouo iure loco relegationis in insulam fit condemnatio ad triremes l.7.titul.2.li:5.Recopila. Iure fori si mulier nubat secundo marito, viuente primo ponitur in potestate mariti,vt de eis & eorum bonis faciat, quod libuerit, dumtamen non occidat l.2.titu.7.lib.4.fori.

7 Legibus autem ordinamenti praeter has poenas, debet in fronte signari ferro candenti. ad similitudinem huius literae. Q.vt disponit l.2.titu.1.li.5.Ordinamenti.l.6.titulo.15. lib. 8.ordinamenti.l.5.titulo 1.lib.5.Recopilatio. Sed Couarruuias,Antoni.Gomez, Dida. Perez & alij, contendunt signum esse literae.B.quasi bis contraxerit. Sed mihi verius videtur, signum esse crucis: ita enim in vetustissimo harum legum Codice inueni,& se inuenisse testatur Couarruuias,quasi denotet male sensisse de fide,& praeterea crimen committit de aleue;& ideò amittit dimidiam partem bonorum l.4. titulo.7.li. 8.ordinamenti.l.6.titulo.1.li.5.Recopilationis.

8 Nouissimis vero pragmaticis,quia secundum iuris regul. facies hominis dehonestanda non est l. siquis in metallum.C. de poenis l.6.titul.31.partita.7.docent omnino videndi Didacus Perez in dict.l.3.Cuia.li.7. obserua. cap.15.Pe. Greg.lib. 31.syntagma.cap.35,& li.35.capi.1.num.35.statutũ est,quod in eius locum trahantur ad publicam ignominiam, & praeterea condemnentur ad triremes per decennium l.8.titu.20,li.8.Recopilationis.

9 Est autem aduertendum primo,quod si mulier committat hoc delictum,debet prius praedictis poenis puniri, & postea, si à marito accusetur, imponi debent poenae adulterij, quia sunt duo delicta distincta, vnum in contemptum Ecclesiae, alterum in contemptum mariti: & ita resoluunt omnes supra relati.

10 Secundò aduertes, huiusmodi poenas locum non habere

contra eas,quæ longum tempus maritos expectarunt , ideoque credebant vita decessisse.l. miles. §. mulier. de adulter. Quod autem dicatur longum tempus dubitatur, & Consul.in l.vxores,de diuor.putauit,esse quinquennium Constanti. in l. vxor.C.de repudijs quadriennium,Iustinianus postremo decẽnium statuit,in autentico,de nuptijs.§.nouimus.

11 Sed hodie apud Christianos,etiam si plures anni elaberẽtur non poterit maritus cum alia contrahere, quia debet esse certus de morte vxoris.ca.in præsentia de sponsa.ca. Dominus de secund.nupt.l.8.titu.9.parti.4. Quæ autem probationes sufficiant,vt dici posit vxor certa de morte mariti resoluunt Dida.Perez in dict.l.3.in fine Greg.Lop.in dict. l.8. Couar.d. §.3.num.30.Menoc.d.casu.420.à num.118.Rolandus Valle. consil.93.Decis.Perusina 12.numero.7.Mascard. deprobatio. conclusione 174.à numero.2.

¶ De Carcerum priuatorũ pœna Cap. VIII.

Summarium ad Caput octauum.

Carcerem priuatum habens,vel aliquem in carcerem sine licentia principis conijciens,læsæ maiestatis tenetur,& quare.num.1.

Carceris priuati crimen,captura ipsa committitur, neque inclusio necessaria est,2.

Carceris priuati reus an sit is,qui alium in publicum carcerem propria authoritate conijcit.3.

Carceris priuati tenetur creditor,qui debitorem non fugitiuum,sua manu capit,& detinet.4.

Delinquentes,vbi priuato licet propria manu capere,tenetur eos intra 24.horas iudici tradere.5.

Carceris priuati pœna iure ciuili, & Pontificio.6.

Carceri priuato quæ pœna iure regio statuatur, & quæ hodie praxi obseruetur.7.

Dominus seruum,pater filium , maritus vxorem impune in vincula conijcere possunt.8.

1 CVM locus ad custodiam reorum destinatus carcer dicatur l.aut damnum.§.solent , l. credibile.ff. de pœnis l.1.C.de custodia reorũ , & in facinorosos animaduertere sit meri Imperij. l. Imperiũ de iurisdi-

iurisdictio.omn.iudi.quod apud Principem residet cap.1.quae sint regalia.in vsibus feudorum.clare constat eum, qui ius à Principe non habeat, si aliquem in carcerem conijciat, vsurpare Regis Imperium, ac proinde laesae maiestatis crimen cōmittere l.vnica.C.de priuatis carceribus. Neque illos à poena excusabit consuetudo, docent Igneus in l. necessarios.§. non alias nume.94.ff.ad Syllanianum Roma.in l. 1.§. denique ff.de aqua quot.& aestiua. docent & prosequuntur vltra ordinarios in dict.l. vnica Boerius decisio. 275. Afflictis decisio. 149.numer.2.Bosius in practic.titulo de carcere nume.26. & titulo de pluribus violentijs numer.61.& 62.Follerius in praxi.versicul.& incarcerentur, Iulius Clarus lib.5. sententiarum §.fina.quaest.46.numer. 3. & quaestione 68. numero 32. Menochi.de arbitra.casu.305. Alcia. de praesumptio. Regula.1. praesumptio.3.numer.2.Gregor.Lop.in l.15.titulo 29. parti. 7.Auiles in capitu.praetorum cap.18.verbo.carcel Dida.Perez in l.5.titu.14.li.3. Ordinam.col.1264.Azeuedo in l.5.tit. 13.li.4 Recop.glo.1.& finali.

2 Aduertas primo, hoc crimē captura ipsa committi, neque necessariam esse inclusionem.vt docet Bar.in l.ca.5, de adulter.De.consil.100.colum.3.Bossius dict.nume.26

3 Ac proinde etiam si priuatus detrudat aliquem in carcerem publicam propria autoritate, hoc crimine tenebitur, vt docet Grillādus in tractatu de relaxatione carceratorum.Rubrica de fuga incarc.nume.16.Sed longe verius est hoc crimen ab eo dum taxat committi, qui habet locum carceri destinatum ad detrudendos quoscunque, vt suadent verba dict.l.25.ibi.Priuati carceris exercere custodiam, & ex pluribus & text. ibi docet Gregorius Lopez in dict.l.15.titulo 19.partit.7.quanuis priuati, qui semel, aut iterum iniustè caperent, aut detinerent grauissime punirentur iudicis arbitrio.

4 Secundo, aduertas hoc crimen etiam committi ab eo, qui hominem detinuerit sine animo vsurpandae iurisdictionis, vt patet in creditore, qui si ceperit debitorem vt consequatur sibi debitum priuati carceris poena punitur, vt patet in l.15. titul.13.li.4.Recopila. & optime defendit ibi Azeuedo gloss. fina.cōtra Greg. in di.l.15.partit. Idque practicandum esset, nisi debitor esset fugitiuus l.ait Praetor.§.si debitorem.ff.quae

contra eas,quæ longum tempus maritos expectarunt , ideoque credebant vita decessisse.l. miles. §. mulier. de adulter. Quod autem dicatur longum tempus dubitatur, & Consul.in l.vxores,de diuor.putauit,esse quinquennium Constanti. in l. vxor.C.de repudijs quadriennium,Iustinianus postremo decẽnium statuit,in autentico,de nuptijs.§.nouimus.

11 Sed hodie apud Christianos,etiam si plures anni elaberẽtur non poterit maritus cum alia contrahere, quia debet esse certus de morte vxoris.ca.in præsentia de sponsa.ca. Dominus de secund.nupt.l.8.titu.9.parti.4.Quæ autem probationes sufficiant,vt dici possit vxor certa de morte mariti resoluunt Dida.Perez in dict.l.3.in fine Greg.Lop.in dict. l.8. Couar.d. §.3.num.30.Menoc.d.casu.420.à num.118.Rolandus Valle. consil.93.Decis.Perusina 12.numero.7.Mascard. deprobatio, conclusione 174.à numero.2.

¶ De Carcerum priuatorũ pœna Cap. VIII.

Summarium ad Caput octauum.

Carcerem priuatum habens,vel aliquem in carcerem sine licentia principis conijciens,læsæ maiestatis tenetur,& quare.num.1.

Carceris priuati crimen,captura ipsa committitur, neque inclusio necessaria est,2.

Carceris priuati reus an sit is,qui alium in publicum carcerem propria authoritate conijcit.3.

Carceris priuati tenetur creditor,qui debitorem non fugitiuum,sua manu capit,& detinet.4.

Delinquentes,vbi priuato licet propria manu capere,tenetur eos intra 24.horas iudici tradere.5.

Carceris priuati pœna iure ciuili, & Pontificio.6.

Carceri priuato quæ pœna iure regio statuatur, & quæ hodie praxi obseruetur.7.

Dominus seruum,pater filium , maritus vxorem impune in vincula conijcere possunt.8.

1 CVM locus ad custodiam reorum destinatus car-
2 cer dicatur l.aut damnum.§.solent , l. credibile.ff. de pœnis l.1.C.de custodia reorũ , & in facinorosos animaduertere sit meri Imperij. l. Imperiũ de. iurisdi-

iurisdictio.omn.iudi.quod apud Principem residet cap.1.quæ sint regalia.in vsibus feudorum.clare constat eum, qui ius à Principe non habeat, si aliquem in carcerem conijciat, vsurpare Regis Imperium, ac proinde læsæ maiestatis crimen cõmittere l.vnica.C.de priuatis carceribus. Neque illos à pœna excusabit consuetudo, docent Igneus in l. necessarios.§. non alias nume.94.ff.ad Syllanianum Roma.in l. 1.§. denique ff.de aqua quot.& æstiua. docent & prosequuntur vltra ordinarios in dict.l. vnica Boerius decisio. 275. Afflictis decisio. 149.numer.2.Bosius in practic.titulo de carcere nume.26. & titulo de pluribus violentijs numer.61.& 62.Follerius in praxi.versicul.& incarcerentur, Iulius Clarus lib.5. sententiarum §.fina.quæst.46.numer. 3. & quæstione 68. numero 32. Menochi.de arbitra.casu.305. Alcia. de præsumptio. Regula.1. præsumptio.3.numer.2.Gregor.Lop.in l.15.titulo 29. parti. 7.Auiles in capitu.prætorum cap.18.verbo.carcel Dida.Perez in l.5.titu.14.li.3. Ordinam.col.1264.Azeuedo in l.5.tit. 13.li.4 Recop.glo.1.& finali.

2 Aduertas primo, hoc crimẽ captura ipsa committi, neque necessariam esse inclusionem.vt docet Bar.in l.ca.5, de adulter.De.consil.100.colum.3.Bossius dict.nume.26

3 Ac proinde etiam si priuatus detrudat aliquem in carcerem publicam propria autoritate, hoc crimine tenebitur, vt docet Grillãdus in tractatu de relaxatione carceratorum.Rubrica de fuga incarc.nume.16.Sed longe verius est hoc crimen ab eo dumtaxat committi, qui habet locum carceri destinatum ad detrudendos quoscunque, vt suadent verba dict.l.25.ibi.Priuati carceris exercere custodiam, & ex pluribus & text. ibi docet Gregorius Lopez in dict.l.15.titulo 19.partit.7.quanuis priuati, qui semel, aut iterum iniustè caperent, aut detinerent grauissime punirentur iudicis arbitrio.

4 Secundo, aduertas hoc crimen etiam committi ab eo, qui hominem detinuerit sine animo vsurpandæ iurisdictionis, vt patet in creditore, qui si ceperit debitorem vt consequatur sibi debitum priuati carceris pœna punitur, vt patet in l.15. titul.13.li.4.Recopila. & optime defendit ibi Azeuedo gloss. fina.cõtra Greg. in di.l.15.partit. Idque practicandum esset, nisi debitor esset fugitiuus l.ait Prætor.5.si debitorem.ff.quæ

in fraudem credi. vel facultatem ipse dedisset creditori, quod ipsum propria auctoritate caperet, vt disponit l. 2. titu. 13. lib. 8. Recopil.

5 Sed his casibus & alijs similibus, quibus licet priuatis delinquentes capere, quos recenset. l. 2. tit. 19. pa. 7. Ripa. in cap. 1. numer. 88. de iudicijs, & Azeuedo vbi supra tenẽtur, ita captum præsentare iudici intra 24. horas l. capite. 25. de adulterijs l. 2. titu. 10. li. 8. Recopil.

6 Puniuntur autem hoc crimen committentes iure ciuili vltimo supplicio l. 1. C. de priua. carceri. iure canonico pœna excommunicationis, si exercetur in clericum ipso iure. ca. nuper 29. versicul. nos igitur. de sententia excommunicatio. docet Hieronymus Zanetus de differentijs vtriusque iuris, numero. 225.

7 Iure etiam Regio huiusmodi priuati carceres prohibentur, in l. 1. titu. 10. parti. 7. l. 5. tit. 23. l. 4. Recopil. & tanquam rei læsæ maiesta. vltimo supplicio plectuntur, ex l. 15. tit. 29. partita. 7. & est casus de la hermandad d. l. 2. titul. 13. li. 8. Recopila. Sed hodie mortis pœnam pro hoc delicto non practicari, sed esse iudici arbitrariam, testantur Azeuedo in d. l. 15. gloss. final. Clarus dict. quæst. 68. numer. 32. Cerdon. Tellada in libello. visita de carcel cap. 3. num. 16.

8 Hæc autem & quælibet alia pæna cessat in Domino respectu serui glo. in d. l. vni. & in d. l. 15. parti. & in patre respectu filij, & in marito respectu vxoris, glo. fina. in cap. quemadmodum, de iure iura. docent Bossius & Alcia. vbi supra Franc. Luca. de fisco, & eius priuilegijs rubricade crimine lęsę maiestatis numer. 7. his enim permissa est modica coercio l. 1. C. de emendatione seruorum & l. 1. C. de emendatione Propinquorum.

De

¶ De exponente infantem, Caput IX.

Summarium ad Caput nonum.

Liberos à parentibus ali, naturalis ratio suadet. num. 1.
Liberos à se proijcere, vel exponere, parentibus non licet. 2.
Romuli lex, quæ exponere, item & ea, quæ occidere liberos permittebat, iam in desuetudinem abijt. 3.
Expositi infantes olim suscipientium serui efficiebantur, & quare. 4.
Expositi hodie liberi sunt & ingenui, & ad dignitates possunt admitti. 5.
Parentes qui liberos exponunt, exponi ve sinunt, eos repetere non possunt. 6.
Parentes qualiter iure ciuili puniantur, morte liberorum, quos exposuerunt sequuta, & qualiter, si mors non sequatur. 7.
Pœna contra exponentes iure pontificio, & regio. 8. & 9.
Parentes, qui filios exponunt, quibus in casibus à pœna liberetur. 10.

1 RATIO naturalis suadet liberos ali. l. alimẽta. C. de nego. gestis. l. neq; filiũ. C. de patria potestate l. si quis à lib. de liberis agnoscendis, à matre vsq; ad trienniũ, à patre verò abinde dict. l. ne filiũ vbi notat gloss. Lara de Cordoua in dict. l. si quis à liberis. §. si mater n. 2. Ioan. Garcia in tractatu de expensis, cap. 3. num. 29.

2 Ac proinde parentibus est prohibitum à se liberos proijcere, vel exponere, imò Senatus Consul. Plautiano iubentur sub pœna eos agnoscere, l. 1. §. pœna, de lib. ag. docet Anto. August. li. singulari de ll. versic. Plautianus.

3 Nam quanuis à Romulo permissum fuerit, omnẽ prolẽ fœmineã exceptis primogenijs maiorẽ triẽnio cũ iudicio trium virorum exponere, vt refert Diony. Alicarnaseus li. 1. antiqui. Roma. & Pe. Gregor. lib. 44. Syntag. capi. 3. numer. 2. tamen ea exponendi facultas, & quæ occidendi permissa fuit l. in suis de libe. & posthu. abijt in desuetudinem l. fina. C. de patria potestate docent, & prosequuntur vltra ordinarios in. l. 1. & sequentibus. C. de infan. expo. in cap. 1. eodem. titu. glo. in ca. fina. 87. d. Bosius in praxi titu. de homi. num. 2. Clarus li. 5. sententiarum. §. fina. quæst. 83. num. 7. Menoc. de arbi. casu 396. Petrus Gregor. li. 11. syntag. ca. 10. num. 1. & lib. 15. cap.

 28. num.

28.num.5.23.& 24.Paleotus de nothis & spurijs, cap.63.Lara in dict.l.si quis à liberis.§.si quis ex his numero 10.Martinus Lau. de legitimatione numero 152.Gregor. Lop. in.l. 4.tit.20.parti.4.

4 Aduertas autem primo, quod licet antiquiori iure infantes ita expositi efficerentur serui eorum, qui eos susceperunt, & educarunt l.1.& 2.C.de infante expo. idque, vt esset contumelia cósanguineis, qui propter æs modicum permisissent filium & proximum seruituti mancipari, ignominia enim est liberi generis habere seruum in eo.l.1.C.de libe.causa.

5 Tamē hodie liberi sunt & ingenui, quanuis à seruis, vel pro scriptitijs progeniti sint l.fina.C.de infan.exposi.l.4.tit.20. parti.4.& præsumūtur legitimi ac proinde possunt ad sacros ordines promoueri,& ad dignitates, vt docent Andre.in dict. cap.1.Felinus in ca.cum depu.ati num.13.de iudi.Paleo. vbi supra num.3.Menoch.nu.16.

6 Secundo aduertas, quod si ipsi parentes, aut his scientibus alij liberos exponant, non habent ius repetendi dict.l.2. dict. l.4.parte, capitu. final.87.dist.Sed si eis nescientibus exponantur, possunt eos repetere, ablatis tamen expensis dict.l.1. docent Gregor.Lopez in dict.l.4.& gloss.in dict.capi.1.& in dict.cap.fina.

7 Puniuntur autem iure ciuili, si mors infantis sequatur pœna capitis l. necare de lib. agnosc. quæ imponenda erit cum qualitatibus referendis in cap.de parri. Si vero non sequatur mors, arbitraria erit iudicis pœna vt docent gloss. in dict.l. 2.C de infant. quam sequuntur omnes supra relati.Et si sciente patre exponantur amittit in eis ius patriæ potestatis, dicta.l.2. licet aliquando legamus repensis expensis integrum ius esse patri, in filia exposita.l. patiem. C. de nuptijs.

8 Iure autem canonico infantes aliàs serui, si exponantur, fiunt ingenui,& ingenui à patria potestate liberi capitulo.1. eodem titulo.ipsi vero parentes, si intra decem dies non compar ant filios repetituri, deinceps non poterunt repetere cap. final.87.d.

9 Iure verò Regio, nisi pater aut alius eo sciente filium exponat, non potest eum repetere l.4.titulo.20.partit.4 & ei erit creden-

dum, si iurauerit nesciuisse l. 2. titulo 13. libro 4. fori, & tunc tenetur expensas soluere ei, qui educauit, quas vsque ad decennium fecit: reliquæ enim compensantur cum seruitio dicta l. 2. fori. Quod si infans moriatur, habet etiam hoc iure pœnam mortis l. 3. titu. 13. libro. 4. fori.

10 Has autem pœnas excusabunt parentes, si vel probent egestate cogente filios exposuisse, vt docent Hostiens. in summa de infante expone. numer. 5. vel id fecisse, vt suo honori consulerent argumento l. sed isti quidem. ff. de eo quod metus causa, & ita fuisse iudicatum referunt Clar. dict. §. fin. quæst. 83. num. 7. Meno. dict. casu 396.

¶ *De falsariorum pœna, Caput X.*

Summarium ad Caput decimum.

Falsitatis species plures, & quæ earum grauior num. 1.

Falsi crimen, vt committatur semper dolus exigitur. 2.

Falsitatis tenetur, qui literis Pont. aut Regis falsis vtitur, etiam si ipse ignoret, & falsitas nemini sit nociua. 3.

Falsitatis materiam, qui prosequantur. 4.

Falsi crimen multis modis committitur: & cur eos author non referat. 5.

Falsi pœna iure ciuili, quæ, & an ad eos qui litteras cuiusvis iudicis falsauerint, extendenda sit. 6.

Falsi pœna iure Pont. in clericos & in laicos quæ. 7.

Falsis literis vtens, licet ipse non falsauerit, qua pœna afficiatur. 8.

Falsarius literarum alicuius iudicis, Episcopi, vel Archiepiscopi quomodo puniatur. 9.

Clerici falsarij pœna, iure regio. 10.

Clericus falsarius literarum Regis, verbaliter, Pontificis, vero actualiter degradandus est. Et quod duplex degradatio sit. 11.

Degradatio verbalis idem est, quod depositio. 12.

Degradatio actualis quæ. 13.

Clericorũ in causis criminalib⁹, quomodo olim cognoscere deberet Episcopi. 14.

Degradatio quot Episcopos requirat, & quare ac quando hi debeant interuenire. 15.

1 INTER plures falsitatis species, quas late prosequitur Bossius in practic. titul. de fal. à nume. 1. ea grauior est, quæ ab his committi solet, qui Ponti. Regis aut alterius iudi. literas addendo aliquid, vel detrahendo vitiant.

2 quod vel ex eo apparet, quod licet vt committatur falsum semper dolus exigatur.l.1.ff.ad l.Cornel.de fal.l.neque exemplum.C.eod.ca.homines & sequenti 22.quæst.2

3 Tamen si falsis litteris, quis etiam ignorãter vtatur, quia tenetur eas ante examinare falsum committit c.sup.literis de rescrip.ca.ad falsariorum iuncta gloss.verbo, examinet de crimine falsi. & licet falsitas debeat esse nociua vt pœna falsi locum habeat gloss.in l.damus.C. de falsis Alexand.consil.70.volumi 1. Frã.Mar.decisio,737.1.part. Tamen etsi rasura bullæ nemini sit nociua, falsi pœna locum habebit, vt docet eleganter Afflictis in constitutiones Neapolitanas libro.3. Rubric.39.Vnde & qui apicem vel literã raserit, vel mutauerit, etiam in parte, non substantiali pœnis infra referendis puniendus erit, vt constat ex communi, quam resoluit Salzedo in additio.ad Bernar. Diaz cap. 117.additione 1.

4 Docent & prosequuntur hanc materiam vltra ordinarios in dict.cap.ad falsariorum Becius decis.82.Afflictis decisi. 21.Franciscus Mar. decisione 667. & decisio.700.numero.1. decisi. Pedemontana 117. Cassaneus in consuetu. Burgundiæ & Rubri.1.num. 52. Rebufus in practica ad bullam in Cœna Domini. versic. item excommunicamus falsarios. Menoch. de arbitrarijs casu 306.Bernar.Diez in practica capi.108.& 117.Iulius Clarus li.5, sententiarum §.falsum. numer.31.Pe. Gregor.li.36.Syntagm.cap.5.Fran.de Palatea in tractatu de examinatione.§.22. Florentinus eodem tractatu.ca.14. Gregorius Lopez in l.8.titulo.9.partita 2.& in l.6.titulo 7.parti. 7.Nicolaus de Bombino in tractatu de irregularita. reg.50. numer.33.

5 Committitur autem hoc crimen nouem modis, quos recenset Pontif. in capi, licet ad regimen.de crimine falsi, vbi gl.1. alios 7.refert, in quibus 7.licet cõmittatur falsum, vt ibi probat, non tamen contra falsarios referẽda pœna locum habeat vt ibidem recte adnotauit Marianus Socinus numer.5. In his autem explicandis non immoramur: quædam enim nescire melius est, quam scire cap. quanuis in fine 38.dist. & Seneca ad Lucillum epistola 76.monet, ne quæ forent dediscenda, discamus.

6 Puniuntur autem iure ciuili tale facinus committentes, si liberi

liberi & nobiles sint aquæ & ignis interdictione l. fina. de falsis, & postquam in eius locum successit deportatio l. 2. §. 1. de pœnis l. 3. ad l. Iuliã. pecula. notat gloss. in l. Gallus §. & quid si tantum de liberis & posthumis, deportantur l. 1. §. fina. de falsis. §. item l. Cornelia Instit. de public. iudi. Sed si humiliores sint, in metallum damnantur l. si quis 37. §. qui viui, de pœn: si vero serui sint vltimò supplicio damnantur dict. §. fina. dict. §. item l. Cornel. quæ pœna hoc iure locum habet, etiam in eos, qui cuiusuis iudicis literas falsauerint, licet gloss. in cap. ad falsariorum de crimine falsi, contrarium velit, quæ aut reprobanda est, aut de iure canonico intelligenda, vt statim suo loco dicemus.

7. Pontificum aũt iure clericus falsarius literarum Regis, siue Imperatoris (hoc enim casu idem in Rege quod in Imperatore admittendum esse docet Marianus Socinus in dict. cap: ad falsariorum num. 12.) post degradationem, quam verbalem esse interpretamur cum Boerio, & alijs vbi supra charactere in facie notatus mittitur in exilium cap. ad audientiam de crimine falsi, & hanc pœnam etiam in laicos practicari alicubi testatur Boerius & Pe. Gregor. vbi supra num. 7.

Qui vero S. Ponti. literas falsauerit, si laicus sit incurrit ipso iure sententiam excommunicationis, à qua, nisi in mortis articulo, solus Pontif. eũ absoluere potest dict. capit. ad falsariorum, & apertius constat ex Bulla in Cœna Domini, quam referunt Rubeus in practica folio 397. & Nauar. in manua ca. de excommunicatione. Et licet non sint ipso facto priuati ab officijs, & dignitatibus secularibus: poterunt tamen à iudic. Eccles. per sententiam priuari, vt docet Marianus Socinus vbi supra num. 17.

Clerici verò literarum apostolicarum falsarij præter excommunicationis sentẽtiã, quã ipso iure incurrũt, sunt priuati omnibus officijs & beneficijs Ecclesiasticis, licet ad actualem degradationem plura regulariter exigantur, capi. cum non ab homine de iudicijs, hic tamen specialiter sunt actualiter degradandi, & seculari potestati tradendi, vt pœnis afficiantur, quibus laici earundem literarum falsarij afficerentur, vt in d. cap. ad falsariorum. Vnde quia iure ciuili huius criminis pœna deportatio est, vt diximus vbicunque ius ciuili seruatur post

degra-

degradationem clerici erunt deportandi. Apud nos vero quia pœna mortis imposita est quotidie suspenduntur.

8. Vtentes autẽ falsis literis, licet ipsi nõ falsauerint, priuãtur officio & beneficio, & laici sunt excommunicati dict. cap. ad falsariorum versicu. qui vero. à qua pœna non excusat ignorantia, nisi ostendant aut exhibeant deceptorem, vt resoluunt Archidiaconus & Torquemada in capi. in memoriam. 19. d. Ber. Diez vbi supra nume. 4.

9. De falsarijs vero aliorum iudicum literarum, agunt Boerius decisio 82. Abbas in c. de rescrip. Hostien. in summa. titulo de crimine falsi. §. fina. Gregor. vbi supra num. 8 Bernar. Diez num. 2. Marianus Socinus in dict. cap. nume. 11. Guido Papæ decisio. 455. Dida. Per. in l 22. titu. 19. li. 8. Ordinamenti gloss. verbo. Arçobispo: Griego. Lop. indict. l. 6. & si literæ sint Episcopi Archiep. vel inferiorum est pœna depositionis ab ordine & beneficio & detrusionis in monasterium capi. si Episc. 50. di. quod si sint iudicis delegati priuanturbeneficijs & iure quod habent in causa ca. olim. de rescrip. & si sint capituli est pœna suspensionis. c. tam ex literis. de testibus. Hęc autem intelligas nisi essent literæ meræ iustitiæ, vt citatoriæ, inhibitoriæ: quia tunc non punirentur, vt falsarij ca. accidens de crimine falsi, sed potius arbitrio iudic. vt resoluit Socinus dict. num. 11.

10. Hispanorum vero iure clericus falsarius literarum Regis eadem pœna tenetur, qua iure canoni. teneri diximus ex l. 8. titu. 9. partit. 2. l. 2. titu. 12. lib. 4. fo, & si aliorum iudi. falsauerit literas, hoc iure omnia eius bona confiscantur Ecclesiæ, & extra regnum mittitur in exilium dict. l. 2. Episcop. vero vel Archiep. sigillum falsans committit crimen de aleue & amittit dimidiam partem bonorum cameræ Regis. l. tertia titulo sexto, l. 22. titulo 19. libro 8. Ordinament. l. 3. titul. 27. libr. 8. Recopilatio.

Falsarij autem literarum Regis aut Pontificis indistincte vltimo supplicio plectuntur, siue per se, siue per alios falsauerint l. 6. titul. 7. parti. 7. & hæc in vsu frequens est.

11. Quia vero diximus falsariũ literarũ Regis esse degradãdũ verbaliter, falsarium autem literarũ apostolicarum actualiter aduertas duplicem esse degradationem, vnam verbalem, alteram

tetá solenné, vel actualé, c. degradatio de pœnis li. 6. vbi DD. Syluest. in summa verbo. degradatio. Bertachinus in tractatu de pœnis 8. part. li. 4. num. 2. Clar. libr. 5. sententiarum. §. final. quæstione. 74. Menoch. de arbitri. casu. 415. numero 4. Pe. Gregor. libro 31. syntagma. cap. 30. num. 8. Dida. Per. in l. 3. titulo. 4. lib. 8. Ordinamen. pagina. 88. versiculo. cum ergo pœna.

12. Verbalis degradatio est idem, quod depositio dict. capit. degradatio. fit enim quando iudi. in sententia declarat clericum esse degradandum, non tamen intendit procedere ad actualem & solennem degradationem, & taliter degradatus, non amittit priuilegium fori, neque capitis, si quis suadente 17. quæstione 4. Et de hac degradatione intelligendus est text. in dict. capitul. ad audientiam qui loquitur de falsario literarum Regis, & in cap. tuæ. de pœnis, & in ca. dictum 82. d.

13. Actualis vero degradatio est, cum illa verbalis degradatio reducitur ad actum, & cum solenniter clericus priuatur ornamentis, & gradibus Ecclesiasticis sibi in concessione ordinum concessis, & traditur potestatibus secularibus puniendus: & de hac loquitur text. in dict. ca. ad falsariorum. Et taliter degradatus amittit priuilegium fori, & quodcúque aliud personis Ecclesiasticis competéstex. vbi glo. in d. c. degradatio. forma autem huius degradationis traditur in Pontificali Romano fo. 207. Dida. Per. vbi supra nu. 199.

14. Aduertas autem, quod olim soli Episcopi cognoscere non poterant de causis criminalibus clericorum, nisi in causa diaconi assisterent tres Episco. & sex in causa presbyteri capit. si quis tumidus, 15. quæ. 7. cum sequentibus. Et ideo licet hodie de generali consuetudine contrarium obseruetur, vt videmus & docet Speculator titul. de causa. §. 4. loco. tamen

15. In degradatione actuali clericorú in sacris constitutorum vetus illud ius obseruatur, vt constat ex dict. capi. degradatio; in quo summe notandum est hunc Episcop. numerum nó esse necessario adhibendú in ipsa actuali degradatione, sed in discussione causæ & probatione sententiæ, alias sententia erit nulla, vt constat ex dict. cap. degrada. vbi Ioan. Andre. & alij docent, eleganter Syluest. in summa. verbo. degradatio. quæst. 1. Clar.

1. Clar. dict. quæst. 64. num. 4. Menoch. vbi supra numer. 35. Bernar. Diez in practic. c. 3. num. 6. Didac. Perez in dict. l. 3. Ordinam. pagin. 89. versic. est notandum Bertachinus vbi supra lib. 4. 1. part. 8. partis. num. 5. in causa vero hæresis seruatur forma cap. 1. de hære. lib. 6. vt docent Simanc. de catholicis institutis. titulo. 45. num. 25. Villadie. de hære. quæst. 19. Floren. in tractatu de suspensione cap. 4. num. 40. & sequentibus & hodie generaliter diffinitum est in Triden. Sess. 13. ca. 4. de reformatione, vt loco Episc. adsint Abba. vel alij prælati in dignitate constituti.

¶ De falsa moneta, Caput XI.

Summarium ad Caput vndecimum.

Monetam cudendi ius quibus competat. num. 1.
Monetam qui cuserit crimen læsæ maiest. committit. 2.
Moneta sine principis licentia cusa, quantumuis probæ materiæ, & legitimi ponderis sit, falsa dicitur. 3.
Moneta quæ statutum pondus & formam non habet falsa dicitur. 4.
Monetam falsam fabricantes iure ciuili qualiter puniantur. 5.
L. 2. C. de falsa mon. & l. 1. eiusdem tit. conciliantur. 6.
Fisco applicatur locus, vbi moneta falsa conficitur. 8.
Monetam qui tondent, tingunt, mutilant, qualiter puniantur de iure comm. nu. 8. & qualiter iure regio. 12.
Monetam falsam expendens, qualiter puniatur nu. 9. & 13.
Monetam falsam cudens clericus, quomodo iure Pontificio plectatur. 10.
Monetam falsam qui fecerint iure regio cremantur. 11.
Monetam probam sibi in solutione oblatam qui recipere nolunt, qua pœna afficiantur iure communi & regio. 14.

1 IVS ac potestas cudendi monetam tantum cõpetit Pontifici, Imper. & alijs Principibus in tẽporalibus non recognoscentibus superiorem, aut quibus hi speciali priuilegio concesserint cap. 1. quæ sint regalia, in vsibus feudorum l. 1. titu. 1. part. 2. docet Accur. in Rubri. C. de veterum numisma-

tum

tum libro.11.Igneus in l.necessarios.§. non aliàs 2. par. num. 94.ff.ad Sylla. Hugo in tractatu de officio quatuor Prælatorum.C.de munerum excusatione nu.8.Mar.Lauden. in tractatu de moneta,numer.1.Curtius eodem tractatu numer.1.

2 Vnde siquis alius monetam cusserit committit crimen læsæ maiestat.l.2.C.de falsa moneta Castaldus in tractatu de Imper.quæst.118.numer.18.Boerius in tractatu de seditiosis §.6. num.2.quod intelligendum est in eo qui Prin.monetam cusserit,secus si extranei docet Bald.in dict.l.2.Cæpola, consil.17. columna 5.AEgydius Bossius in practic.titu. de falsa moneta numer.6.

3 Ac proinde talis moneta & si sit legitimi ponderis & approbatæ materiæ dicitur falsa teste Bar.in l.siquis falsam,de falsis,& probat l.9.titul.7.parti.7. vbi Gregor. sicut è contrario dicitur falsa moneta,quæ ex adulterina materia fit, etiā si facta, & signata sit ab his,qui huic muneri sunt præpositi.

4 Appellatur etiam falsa moneta,quæ non habet formam,& pondus à l.statutum,de qua in l.78.titu.21.li.5.Recopi. docēt & prosequuntur hanc materiam Igneus in d.§.non aliàs 2.par. nu.109.Afflictis in cōstitutiones Neapolis li.3.rub.40.Bossius vbi supra Pet.Phollerius in practic.in fragmentis nume. 293. Franc.Lucanus in tractatu de fisco 2.part.principali num. 2.Iacob.de Bellouiso in pract.iudiciaria cap.1.de iniurijs à numer. 101.Cassaneus in consuetudines Burgundiæ reg.1.num.48.& reg.2.§.1.num.21.Boerius decisione 254.numero. 12. Gramma.decisione 74.Guido Papæ decisione 341. Couarr. in collatione nummismatum capitulo octauo,per totum Menoch. de a bitra.casu.316.Clar.libro.5.sententiarum.§.falsum numer. 46.Pet.Gregor.lib.36.syntagma.capit.2.Grego. Lop.in dict. l.9 part.glo.2.Did.Per.in l.23.titu.19.lib.8. ordinam. Ludo. à Pegue.decisionum criminalium cap. 46. Ioan. Gra. regula. 55.nume.21.

5 Puniuntur autem fabricantes falsam monetam iure ciuili antiquo pœna legis Corneliæ de falsis,l.qui falsam. ff. de falsis,quæ autem sint diximus in ca. præced. Codicis autem nouiori iure omnes eorum facultates fisco addicuntur,ipsi verò igne occiduntur l.2.C.de falsa moneta.

6 Cui non obstat l.1.eiusdem tituli,dum capitalem tātū pœ-

nam esse affirmat,ac proindeperpetui exilij iuxta communem glossæ sententiam in l.1. C.ne mancipiũ Christianũ & in l. in criminali. verbo.capitalem.C.de iurisdictio.omnum iudic.facit lex.licet.103.ff.de verbo.signifi.quia etsi Accur.& cõmunis intelligat eum text.de moneta Regis,aut inferioris dict.l. 2.de moneta Imperator.mihi verior videtur alia eiusdem Accur.sententia in dict.l.2.accipientis tantum ibi de moneta aurea & dict.l.1.de argentea,aut alterius materiæ,prout ex ll. Codi. Theodosiani comprobat eleganter Couarru. dict.ca.8. nu.3.

7 Domus vero seu fundus, in quo moneta facta fuerit,etiam si aliena sit,fisco applicatur,licet dominus ignoret, si tamẽ in propinquo sit, vt in dict.l.1.

8 Tondentes verò vel mutilantes, aut tingentes monetam (quemadmodum autem fiat Plinius lib.3. histo. naturalis capit.3. in fine) hoc iure plectuntur vltimo supplicio.l.fin.C.de veterum numismatum.lib.11.id est.liberi ad bestias damnantur,serui vltimo supplicio afficiuntur l. quicunque 8.de falsis,quæ pœna sine distinctione,an moneta argentea sit; vel aurea obtinebit,vt constat ex d.l.quicunque, ibi partim tinxerit: ergo loquitur etiam Consultus de numis argenteis:hi enim tingi solét,aureos enim nemò ita resupinus est vt argẽti colore pingat,vt cõtra Marsilium & Couar.docent Menoch.vbi supra numero 35.

9 Expendentes autem falsam monetam, si plumbea sit pœnam falsi meruerunt l. lege Cornel.9.ff.de falsis. Si vero alia ratione falsa sit, vt quia non legitimi ponderis,punitur extra ordinaria pœna arbitrio iudic.docet Bartol.num.3. in dict.l. lege Corne. Couar.& Dida. Per.vbi supra Marti. Laudensis numer.28.Curtius num.20.in dict.tractatu de moneta. Cessabit autem hæc pœna, & pecuniaria tantum punientur,si ostẽdant à quo pecuniam illam acceperint argumento l. maiorem C.de fal sis.docet Menoch. vbi supra num.53. de eo autẽ,qui non expendit, sed habet in arca, videndus est Iaco. de Bellouiso dict.c.1.à nu.106.

10 Pontificum autem iure clericus, qui falsam monetam cusserit ab ordine & beneficio depositus in carcerem perpetuo detrudendus est,ex sentẽtia Abb.summe notanda in cap. tuæ

nu.4.

nu.4.de pœnis,vbi ponit Regulā generalē,quod vbi iure ciui li ponitur pro delicto pœna mortis,clericus est deponendus & in monasterium perpetuo detrudendus,quē in proposito se quitur Salzed. in additio.ad Bernar. Diez cap.117.versic.fin. licet Did.Per.in d,l.23.putauerit hoc casu propter sceleris im manitatem clericum,esse actualiter degradandum,& tradendum curiæ seculari.

11 Iure vero Regio cudētes falsam monetam incidunt in pœnam mortis naturalis l.7.titu.12.li.4.fori.quæ per ignem imponenda est ex l.9.titu.7.part.7.& ita quotidie practicatur, vt testatur Did.Per.vbi supra & præterea amittit dimidiam partem bonorum l.4.titu.7.li.8.ordinam.l.5.titu.17.li.8.Recopila.

12 Tondentes autem vel tingentes monetam hoc iure pœna iud. arbitraria puniuntur, ex d.l.9.p. hodie ex nouis prag. pœna mortis indicta est & amisionis omnium bonorum, vt in pragmatica.18.*De la moneda*,quæ habetur in l.67.titulo.5. recopila.

13 Expendentes autem falsam monetam hoc eodem iure puniuntur pœna exilij quatuor annorum, & confiscationis dimidiæ partis bonorum,vt habetur in dict.pragmati.118.& in capitulo 62.&. refert Didacus Perez, vbi supra. quod intelligendum est, quando indicat à quo falsam monetam habet, alias non punitur falsi pœna l.78.Stili.docetCoua. vbi supra. De his vero qui bonos iam numos factos liquefaciunt, agunt Bart.in d.l.lege Cornelia Pla.in l.fin.C.de veterum numisma tum l.11.Gregor.Lop.in dict.l.9.glo.5.& text.in l.2.titul.8. li.5. Ordinamen.l.11.titul 21.lib.5.recopila.l,5.titul.6.li.8. Ordinamenti.

14 Qui vero probam & vsitatā monetam in solutione oblata accipere recusat, iure ciuili pœna arbitraria punitur, vt in l.1.C.de veterum numisimatum lib.11.docent Afflict.dict.rubric.40.num.3. Dida.Per.in l.5.titul.6.lib.8. Ordinamenti. in fi.iure regio septuplū illius monetę soluere debet fisco.l.4. titu.8.lib.5.Ordina.dum tamen in minuta pecunia vltra tertiam partem solutio non offeratur : hanc enim esse huius Regni practicam testatur Ioan. Gutierrez quæstionum practica. libro 2.quæstione 106.

¶ De furti pœna, Caput duodecimum.

Summarium ad Caput duodecimum.

Furtum apud Ægyptios & Lacedæmonios licitum erat nu.1.
Furtum diuina, & naturali lege prohibitum est, quidquid Alciat. contrarium tentauerit.2.
Furtum quòd aliquibus nationibus probaretur, non tamen ideo desinit esse iuri naturali contrarium.3.
C.ius naturale 1. distinct. declaratur simulque docetur, quomodo iure naturali omnia esse communia dicantur.4.
Furtum iure naturali recte potuit prohiberi, cum in rebus tantum mobilibus committatur: & illæ eo iure non essent communes.5.
Furti definitio.6.
Furtum committit qui rem ab alio deperditam sibi retinet neque dominum quærit.7.
Rei alienæ inuentor si Dominus non reperietur, tenetur eius pretium pauperibus dare.8.
Animalia deperdita inueniens quid facere teneatur.9.
Furtum recte diffiniri, contrectationem rei alienæ inuito domino quãuis Alcia contra opinetur.10.
L. inter omnes. §. recte de furtis intelligitur.11.
Furtorum duo genera manifestum, & nec manifestum, & de vtroque.12.
Fures lege 12. tabu. quomodo animaduersi.13.
Furta per lancem & licium concepta vt manifesta plectebantur, & quæ hæc essent.14.
Forcatuli, Balduini & aliorum opiniones de furtis per lancem & liciũ conceptis relatæ & explosæ.15.
Furta concepta, & oblata quæ dicerentur.17.
Furtum manifestum cur acerbius, quam non manifestum punitũ.17.
Furti pœna quæ nouiori iure ciuili.18.
Fures hodie non pœna quadrupli, vt ante, sed corporaliter arbitrio iudicis puniuntur.19.
Fures pœna mortis regulariter non sunt afficiendi.20.
Fur, cuius furto pax aut tregua violata est, etiam propter minimum furtum suspenditur.21.
Latro famosus etiam pro minimo furto suspenditur, & quis famosus latro.

latro dicatur.21.
Fures famosi, id est, qui consuetudinem furandi habent, quæ ex tribus furtis probatur, suspendi solent.23.
Fur an pro vno furto, quod magnum sit, potest suspendi.24.
Furtum magnum, quod dicatur, iudicis arbitrio relinquitur 25.
Fures iure Pontificio quomodo plectantur.26.
Furum pœna iure regio partitarum, & nouiori, & quid praxis obseruet.27.
Furtum etiam primum in curia regis commissum mortis pœna mulctatur de iure regio, licet hodie rigor hic nouis pragmat. temperetur.28.

1 QVANVIS apud Lacedæmones & Ægyptios licitum fuerit furtum id laudi ducentes plura, & astute furari, vt referunt Aulus Ge. lib. 11. noctium Aticarum ca.18. Alex. ab Alex. lib.6. dierum genialium capit.10. Plutarc. in vita Licurgi. & problemate 168. & ex nostris Pe. Gre. lib.37. syntagma. ca.1. Concius li.1. successiuarum lectionum cap.2. Menoc. de arb. casu 295.

2 Et ideo tentauit Alcia. in. l. probum num.4. ff. de verbo. signific. furtum solum ciuili l. prohibitum, verius tamen est & diuina Exodi cap.20. Leui.18. cap. pœnali 14. quæst.5. cap. meretrices 32. q.4. & naturali l. esse prohibitum d.l. probū 42 ff. de verbo. signifi. l.1. in fine de fur. l. nam hoc natura. de condic. inde. docet Alcia. reprehendendo Anto. Aug. li.4. emenda. ca.4. Forcatulus in neciomantia, dialogo 29. Pinel. in Rubrica, C. de rescin. vendi. 1. part. cap.1. num.21.

3 Nec quod de Lacedæmonijs & AEgyptijs diximus, aliquid facit cum plura pluribus nationibus probentur, natura ipsa & ratione improba vt de adulterio diximus supra, & præterea non fuit perpetua Lacedæmonijs furandi licentia, sed licebat, modò non deprehenderentur in furto, deprehenso enim pœna erat vapulare, & esurire, vt ex Plutarcho refert Tiraquellus in addi. ad Alexan. vbi supra litera I.

4 Neque Alciati sententiam iuuat tex. in ca. ius naturale 1. distin. ibi, communis omnium possessio: ergo eo iure cum omnia essent communia, furtum esse non potuit, ac proinde

nec prohiberi, quia verba illa: communis omnium, non sunt ita accipienda, communis omnium rerum, sed communis omnium hominum possessio. Tantum enim immobilia quæ verbo possessionis comprehenduntur eo iure fuerunt communia: mobilia vero iam erant distincta, vt constat ex dict. ca. ius naturale, ibi. rei depositæ restitutio, & ex ca. 3. Gene. vbi Cain & Abel habuerunt propria, vnus nimirum oues, & alter agriculturam, vt rectè interpretatur Paul. Castrens. in l. 1. §. ius naturale numero 7. de iustitia & iure. Vaconius declaratione 11. num. 3. & 4.

5 Vnde cum furtum in rebus mobilibus tantum committatur l. quare. 38. in fine. ff. de vsucapio. potuit quoque eo iure committi & prohiberi, vt in dict. l. 1. ff. de fur. & plura de materia & pœna furti, vltra Legistas & Canonistas in titulis de furtis, tradunt Aul. Gel. Alexan ab Alex. vbi supra Menoc. dict. casu 295. Pet. Gregor. dict. lib. 37. capi. 1. & sequentibus Sceuola in autent. sed nouo iure. à num. 35. C. de seruis fugi. Iulij Clar. lib. 5. sententiarum. §. furtum Anto. Gom. 3. tomo variarum cap. 5. Coua. li. 2. varia. ca. 9. num. 7. Cassaneus in consuetudines Burgun. rubrica. 1. §. 1. per totum Bossius in practica. titul. de furtis Afflict. in consti. Neapol. lib. 1. Rubr. 63. à num. 15. & rub. 64. Boe decisio. 219. & decisio. 173. nume. 3. & sequentibus Capitius decisio. 104. Guido Pap. decis. 589. numero 1. Quesada in quæstionibus iuris capit. 19. Salazar de vsu & consuetudine curiæ cap. 5, num. 18. Bern. Diaz in practic. capitul. 90. Ludo. Pegue. decisione crimin. capitul. 25. cum sequentibus Gregorius Lopez, l. 1. tit. 14. part. 7. & in ll. sequentibus.

6 Est autem furtum contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, possessionis ve, quod lege naturali prohibitum est admittere, teste Paul. in l. 1. ff. de furt. §. 1. inst. de obligat. quæ ex delict. le. 1. ti. 14. p. 7.

7 Ex qua diffinitione primo deducitur, eum, qui rem ab alio deperditam in foro iacentem sustulerit, cuius dominum ignorat, si eam sibi retineat non inquirendo dominum furtum cōmittere: fraudulose enim rem alienam contrectat lucri faciendi causa. l. falsus. 43. §. qui alienum. ff. de furt. docent Bossius num. 9. Anto. Gom. num. 2. vbi supra, Follerius in practi-

in fragmentis nu.130.

8 Tenetur enim inuentor dominum quærere, & si non inuenerit precium inuentæ rei pauperibus elargiri, vt argumento tex.in autentica. omnes peregrini. C. communia de successione docent Barto.in dict.§. qui alienum. Abbas in cap.dilect.numer.22.de accusatio.& in capit.fina.nota.3.ff. de furtis.

9 Quod limitandum est in animalibus deperditis, quæ tenetur inuentor iudici exhibere, & certa forma per præconium denuntiare, aliàs tenetur de furto le.1.titulo.12.lib.6. Ordinamenti.

10 Secundò deducitur, quod si crederemus Alcia.li.1.dispunctio.c.12.hæc verba, inuito domino, quæ in furti diffinitione habent nonnulli Codi. adulterina & delenda esse, tamen ex reliquo diffinitio. colligitur, furtum non fieri, nisi domino inuito dict.§.1.l.fina.ff.de condic.furti.

11 . Neq; obstat tex.in l.inter omnes.§. recte. ff. de furtis, vbi volente quoq; domino furtũ fit, quia in furto nõ verã domini volũtaté, sed æstimationẽ eius, qui furatur cõsideramus; vt si ipse putet dominũ consentire furtũ nõ sit, & si putet dissentire, quãuis vere cõsentiat, furtum committat, vt dict.§.rectè. Quæ interpretatio temperanda est, quando res ipsa furto non aufertur: sed iusto titulo à principio cœpta, ex post facto incipit contrectari. Tunc enim licet vsum rei, puta.commodatæ, aut depositæ contrectes, existimans dominum dissentire, cum vere consentiat, excusor à furto, §.sed etsi inst.de oblig. quæ ex delict. quia res facile tolerantur, quæ speciem boni contractus habent l. sed an vltro.§.final.ff. de nego. gestis.

12 Furtorum vero duo genera sunt, manifestum, & nec manifestum l.2.de fur. Manifestũ dicitur, quando fur deprehenditur cum furto, siue à domino, siue ab alio, siue in loco, in quo furatus est, siue in alio, dum tamen prius deprehendatur, quã eo loci rem pertulerit, quo destinauerat eo die manere l.3.4. 5,& 6.de furt.§. furtorum institu. de obliga. quæ ex delicto. Nec manifestum autem apparet esse, quod deprehensum non est l.nec manifestum, de furtis.

13 Iure ciuili antiquo, id est, duodc.tabu. in fures pœna in dicta fuerat, vt nocturnus impune occideretur, diurnus ita si se-

telo defendit, his verbis: Si nocte furtum factum sit, si in eo aliquis occiderit, iure cæsus esto, prout referunt Cicer. in oratione pro Milo. text. in l. 4. ad l. Aquil. in l. si pignore §. furē. de furt. in cap. 3. de Hom. Au. Ge. Alexa ab Alexan. Contius & Anto. Aug. vbi supra, idem Anto. Aug. lib. singul. de ll. 12. ta. l. 29. Rebar. ad easdem ll. cap. 26. Contius ad easdem ll. l. 42. & 43. Couar. in Clementi. si furiosus. 3. part. §. vnico num. 6. quam l. interpretantur Consulti in l. si caluit. 233. §. telum. de verbo. signific. & in l. furem de furt. si autem non occiderent qui furtum manifestum commisissent, si liberi eadem, l. verberabantur & his addicebantur, id est, in seruos concedebantur, quibus furtum fecissent, si serui verberibus cæsi ex saxo Tarpeio præcipitabantur. Pueri vero impuberes prætoris arbitrio vapulabant, noxaque ab his facta sarciebatur, vt referunt Alexand. ab Alexand. Au. Ge. Contius & Anto. August. vbi supra. Et hinc Theophylus Institu. de perpet. & tempor. actio. in principio scribit capitalem pœnam ex. ll. 12. tabu. in dictam esse.

14 Eadem etiam l. continebatur, vt furta concepta per lancē, & litium, vt manifesta punirentur. Quæ autem ea furta essent, non sat interpretes perceperunt & Forca. in neciomantia, dialo. 29. num. 8. existimauit fures aliquo licio & lance vsos fuisse, vt timorem incuterent rerum dominis, sicut in Arabia inimicorum prædijs quidam lapides ponunt, indicio futuros, vt qui eum agrum postea colerent malo letho perirent, vt refert Consultus in l. sacculari. 8. §. sunt quædam. aliàs est. l. sunt quædam de extraordinar. crimin. quæ igitur lance, & licio fecissent fures voluerunt Decemuiri pœna furti manifesti vindicari.

15 Bald. tamen ad ll. 12. ta. l. 57. aduertit sacrorum ministros licio subcingi solitos indeque lictores sæpe dicebantur, vt clare ostendit Ouidius libro secundo. Fasto. Lances quoque fuisse olim inter sacrificia ex Virgilio deprehenditur lib. 4. AEneidos, ibi, dona ferunt cumulantque oneratis lancibus aras. Vnde existimat hæc furta fuisse, quæ religionis obtentu fiebant. Nam si fures, vt reputarétur sacrificuli lance & licio vterentur, quia tale furtum proximum est sacrilegio, vt manifestum puniri l. voluit, quam interpretationē sequi-

sequitur Tiraquel. in additio. ad Alexan. ab Alexan. vbi supra litera. G. Aliter tamen interpretatur idem Alexan. lib. 6. cap. 10. aliter Tiraquel. ibi, litera. Y. & aliter Anto. Aug. lib. 4. emen. cap. 4.

Sed longe falluntur, quia non agit ea l. de furtis commissis, aut fictis per lancem, & litium, sed de furtis conceptis, id est, deprehensis per lancem & litium; quod manifestum fit ex verbo illo concepta.

16 Nam, vt referunt Caius lib. 2. Institutio. Paulus lib. 2. sententiarum titul. 31. Alia erant duo furtorum genera, oblatum, scilicet, & conceptum. Quid esset oblatum explicat Iusti. in §. oblatum. Inst. de obliga. quæ ex deli. Conceptum furtum appellatur cum apud aliquem testibus præsentibus res quæsita, & reperta est. §. conceptum Insti. eo. Igitur concepta furta dicebantur, quæ in alicuius domo deprehenduntur, & de his loquitur l. 12. ta.

Vnde difficultas restat, in explicando qualiter per lancem & litium deprehenderentur. Et sciendum est Decemvirorum temporibus moris fuisse, vt qui sibi furtum esse dicebat, & in alicuius ædibus furtum quærere volebat, si à domino prohiberetur, illud faceret nudus, vt aptior esset ad furtũ cõquirendũ, iurabatq; Deos legũ custodes sese reperiẽdi furtũ spe quærere, vt autem appareret iussu magistratuum domum illam ingredi litio cingebatur. Olim enim qui magistratuũ iussa exequebantur, litio trãsuerso cingere se solebant, & inde lictores dicebantur, vt docet Aulus Ge. lib. 12. noctium Atti. capit. 3. Et præterea lancem ante oculos ponebant propter matrum fami. aut virginum præsentiam, id est, ne viderent vxores, aut mulieres, quas religiose Romani obseruarunt. Et tunc ille, apud quem furtum quærebatur, aperire, & in obsignatis, & non obsignatis locis liberam furti inquirendi facultatem facere cogebatur. Atque tunc si res furtiua deprehenderetur furtũ illud per lancem & licium conceptum, id est, inuentum & deprehensum tanquam manifestum ex dict. l. puniebatur. Ita eleganter ex Festo. Pompe. li. 10. de verborum signifi. docent Alcia. li. 5. parergon. c. 8. Othoma. in dict. §. conceptum, enunciatione. n. Prate. in lexi. iuris. verbo. furta per lancem Rebar. ad l. t. a. 2. ta. ca. 26. versic. ea quoque Anto. Aug. dict. l. 29.

pagin.178,Pe. Gre.li.37.syntag.c.1.nu.18. Et hunc modum perquirendi furta mutuati sunt Romani à Græcis, vt constat ex Platone li.12.de ll.& referunt Othomanus Rebar.& Gre. vbi supra.

17 Quæ autem ratio fuerit, vt acerbius manifestum furtum, quam nec manifestum puniretur resoluunt elegáter Contius dict.li.1.ca.2.num.5. Forcatulus dict.dialog.29.numer.7. & AEguinarius Baro in dict. §.conceptum, & Vvensembechius in summ.1.ff.hoc titulo,numero,decimo quarto.

18 Sed quia post ll.12.ta.Roma.prohibuerunt,quem de saxo præcipitari l.ii diutino.nu.25.versic.fina. de pœnis,& liberú hominem seruum alterius fieri pœnę causa noluerunt, prætores superiorem pœnam immutarunt, & quadrupli constituerunt,principium.Insti.de tempo.& per.actio.atque ita no uiori ciuili iure,pœna quadrupli pro manifesto,& dupli, pro nec manifesto furto indicta est.§.pœna Instit. de obliga. quæ ex deli.§.in duplum.§. ex maleficijs Instit. de actio.l. quid ergo 13.§,fina.de his, qui notantur infamia

19 Sed hodie hanc quadrupli pœnam non esse in vsu testatur Iul.Cla.dict.§.furtum num.16.licet res ipsa furata etiam parte nón petente restituenda sit ei à Iudi.l.interdum 58.§.qui fu rem de fur. docet Cassaneus in consuetudines Burgundiæ, Rubrica 1.§.5.num.2.Et ideo hodie etiam hoc iure agitur de furto criminaliter.l.de furtis,id est,ad pœnam corporalem, quę est eo iure extraordinaria,id est,iudici arbitraria iuxta glo. finalem in l. subtracto.C.de furtis.receptam à Cepola,&alijs, quos sequitur Meno.dict.casu 295.numero.8.& vsu receptum est quod fustigentur glo. in autent. sed nouo iure. C.de ser uis fugi.& in l.capitalium.§.famosos verbo,furca.de pœnis

20 Pœna autem mortis pro furto imponi non potest, neque amputationis membri d.autenti. sed nouo iure. autenti.vt nul li iudic §.pro furto autem, collatione.9.

21 Quod primo limitandum est,quando pax aut tregua inter aliquos formata furto violaretur,text.sic intelligendus, aliàs dificilis in cap.1.§.si quis quinque solidos, de pace tenenda in vsibus feudorum. Tunc enim etiam pro minimo furto pœna mortis imponenda est,vt interpretatur Cepola in d.Auten tica, sed nouo iure.num.8.Cla.num.7.Meno.num.13. vbi supra,

pra. Abb. in c. tua nos. § fin. n. 8. de homicid. Gom. in dic. §. ex maleficijs. num. 2. & ibi Vsillus num. 35. Pegue. d. cap. 27. num. 4.

22 Secundo prædicta regu. limitanda est in famosis latronibus hi enim furca suspenduntur. l. capitalium. §. famosos, de pœnis. docet Cassan. in consuetu. Burgú. dict. §. 5. nume. 1. & 3. Gom. Menoch. & alij, vbi supra, & quanuis Accur. in dict. autentic. sed nouo iure putauerit famosum esse latronem, qui habet consuetudinem furandi, tñ verius est de eo tantum agi in dic. §. famosos qui in publicis itineribus, vel syluis per vim vel cum armis grassantur, quos Hispanè dicimus, salteadores. qui etiam pro minimo furto suspendendi sunt, vt docet Scepola in d. autenti. sed nouo iure nu. 103.

23 Quinimo & famosi fures, quanuis latrones nó sint (longa enim differentia est inter fures & latrones. l. cum duobus 52. §. damna. ff. pro socio) id est, qui habent consuetudinem furandi etiam occulte, & sine armis suspenduntur. Dicuntur autem habere consuetudinem furandi, si tria furta commiserint & ita communi consuetudine receptum est, vt pro tribus furtis pœna mortis imponatur, vt testatur gloss. & Bald. numer. 5. in l. 3. C. de episco. audientia, & verbo castigabitur in d. autent. Sed nouo iure & ibi Bald. num. 3. Scepola 84. sentit gloss. verbo furca in dict. §. famosos. docent Clarus, Gom. & Peg. vbi supra Gregor. Lop. in l. 18. verbo, mater. titu. 14. parti. 7. Anto. Gom. dict. cap. 5. num. 6. latissime tradentes quomodo tria furta dicantur commissa, & Boerius decisione 219. Coua. li. 2. varia. ca. 9. num. 3. Mariá. Socin. in cap. ea quæ num. 42. de pœnis.

24 Sed etsi vnum tãtum furtum commiserint, dum tamen magnum sit, furca esse suspendendos argumento. l. si is qui tres. 31. §. cæterum, de excusa. tutorum. docuit Bald. in dict. autentica, sed nouo iure, quem sequuntur DD, communiter, vt constat ex Guido, decisione 589. in princip. Couarr. dict. capi. 9. num. 7. Menochius vbi supra num. 9. Vsillus in dict. §. ex maleficijs num. 45. Pegue. dict. cap. 27. num. 6. & hoc esse in Hispania receptum refert Bernard. Diez in practic. c. 9. nu. 2.

25 Quod autẽ dicatur furtũ magnum iudi. arbitrio relinquẽdum esse, testantur. Sed contraria sententia mihi videtur verior

nam esse affirmat, ac proindeperpetui exilij iuxta communem glossæ sententiam in l.1. C.ne mancipiũ Christianũ & in l. in criminali. verbo.capitalem.C.de iurisdictio.omnum iudic.facit lex.licet.103.ff.de verbo.signifi.quia etsi Accur.& cómunis intelligat eum text.de moneta Regis, aut inferioris dict.l. 2.de moneta Imperator.mihi verior videtur alia eiusdem Accur.sententia in dict.l.2.accipientis tantum ibi de moneta aurea & dict.l.1.de argentea, aut alterius materiæ, prout ex ll. Codi. Theodosiani comprobat eleganter Couarru. dict.ca.8. nu.3.

7 Domus vero seu fundus, in quo moneta facta fuerit, etiam si aliena sit, fisco applicatur, licet dominus ignoret, si tamẽ in propinquo sit, vt in dict.l.1.

8 Tondentes verò vel mutilantes, aut tingentes monetam (quemadmodum autem fiat Plinius lib.3. histo. naturalis capit.3. in fine) hoc iure plectuntur vltimo supplicio.l.fin.C.de veterum numismatum.lib.11.id est.liberi ad bestias damnantur, serui vltimo supplicio afficiuntur l. qui cunque 8.de falsis, quæ pœna sine distinctione, an moneta argentea sit; vel aurea obtinebit, vt constat ex d.l.quicunque, ibi partim tinxerit: ergo loquitur etiam Consultus de numis argenteis: hi enim tingi solét, aureos enim nemò ita resupinus est vt argẽti colore pingat, vt cótra Marsilium & Couar.docent Menoch.vbi supra numero 35.

9 Expendentes autem falsam monetam, si plumbea sit pœnam falsi meruerunt l. lege Cornel.9.ff.de falsis. Si vero alia ratione falsa sit, vt quia non legitimi ponderis, punitur extra ordinaria pœna arbitrio iudic.docet Bartol.num.3. in dict.l. lege Corne. Couar.& Dida. Per.vbi supra Marti. Laudensis numer.28.Curtius num.20.in dict.tractatu de moneta. Cessabit autem hæc pœna, & pecuniaria tantum punientur, si ostẽdant à quo pecuniam illam acceperint argumento l. maiorem C.de fal sis.docet Menoch. vbi supra num.53. de eo autẽ, qui non expendit, sed habet in arca, videndus est Iaco. de Bellouiso dict.c.1.à nu.106.

10 Pontificum autem iure clericus, qui falsam monetam cusserit ab ordine & beneficio depositus in carcerem perpetuo detrudendus est, ex sentẽtia Abb.summe notanda in cap. tuæ nu.4.

nu.4.de pœnis,vbi ponit Regulã generalẽ,quod vbi iure ciui li ponitur pro delicto pœna mortis,clericus est deponendus & in monasterium perpetuo detrudendus,quẽ in proposito se quitur Salzed. in additio.ad Bernar. Diez cap.117.versic.fin. licet Did.Per.in d,l.23.putauerit hoc casu propter sceleris im manitatem clericum,esse actualiter degradandum,& tradendum curiæ seculari.

11 Iure vero Regio cudẽtes falsam monetam incidunt in pœnam mortis naturalis l.7.titu.12.li.4.fori.quæ per ignem imponenda est ex l.9.titu.7.part.7.& ita quotidie practicatur, vt testatur Did.Per.vbi supra & præterea amittit dimidiam partem bonorum l.4.titu.7.li.8.ordinam.l.5.titu.17.li.8.Recopila.

12 Tondentes autem vel tingentes monetam hoc iure pœna iud. arbitraria puniuntur, ex d.l.9.p. hodie ex nouis prag. pœna mortis indicta est & amisionis omnium bonorum, vt in pragmatica.18.*De la moneda*,quæ habetur in l.67.titulo.5. recopila.

13 Expendentes autem falsam monetam hoc eodem iure puniuntur pœna exilij quatuor annorum, & confiscationis dimidiæ partis bonorum,vt habetur in dict.pragmati.118.& in capitulo 62.&c. refert Didacus Perez, vbi supra. quod intelligendum est, quando indicat à quo falsam monetam habet, alias non punitur falsi pœna l.78.Stili.docet Coua. vbi supra. De his vero qui bonos iam numos factos liquefaciunt, agunt Bart.in d.l.lege Cornelia Pla.in l.fin.C.de veterum numismatum l.11.Gregor.Lop.in dict.l.9.glo.5.& text.in l.2.titul.8. li.5. Ordinamen.l.11.titul 21.lib.5.recopila.l,5.titul.6.li.8. Ordinamenti.

14 Qui vero probam & vsitatã monetam in solutione oblata accipere recusat, iure ciuili pœna arbitraria punitur, vt in l.1.C.de veterum numisimatum lib.11.docent Afflict.dict.rubric.40.num.3. Dida.Per.in l.5.titul.6.lib.8. Ordinamenti. in fi.iure regio septuplũ illius monetę soluere debet fisco.l.4. titu.8.lib.5.Ordina.dum tamen in minuta pecunia vltra tertiam partem solutio non offeratur: hanc enim esse huius Regni practicam testatur Ioan. Gutierrez quæstionum practica. libro 2.quæstione 106.

latro dicatur.21.
Fures famosi, id est, qui consuetudinem furandi habent, quae ex tribus furtis probatur, suspendi solent.23.
Fur an pro vno furto, quod magnum sit, potest suspendi.24.
Furtum magnum, quod dicatur, iudicis arbitrio relinquitur 25.
Fures iure Pontificio quomodo plectantur.26.
Furum pœna iure regio partitarum, & nouiori, & quid praxis obseruet.27.
Furtum etiam primum in curia regis commissum mortis pœna mulctatur de iure regio, licet hodie rigor hic nouis pragmat. temperetur.28.

1 QVANVIS apud Lacedæmones & Ægyptios licitum fuerit furtum id laudi ducentes plura, & astute furari, vt referunt Aulus Ge.lib. 11.noctium Aticarum ca.18. Alex. ab Alex. lib.6.dierum genialium capit.10.Plutarc.in vita Licurgi.& problemate 168.& ex nostris Pe.Gre.lib.37.syntagma.ca.1.Concius li.1.successiuarum lectionum cap.2. Menoc.de arb.casu 295.

2 Et ideo tentauit Alcia.in.l. probum num.4. ff. de verbo. signific.furtum solum ciuili l.prohibitum, verius tamen est & diuina Exodi cap.20.Leui.18.cap.pœnali 14.quæst.5. cap. meretrices 32.q.4.& naturali l.esse prohibitum d.l. probū 423 ff.de verbo.signifi.l.1.in fine de fur.l.nam hoc natura.de condic.inde.docet Alcia.reprehendendo Anto. Aug. li.4. emenda.ca.4.Forcatulus in necromantia,dialogo 29. Pinel. in Rubrica,C.de rescin.vendi.1.part.cap.1.num.21.

3 Nec quod de Lacedæmonijs & AEgyptijs diximus, aliquid facit cum plura pluribus rationibus probentur,natura ipsa & ratione improba vt de adulterio diximus supra, & præterea non fuit perpetua Lacedæmonijs furandi licentia,sed liceba t,modo non deprehenderentur in furto, deprehenso enim pœna erat vapulare,& esurire,vt ex Plutarcho refert Tiraquellus in addi.ad Alexan.vbi supra litera.I.

4 Neque Alciati sententiam iuuat tex.in ca.ius naturale 1.distin.ibi,communis omnium possessio:ergo eo iure cum omnia essent communia, furtum esse non potuit, ac proinde

nec prohiberi,quia verba illa:communis omnium, non sunt ita accipienda,communis omnium rerum,sed communis omnium hominum possessio.Tantum enim immobilia quæ verbo possessionis comprehenduntur eo iure fuerunt communia:mobilia vero iam erant distincta,vt constat ex dict. ca.ius naturale,ibi.rei depositæ restitutio,& ex ca.3. Gene.vbi Cain & Abel habuerunt propria,vnus nimirum oues, & alter agriculturam,vt rectè interpretatur Paul.Castrens.in l.1.§. ius naturale numero 7.de iustitia & iure. Vaconius declaratione 11. num.3.& 4.

5 Vnde cum furtum in rebus mobilibus tantum committatur l.quare.38.in fine. ff. de vsucapio. potuit quoque eo iure committi & prohiberi,vt in dict.l.1.ff.de fur.& plura de materia & pœna furti,vltra Legistas & Canonistas in titulis de furtis,tradunt Aul.Gel.Alexan ab Alex. vbi supra Menoc. dict. casu 295. Pet. Gregor. dict. lib. 37. capi.1. & sequentibus Sceuola in autent.sed nouo iure. à num.35.C.de seruis fugi. Iulh.Clar.lib.5.sententiarum.§.furtum Anto. Gom.3. tomo variarum cap.5.Coua.li.2.varia.ca.9.num.7.Cassaneus in consuetudines Burgun.rubrica.1.§.1. per totum Bossius in practica.titul.de furtis Afflict.in consti.Neapol. lib.1. Rubr.63. à num.15.& rub.64.Boe decisio.219.& decisio.173. nume.3. & sequentibus Capitius decisio. 104. Guido Pap. decis.589. numero.1.Quesada in quæstionibus iuris capit. 19. Salazar de vsu & consuetudine curiæ cap.5,num.18. Bern. Diaz in practic. capitul. 90. Ludo. Pegue. decisione crimin.capitul.25. cum sequentibus Gregorius Lopez.l.1.tit.14. part. 7. & in.ll. sequentibus.

6 Est autem furtum contrectatio rei fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius,possessionis ve, quod lege naturali prohibitum est admittere, teste Paul.in l.1.ff.de furt.§.1.inst.de obligat. quæ ex delict.le.1.ti.14.p.7.

7 Ex qua diffinitione primo deducitur,eum,qui rem ab alio deperditam in foro iacentem sustulerit,cuius dominum ignorat,si eam sibi retineat non inquirendo dominum furtum cōmittere : fraudulose enim rem alienam contrectat lucri faciendi causa.l.falsus.43.§.qui alienum.ff.de furt.docent Bossius num.9.Anto.Gom.num.2.vbi supra, Follerius in practi-

in fragmentis nu.130.

8 Tenetur enim inuentor dominum quærere, & si non inuenerit precium inuentæ rei pauperibus elargiri, vt argumento tex.in autentica. omnes peregrini. C. communia de successione docent Barto.in dict.§. qui alienum. Abbas in cap.dilect. numer.22.de accusatio.& in capit.fina.nota.3.ff. de furtis.

9 Quod limitandum est in animalibus deperditis, quæ tenetur inuentor iudici exhibere, & certa forma per præconium denuntiare, aliàs tenetur de furto le.1.titulo.12.lib.6. Ordinamenti.

10 Secundò deducitur, quod si crederemus Alcia.li.1.dispun ctio.c.12.hæc verba, inuito domino, quæ in furti diffinitione habent nonnulli Codi adulterina & delenda esse, tamen ex reliquo diffinitio.colligitur, furtum non fieri, nisi domino inuito dict.§.1.l.fina.ff.de condic.furti.

11 Neq; obstat tex.in l.inter omnes.§. recte. ff. de furtis.vbi volente quoq; domino furtũ fit, quia in furto nõ verã domini volũtatẽ, sed æstimationẽ eius, qui furatur cõsideramus; vt si ipse putet dominũ consentire furtũ nõ fit, & si putet dissentire, quãuis vere cõsentiat, furtum committat, vt dict.§.rectè. Quæ interpretatio temperanda est, quando res ipsa furto non aufertur: sed iusto titulo à principio cœpta, ex post facto incipit contrectari. Tunc enim licet vsum rei, puta.commodatæ, aut depositæ contrectes, existimans dominum dissentire, cum vere consentiat, excusor à furto.§.sed etsi inst.de oblig. quæ ex delict. quia res facile tolerantur, quæ speciem boni contractus habent l. sed an vltro.§.final.ff. de nego. gestis.

12 Furtorum vero duo genera sunt, manifestum, & nec manifestum l.2.de fur. Manifestũ dicitur, quando fur deprehenditur cum furto, siue à domino, siue ab alio, siue in loco, in quo furatus est, siue in alio, dum tamen prius deprehendatur, quã eo loci rem pertulerit, quo destinauerat eo die manere l.3.4. 5.& 6.de furt.§. furtorum institu. de obliga. quæ ex delicto. Nec manifestum autem apparet esse, quod deprehensum non est l.nec manifestum, de furtis.

13 Iure ciuili antiquo, id est, duodec.tabu. in fures pœna in dicta fuerat, vt nocturnus impune occideretur, diurnus ita si se

telo defendit, his verbis: Si nocte furtum factum sit, si in eo aliquis occiderit, iure cæsus esto, prout referunt Cicer. in oratione pro Milo. text. in l. 4. ad l. Aquil. in l. si pignore §. furē. de furt. in cap. 3. de Hom. Au. Ge. Alexa ab Alexan. Contius & Anto. Aug. vbi supra, idem Anto. Aug. lib. singul. de ll. 12. ta. l. 29. Rebar. ad easdem ll. cap. 26. Contius ad easdem ll. l. 42. & 43. Couar. in Clementi. si furiosus. 3. part. §. vnico num. 6. quam l. interpretantur Consulti in l. si caluit. 233. §. telum. de verbo. signific. & in l. furem de furt. si autem non occiderent qui furtum manifestum commisissent, si liberi eadem, l. verberabantur & his addicebantur, id est, in seruos concedebantur, quibus furtum fecissent, si serui verberibus cæsi ex saxo Tarpeio præcipitabantur. Pueri vero impuberes prætoris arbitrio vapulabant, noxaque ab his facta sarciebatur, vt referunt Alexand. ab Alexand. Au. Ge. Contius & Anto. August. vbi supra. Et hinc Theophylus Institu. de perpet. & tempor. actio. in principio scribit capitalem pœnam ex. ll. 12. tabu. indictam esse.

14 Eadem etiam l. continebatur, vt furta concepta per lancē, & litium, vt manifesta punirentur. Quæ autem ea furta essent, non sat interpretes perceperunt & Forca. in necioman ia, dialo. 29. num. 8. existimauit fures aliquo licio & lance vsos fuisse, vt timorem incuterent rerum dominis, sicut in Arabia inimicorum prædijs quidam lapides ponunt, indicio futuros, vt qui eum agrum postea colerent malo letho perirent, vt refert Consultus in l. sacculari. 8. §. sunt quædam. aliàs est. l. sunt quædam de extraordinar. crimin. quæ igitur lance, & licio fecissent fures voluerunt Decemuiri pœna furti manifesti vindicari.

15 Bald. tamen ad ll. 12. ta. l. 57. aduertit sacrorum ministros licio subcingi solitos indeque lictores sæpe dicebantur, vt clare ostendit Ouidius libro secundo. Fasto. Lances quoque fuisse olim inter sacrificia ex Virgilio deprehenditur lib. 4. Æneidos, ibi, dona ferunt cumulantque oneratis lancibus aras. Vnde existimat hæc furta fuisse, quæ religionis obtentu fiebant. Nam si fures, vt reputarētur sacrificuli lance & licio vterentur, quia tale furtum proximum est sacrilegio, vt manifestum puniri l. voluit, quam interpretationē sequi-

sequitur Tiraquel. in additio. ad Alexan. ab Alexan. vbi supra litera. G. Aliter tamen interpretatur idem Alexan. lib. 6. cap. 10. aliter Tiraquel. ibi, litera. Y. & aliter Anto. Aug. lib. 4. emen. cap. 4.

Sed longe falluntur, quia non agit ea l. de furtis commissis, aut fictis per lancem, & litium, sed de furtis conceptis, id est, deprehensis per lancem & litium; quod manifestum fit ex verbo illo concepta.

16 Nam, vt referunt Caius lib. 2. Institutio. Paulus lib. 2. sententiarum titul. 31. Alia erant duo furtorum genera, oblatum, scilicet, & conceptum. Quid esset oblatum explicat Iusti. in §. oblatum. Inst. de obliga. quæ ex deli. Conceptum furtum appellatur cum apud aliquem testibus præsentibus res quæsita, & reperta est. §. conceptum Insti. eo. Igitur concepta furta dicebantur, quæ in alicuius domo deprehenduntur; & de his loquitur l. 12. ta.

Vnde difficultas restat, in explicando qualiter per lancem & litium deprehenderentur. Et sciendum est Decemuirorum temporibus moris fuisse, vt qui sibi furtum esse dicebat, & in alicuius ædibus furtum quærere volebat, si à domino prohiberetur, illud faceret nudus, vt aptior esset ad furtũ cõquirendũ, iurabatq; Deos legũ custodes sese reperiẽdi furtũ spe quærere, vt autem appareret iussu magistratuum domum illam ingredi litio cingebatur. Olim enim qui magistratuũ iussa exequebantur, litio trãsuerso cingere se sol. bant, & inde lictores dicebantur, vt docet Aulus Ge. lib. 12. noctium Atti. capit. 3. Et præterea lancem ante oculos ponebant propter matrum fami. aut virginum præsentiam, id est, ne viderent vxores, aut mulieres, quas religiose Romani obseruarunt. Et tunc ille, apud quem furtum quærebatur, aperire, & in obsignatis, & non obsignatis locis liberam furti inquirendi facultatem facere cogebatur. Atque tunc si res furtiua deprehenderetur furtũ illud per lancem & licium conceptum, id est, inuentum & deprehensum tanquam manifestum ex dict. l. puniebatur. Ita eleganter ex Festo. Pompe. li. 10. de verborum signifi. docent Alciat. li. 5. parergon. c. 8. Othoma. in dict. §. conceptum, enim tiistióne. in Prate. in lexi. iuris. verbo. furta per lancem Rebar. ad ll. 12. ta. ca. 26. versic. ea quoque Anto. Aug. dict. l. 29.

pagin.178,Pet. Gre.li.37.syntag.c.1.nu.18. Et hunc modum perquirendi furta mutuati sunt Romani à Græcis, vt constat ex Platone li.12.dell.& referunt Othomanus Rebur.& Gre. vbi supra.

17 Quæ autem ratio fuerit, vt acerbius manifestum furtum, quam nec manifestum puniretur resoluunt elegáter Contius dict.li.1.ca.2.num.5. Forcatulus dict.dialog.29.numer.7. & AEguinarius Baro in dict. §.conceptum, & Vvensembechius in summa.ff. hoc titulo, numero, decimo quarto.

18 Sed quia post ll.12.ta.Roma prohibuerunt, quem de saxo præcipitari.l.si diutino.nu.25.versic.fina. de pœnis, & liberú hominem seruum alterius fieri pœnę causa noluerunt, prætores superiorem pœnam immutarunt, & quadrupli constituerunt, principium.Insti.de tempo.& per.actio.atque ita no uiori ciuili iure, pœna quadrupli pro manifesto, & dupli, pro nec manifesto furto indicta est.§.pœna Instit. de obliga. quæ ex deli.§.in duplum.§. ex maleficijs Instit. de actio.l. quid ergo 13.§, fina.de his, qui notantur infamia

19 Sed hodie hanc quadrupli pœnam non esse in vsu testatur Iul.Cla.dict.§.furtum num.16.licet res ipsa furata etiam parte nón petente restituenda sit ei à Iudi.l.interdum 58.§.qui furem de fur. docet Cassaneus in consuetudines Burgundiæ, Rubrica 1.§.5.num.2.Et ideo hodie etiam hoc iure agitur de furto criminaliter.l.de furtis, id est, ad pœnam corporalem, quę est eo iure extraordinaria, id est, iudici arbitraria iuxta glo. finalem in l. subtracto.C.de furtis.receptam à Cepola, & alijs, quos sequitur Meno.dict.casu 295.numero.8.& vsu receptum est quod fustigentur glo. in autent. sed nouo iure. C.de ser uis fugi.& in l.capitalium.§.famosos verbo, furca.de pœnis

20 Pœna autem mortis pro furto imponi non potest, neque amputationis membri d.autenti. sed nouo iure. autenti.vt nulli iudic §.pro furto autem, collatione.9.

21 Quod primo limitádum est, quando pax aut tregua inter aliquos firmata furto violaretur, text.sic intelligendus, aliàs difficilis in cap.1.§.si quis quinque solidos, de pace tenenda in vsibus feudorum. Tunc enim etiam pro minimo furto pœna mortis imponenda est, vt interpretatur Cepola in d.Autentica, sed nouo iure.num.8.Cla.num.7.Meno.num.13. vbi supra,

pra, Abb. in c. tua nos. § fin. n. 8. de homicid. Gom. in dic. §. ex maleficijs. num. 2. & ibi Vsillus num. 35. Pegue. d. cap. 27. num. 4.

22 Secundo prædicta regu. limitanda est in famosis latronibus hi enim furca suspenduntur. l. capitalium. §. famosos, de pœnis. Docet Cassan. in consuetu. Burgũ. dict. §. 5. nume. 1. & 3. Gom. Menoch. & alij, vbi supra, & quamuis Accur. in dict. autentic. sed nouo iure putauerit famosum esse latronem, qui habet consuetudinem furandi, tñ verius est de eo tantum agi in dic. §. famosos qui in publicis itineribus, vel syluis per vim vel cum armis grassantur, quos Hispanè dicimus, salteadores. qui etiam pro minimo furto suspendendi sunt, vt docet Scepola in d. autenti. sed nouo iure nu. 103.

23 Quinimo & famosi fures, quamuis latrones nõ sint (longa enim differentia est inter fures & latrones. l. cum duobus 52. §. damna. ff. pro socio) id est, qui habent consuetudinem furandi etiam occulte, & sine armis suspenduntur. Dicuntur autem habere consuetudinem furandi, si tria furta commiserint & ita communi consuetudine receptum est, vt pro tribus furtis pœna mortis imponatur, vt testatur gloss. & Bald. numer. 5. in l. 3. C. de episco. audientia, & verbo castigabitur in d. autent. Sed nouo iure & ibi Bald. num. 3. Scepola 84. sentit gloss. verbo. furca in dict. §. famosos. docent Clarus, Gom. & Peg. vbi supra Gregor. Lop. in l. 18. verbo, mater. titu. 14. parti. 7. Anto. Gom. dict. cap. 5 num. 6. latissime tradentes quomodo tria furta dicantur commissa, & Boerius decisione 219. Coua. li. 2. varia. ca. 9. num. 3. Mariã. Socin. in cap. ea quæ num. 42. de pœnis.

24 Sed etsi vnum tãtum furtum commiserint, dum tamen magnum sit, furca esse suspendendos argumento. l. si is qui tres. 31. §. cæterum, de excusa. tutorum. docuit Bald. in dict. autentica, sed nouo iure, quem sequuntur DD, communiter, vt constat ex Guido, decisione 589. in princip. Couarr. dict. capi. 9. num. 7. Menochius vbi supra num. 9. Vsillus in dict. §. ex maleficijs num. 45. Pegue. dict. cap. 27. num. 6. & hoc esse in Hispania receptum refert Bernard. Diez in practic. c. 9. nu. 2.

25 Quod autẽ dicatur furtũ magnum iudi. arbitrio relinquendum esse, testantur. Sed contraria sententia mihi videtur verior

rior & practicanda, eam enim defendunt Salice. Pau. & Fulgo. in dict. autenti. sed nouo iure, & ibi Scepola numero. 61. Gome. in dict. §. ex maleficijs num. 13. Anton. Gom. 3. tomo variarum cap. 5. num. 7. Sala. de vsu & consuetudine curiæ. c. 5. num. 18. Clarus vbi supra num. 9. Gregor. Lop. in dict. l. 18. verbo, matar, Cassa. vbi supra nume. 3. & nouissime Salze. in addi. ad Bernar. Diez d. c. 90. & ita obseruandum est, nisi præter furti magnitudinem, aliæ qualitates adessent furtum aggrauantes.

26 Pontificum autem iure pro furibus, si inter furandum occidantur, orandum non est capit. 2. de furtis: quia constat eos in mortali peccato decessisse capit. placuit 23. q. 5. clerici vero fures deponendi sunt ca. presbyte. 81. dist. ca. cum non ab homine de iudic. l. 61. titu. 6. parti. 1. quæ depositionis pœna, vbi res furata esset parui momenti, vt scribit Abb. in capi. tuæ. nu. 1. de pœnis. Gregorius Lopez, in dicta. l. 61. verbo. el furto, quod si latrones sint verbaliter degradantur, & in monasterium detruduntur, capit. tuæ, de pœnis vbi Hostiensis Socinus & alij. Bernard. Diez dict. cap. 90. Pet. Gregor. li. 37. syntag. ca. 2. nu. 13.

27 Iure autem regio partitarum fur manifestus punitur pœna quadrupli, nec manifestus pœna dupli. le. 18. titu. 14. parti. 7. Nouiori iure pro primo furto tenetur soluere nouenas, duplum parti, & septuplum fisco. Etsi non habeat, vnde soluat amputantur sibi aures, & pro secundo, pœna mortis imponitur lib. 6. titu. 5. le. 2. titu. 13. lib. 4. fori, sed pro secundo furto pœnam mortis non practicari, sed flagellorum, & aurium abscissionem in eius locum successisse, testantur Gregor. in dic. l. 18. Anton. Gomez, nume. 5. in fine & Couarru. dict. num. 7. quare autem abscindantur aures furibus, declarat Vallus in d. §. ex maleficijs nu. 22.

Hodie vero ex nouis pragmaticis sublata est pœna nouenarum, & etiam pro primo furto trahitur ad ignominiam, & damnatur ad triremes per quadriennium, dum maior sit 17. annorum: & pro secundo flagellatur, & damnatur perpetuo ad triremes l. 7. & 9. titu. 11. lib. 8. Recopil. & pro tertio suspendendus est, quia cum non sit nostro iure pœna specialis imposita standum erit pœnæ iuris ciuilis, vt Gomecius & alij testantur,

tur, vbi supra

28 Quod si furtum committatur in curia Regis etiã pro primo furto pœna mortis imposita est, ex l. prima titulo decimo tertio, libro octauo Ordinamenti, le. 1. titulo 23. libro 8. Recopilationis,

Sed nimium rigorosa visa est Gregorij. gloss. final. in l. 3. titulo 16. partita 2. & ideo arbitrio Iudic. esse relinquendum testatur Didacus Perez in dict. l. Ordinamenti, verbo conuencido.

Vnde Rex noster Philippus in pragmatica anni 1552. ita pœnam temperauit, vt pro primo furto centum flagellis cædatur, & per 8. annos damnetur ad triremes, pro secundo, pœna flagellorum duplicata perpetuo in triremibus seruire debet l. 7. titulo 11. libro 8. Recopilatio. sin autem committatur in eremo videnda est l. 3. titulo. 13. lib. 8. Recopilationis.

¶ *De gestante alterius habitum, Caput decimumtertium.*

Summarium ad Caput decimumtertium.

Habitu & vestitu Rom. dignitates secernebantur, indeque apud eos vestes in multiplici differentia. num. 1.

Latus clauus senatoribus dabatur, & cuius formæ esset. 2.

Trabea, paludamentum, toga, prætexta, quænã vestes, & quibus datæ. 3.

Toga prætexta à quo tempore vterentur Romani. 4.

Alexander Seuerus voluit officijs omnibus proprium vestium genus assignare. 5.

Serui olim diuerso à liberis habitu vti cæperunt, & cur id postea sublatum. 6.

Matrum fa. virginum, ancillarum, & meretricum vestes olim distinctæ. 7.

Habitum alienum vsurpans grauiter delinquit & quare. 8.

Habitum alterius ioci, voluptatis ve causa assumens, potest puniri. 9.

Fœminæ virilem habitum etiam in scenis induentes fustigari possunt, & ab Episcopis excommunicari. 10.

Viri

Viri muliebri ornatu vtentes infames sunt. 11.

Scænici ludi iure Canonico prohibiti, & de pœna clericorum, qui eis inseruiunt. 12.

Scænici siue repræsentantes sunt infames, & ad ordines non promouentur, neque sacram synaxim recipere possunt. 13.

Monachorum habitus ioci causa sumi prohibentur, & cõmodari ad id non possunt. 14.

Habitum alterius, fraudis & deceptionis causa sumens grauiter puniri debet. 15.

Clericum qui se facit, cum vere non sit grauiter puniendus, præsertim si celebrare ausus sit. 16.

Nobilium insignia, vel dignitates, aut etiam habitum militarium ordinũ vsurpans, quomodo puniatur. 17.

Scholares Doctorum habitu & vestibus vti prohibentur. 18.

Scholasticorum vestes qui sumit, cum scholasticus non sit grauiter castigatur. 19.

Habitum alterius opprobrij, aut contemptus causa vsurpantes, grauiter puniuntur. 20.

Laruis, vulgò mascaras vtentes qualiter plectantur. 21.

1 PLACVIT Romanis habitu & vestitu quodammodo dignitates secernere: ideoque vestes habuerunt multiplicis differentiæ, vt patet ex l. vestis 23. ff. de auro, & arge. leg. docet Vuolfangus Latius lib. 2. commentariorum reipubli. Romanæ capit. 3. & sequentibus, & li. 8. Ioan. Rosinus libro. 5. antiquitatum Romanarum, cap. 31. Tiraquel. ad ll. connubiales. li. 3. à num. 22. Petrus Gregor. lib. 9. syntagmatũ cap. 19. num. 23. Fornerius li. 1. Selectionum cap. 1. Lazarus Baifius de re vestiaria seu in explicatione dict. l. vestis c. 1. & seqq.

2 Latus clauus dabatur senatoribus, erat autem tunica, quæ clauos, id est, quasi flores purpureos panno intextos habebat, teste Rosino vbi supra cap. 33. Baifio cap. 7.

3 Trabea potissimum præfectis prætorio, de qua Rosinus cap. 34. Vuolfangus lib. 8. cap. 5. Baifius c. 10. in fine: paludamentum præcipue consulibus, quod erat chlamys Imperatoria, testatur Rosinus dict. cap. 31. toga prætexta, idest, quæ purpuram per oras habebat omnibus magistratibus, vt ex

ex Ciceron. & alijs, docet Rosinus cap.32. & Gregor. vbi supra.

4 Hac toga prætextata à pubertate vsque ad decimum septimum annum vtebantur pueri: vnde intelliges legem 3. §. fina. ff. de liberis exhibendis. §. iniuria. Insti. de iniurijs.

5 Habuitque in animo Alexan. Seuerus Cæsar omnibus officijs genus proprium vestium dare, & omnibus magistratibus, vt à vestitu dignoscerentur, vt refert Lampridius in Alexan.

6 Et aliquando Romani in ea sententia fuerunt, vt seruos à liberis cultus distingueret, sed deinde, quia apparuit quantū periculū immineret, si eorū serui eos dinumerare cœpissent, post modum, vt inquit Seneca lib. de clementia, displicuit.

7 Quin & matrum familias virginum, ancillarum, & meretricum vestes distinctas fuisse ex Vlpiano patet, ex l. item apud. 15. §. siquis virginem. ff. de iniurijs, Horatio lib. 1. sermonum, satyra 2. & Tertuliano de cultu fœminarum, quam vestium distinctionem ab illis seculis petitam adhuc apud nos durare: aliter enim viri, quam fœminæ, aliter monachi, quam clerici, & clerici quam laici, & nobiles, quam plebeij, & scholastici, quā DD. ornantur, & vestiuntur.

8 Vnde qui alterius habitum assumpserit alienum vsurpat, & ideo non leuiter delinquit, vt docent Tiraquellus in dict. l. 3. connubiali à nume. 58. Bartol. Brixianus, quæst. dominicali 81. Rebufus de priuilegijs Scholarium priuilegio 94. Gregor. Lopez in l. 3. verbo, vestidura titulo 17. par. 5. Didac. Perez in Rubrica titul. 18. lib. 8. Ordinamenti pagina 252. Petrus Gregor. lib. 39. syntagmatum cap. 11. Plaça in epitome delictorum cap. 5. per totum Bon. de Curt. 5. part. num. 165. in tract. de nobilit.

9 Quare qui causa ioci, vel voluptatis habitū alterius assumpserint, vt faciunt histriones poterunt puniri: faciunt enim cōtra iuris prohibitionem l. mimæ. C. de episcop. audientia.

10 Et ideo fœmina, quę huius rei causa virilem habitū induit, Deo facit abominabile, vt habetur Deuteron. capi. 22. & ideo potest ab Episcopo excōmunicari, cap. siqua mulier 30. di. notat Syluester in summa verbo, fœmina & nouissimè in nostro Regno pragmatica anni 1587. prohibitum fuit fœminis sub pœna fustigationis, ne in Scenis eo habitu vterentur. Et generali-

neraliter si mulier in viri habitu deprehendatur, virilem ve-stem amittit, & corporaliter punitur, iudicantis arbitrio, vt habetur in li.pragmaticarum fol.771. licet causa custodiendę pudicitiæ, vel licitę alterius rei impune eo habitu vtantur, vt docent Tiraquel. in dict.li.3. connubiali versicul. fina. Greg. Lopez vbi supra, verbo. vestiduras.

11 Vir autem si muliebri ornamento vtatur, licet apud Romanos aliquando licuerit. l. inter vestem. ff. de auro & argen. lega. docent Tiraquel. dict. numer. 58 Plaça dict. cap. 5. num. 1. efficitur infamis ex sententia Rainutij, per text. ibi l. vestis. §. communia, ibi, sine reprehensione. ff. de auro, & argent. lega. docet Rebufus in. l. mulieres. 13. col. 3. ff. de verborum signi.

12 Et ideo iure canonico tales ludi prohibentur cap. cū decorem de vita & honesta. Cleri. Et si clericus his deseruiat, si per annum id fecerit, vel ter admonitus non resipuerit, amittit priuilegium clericale cap. 1. de vita & honesta. lib. 6.

13 Sunt enim infames l. 1. l. 2. §. ait prætor. ff. de his, qui notantur infamia, ac proinde etiam post peractam pœnitentiam non possunt ad ordines, sine Pontificis dispensatione promoueri cap. 1. cap. præterea 51. d. docēt Innocen. Abba. & Inno. in dict. cap, cum decorem, imo quamdiu in officio dur. nt ab Eucharistia prohibentur, vt in ca. pro dilectione. d. 2.

14 Monachorum quoque, & monacharum habitus ioci causa prohibentur, vt docet Stephanus Costa. in tractatu de ludo. 2. artic. num. 13. nec possunt commodari, vt ait Franciscus Pauinis in tractatu de visitationibus 2. part. q. 8. num. 29.

15 Secundò vsurpari solet alterius habitus fraudis, & deceptionis causa, quæ res grauem coertionem meretur arbitrio iudicis. l. eos. §. qui se pro milite. ff. de falsis, vbi Bartol. & DD.

16 Vnde qui se clericum fingit, cum clericus non sit, arbitrio iudi. puniendus est secundum Bartol. & Bald in l. qui sub prætextu, in fine. C. de sacrosanct. eccle. maximè si celebrauerit, quo casu grauissime puniendus erit, vt testatur. Bernar. Diez in practica c. 12. & Salzedo in additionibus, ad Berna. Diez. Maio. de irregular. li. 4. ca. 31

17 Et qui nobilium insignia vsurpat, pœnæ quoque subiacebit,

cebit, vt docuit Bonus de Curtili vbi supra num. 198. veluti si se Comitem dicat Bald. in l. data opera. C. qui accusare nó possunt in cap. tertio loco colum. 1. de probatio. vel si habitum ordinum militarium deferat, dict. §. qui se pro milite: quo casu si viles sint, fustigari solent.

18 Et scholaris, qui DD. vestibus vtuntur reprehendi sunt gloss. verbo. dignitatum in cap. vt Apostolicæ. de priuilegijs li. 6. falsum enim committunt, Bossius in praxi titulo de falsis nu. 131. & ideo possunt extraordinariè puniri Bar. in dic. §. qui se pro milite, idem Bartol. in l. reddatur. C. de professoribus & Medicis lib. 10. Sæpe enim falsi pœna arbitraria est. Menochius de arbitrarijs casu 343. num. 3.

19 Imo qui Scholasticorum vestes assumunt cum studentes non sint, erunt grauiter castigandi ex Rebuso de priuilegijs Scholasticorum, priuilegio. 94.

20 Vltimo alterius habitum opprobrij, aut contemptus causa vsurpantes, iniuriarum actione tenentur. §. iniuria, iuncta, gloss. verbo. prætextatum. Insti. de iniurijs. Ideoque grauissime puniuntur. glo. ve. bo. laruarum, dict. capi. cum decorem, idest, capitaliter, vt interpretatur Accusius verbo, Monachi in autentico de Sanctissi. Episcop. §. fina. collat. 9. sustinebunt enim corporalia supplicia, & exilio tradentur, vt ait Iusti. in dict. §. fina. Plaça hunc. §. intelligit in gestante cuiuscunque habitum in ipsius contemptum, & ita erit practicandum ex omnibus supra dictis.

21 Et nouissimè apud nos statutum est, ne quis laruis vtatur, quod nos dicimus mascaras, aliàs si plebeius sit fustigabitur, si nobilis sit exulabit per sex menses duplicata pœna in eos, qui noctu eis vtantur ex l. 9. titulo 15. libro octauo Recopi-

¶ *De hæreticorum pœna, Caput decimumquartum.*

Summarium ad Caput decimumquartum.

Hæreticus ab hæresi dictus, & hæresis vnde nu. 1.

Hæresis apud bonos authores pro secta, vel opinione accipitur. 2.

tit.27.

Hæreticorum bona confiscantur, & alienata post delictum vindicantur, & legitimæ liberorum ratio non habetur.28.

Filij minores hæreticorũ, cura inquisitoris nutriri, et educari debēt.29

Hæreticorum bona neque ipsi offerre tenentur, neque à fisco capi possunt ante sententiam declaratoriam.30.

Hæreticorum bona quomodo applicanda.31. (dent.32.

Hæretici omni debito priuantur, & ecclesiastica immunitate non gau-

Hæretici iudici seculari, vt ab eo puniantur tradi debent, & quod is teneatur statim sentētiã imponere, neque processum petere possit.33.

Clerici hæretici, quomodo puniantur, & à quo tempore beneficijs priuentur.34.

Hæretici, quos cito erroris pœnitet, curiæ seculari relaxandi non sunt, & qui dicantur cito pœnitere.35.

Hæretici cito conuersi, licèt non relaxentur alias tamen pœnas incurrunt & quæ illæ sint.36.

Sacci benedicti, quem vulgo Sambenito *appellant pœna & origo.37*

Saccum benedictũ occultantes, vel dimittētes puniũtur, vt relapsi.38.

Hæretici pertinaces tantum, vel relapsi curiæ seculari traduntur, & qui pertinaces dicantur.39.

Hæretici relapsi, qui dicantur: & differentia inter eos, qui de leui, vel qui de vehementi suspicione abiurarunt. 40.

Hæreticorum pœna iure regio. 41.

Hæretici vsque ad mortem proterui & pertinaces viui comburuntur, qui verò etiã in ipso mortis tēpore resipuerint prius suffocãtur. 42.

Hæreticos iustè ignis pœna damnari, quidquid Zasius contra opinetur, & vnde hæc pœna originem trahat.43.

Hæreticorum in bonis confiscandis, non Regiæ sed canonicæ leges obseruantur.44.

1 HÆRETICVS ab hæresi dictus est: hæresis autem non ab erro, erras, hercisco, vel ab hæreo, vt nonnulli male existimauerunt, sed à voce Græca deducitur, quæ Latine sonat electio, quasi quis sibi eligat disciplinam, quam putat esse meliorem, cap. hæresis 24. quæst.3. docēt Marianus Socinus, & alij in rubrica de hæreticis. Villadiego tractatu de hæreticis in principio. Si-

mancas de catholicis institutionibus titulo. 30. & 31. Petrus Gregor.li.33.syntagma.cap.4.numer 3.Cantera quæstionum criminalium 2.part.cap.1.

2 Et sic à Cicero.in paradoxis,& in epistol.ad Atticũ.312.& ab alijs probatis autoribus vsurpatur,pro secta, vel opinione.

3 Vnde placet inter plures hæresis diffinitiones, quas refert Symancas dict.titu.30,Cante a dic.cap.1. vt hæresis sit error pertinax contra Catholicam veritatem, ac proinde hæreticus erit om.ssa gloss.traditione verbo,hæreticum in cap. firmissime,de summa Trinitate,qui semel Christum confessus errorẽ contra Catholicam veritatem pertinaciter defenderit,vel,vt dicitur in l.2.C.de hære.qui leuiore argumento,deest à tramite, & iudicio Catholicæ religionis.

4 Ex qua diffinitione deducitur primo eum, qui nunquam Christum professus est,quia nondum baptismum suscepit,etsi male de fide sentiat non esse hæreticum, docent Simanc.dict. titu.31.num.3.Iulius Clar.lib.5.sententiarum.§.hæresis.num. 2.Pe.Gregor.dict.cap.4.num.5.

5 Quæ sententia receptissimis DD. sententijs comprobata in eo fallit,qui se putaret baptizatum,puta quia ex Christia.parentibus natus est,qui etsi vere baptizatus non sit, est tamen baptizatus baptismo flaminis, vt docuerũt Gabriel in 4.distinct. 13.q.2.Castro libr.1.de iusta hæreticorum punitione.cap.8.facit elegans tex.in cap.fina.de presbytero non baptizato.

6 Et inde apparet,quare Pontificia,& ciuilia iura permittant Iudæis antiquas habere Synagogas,& eas reædificare in l. fina. C.de Iudæis cap.3.c.consuluit,de Iudæ.neque eos vnquam ad credendum in Christo coegerit.ca,sicut Iudæi.de Iudæis.cap. de Iudæis 45.d.ca.ad fidem.23.quæst.5.

7 Hæreticos autem nũquam dissimulauerit, sed infestissimis pœnis ad fidem redire cogerit:illi enim cum extranei sint, nihil ad nos,hi autem cum semel se per baptis. fidei & Christo obligauerint,modis omnibus compellendi sunt per vias,& sepes ad regnum Dei intrare,vt Luc.c.14.

8 Vnde dimmanda est quorundam opinio existimantium non esse hæreticos ad fidem cogendos, quam refert Brunus lib.3.de hæreticis cap.3. & argumentis respondet eleganter Pe.Greg.l.lib.33.cap.6.nu.4.S.man.de Catholicis institutionibus,

tibus.tit.45. Villadiego in tractatu contra hæreticam prauitatem quæst.6.latißime ex iure diuino & generali Ecclesiæ consuetudine,& vrgentißimis rationibus probantes hoc crimen acerbißime esse vindicandum.

9 Secundò ex dict.diffinitione deducitur,quod vt quis dicatur verus hæreticus,requiritur quòd habeat errorem in mente contrarium fidei,id est,quod sciens catholicam fidem ità sentire,ipse aliter sentiat. Vnde licet sine verbis poßit quis hæresim committere , & dicatur occultus hæreticus gloss.2.in summa 24.quæst.1.quia tamen de mente constare non potest, nisi ad exteriora procedatur,necessario requiritur, quod talis error per verba exprimatur, vt poßit tanquam hæreticus puniri,vt docent Palatius Rube.in allegatione in materia hæresis.§.1.Simancas dict.titu.31.num.5.

10 Et hinc patet,quod nullum factum exterius,quantumcúque abominabile & horrendum est hæresis,neque directo probat,quem esse hæreticum. Veluti siquis imaginem Christi flagellaret,vel sacrosanctam Eucharistiam in luto conculcaret: hæc enim licet vehementer hæresis suspicionem inducant, cum tamen poßint absque errore perpetrari,hæresim nō probant cap.nunc autem 21.d.facit regul. text. in l. neque natales.C. de probatio. docent Palatios Rube. & Simancas vbi supra. Florentinus in summa 2.part.titu. 12. cap.5.§.1. Syluest.verbo.hæresis 1.quæstione 2.Albertinus in Rubrica numero 8. de hæreticis lib. 6. Rojas de hæreticis 1.part.num. 36.& 42.& 316. quinimo & DD.communiter placuisse referunt Calderinus consil. 4. de hære. & Cla. dict. §. hæresis num.3.

11 Quod siquis metu mortis , vel tormentorum neget aliquem articulum fidei, licet grauißimè peccet, & gloss.2.in cap.non solùm 11.quæst.3.quia tamen non errat corde,non reputatur hæreticus, facit text. in dict. capit. nunc autem. Rojas.1.par.num.48.& 103. Quæ sententia in foro interiori verißima est , vt sint liberi in conscientia ab excom.& alijs pœnis contra hæreticos impositis , sed in foro iudiciali non videtur vera,cùm solus Deus scrutator cordium sit , & nemo præsumatur loqui quæ non priùs mente agitauerit. l. Labeo,ff. de supelle. legata. disputat latißime Rojas dict. prima parte

ma parte, & huius opinionis fundamenta ponit à numero.276.

12 Tertiò ex dict. diffinitione deducitur, quod vt quis dici possit verus hæreticus, & statutis contra eos pœnis puniri, requiritur, quod errorem illum pertinaciter defendat, est enim hæresis error pertinax, vt probat text. in cap. firmissime. capi. ad abolendam, cap. vergentis de hæreticis. ca. accusatus eodē titul. lib. 6. Clementina 1. §. porrò. de summa Trinitate Clementi. 1. §. cæterum de vsuris. c. dixit. c. qui in 24. quæst. 3. docent Gril. de hæreti. quæst. 1. num. 6. & quæst. 2. num. 5. Villadiego eodem tractatu quæst. 2. num. 3. Pala. Rubeus vbi supra §. 3. Simanc. dict. titu. 31. num. 7. Menochius de arbitra. casu 372. nu. 9.

13 Diditur autem pertinaciter defendere, qui post ad monitionem iud. vel Inquisi. in eodem errore perstiterit, ex gloss. eleganti iuncto tex. l. 3. §. tutores. ff. de suspectis tutoribus quam ibi, in proposito sequitur Bartol. Pala. Rube. vbi supra Felin. in Rubrica de hæreticis, in principio, & optime deducitur ex dict. cap. dixit Apostolus, & in dict. cap. qui in Ecclesia.

14 Vnde cum is, qui de fide dubitat hæreticus quoque censeatur cap. 1. de hære. necessario quoque exigitur, quod in ea dubitatione pertinaciter persistat, docent Villadiego vbi supra Clar. dicto. §. hæresis, numero secundo. Abbas in dicto cap. 1.

15 Quod sane intelligendū est quoad euitandam pœnam corporalem; non enim euitabitur peccatum, neq. pœna spiritualis & ideo publice cogetur hæresim abiurare, vt in dict. c. ad abolendam docet Menoc. vbi supra nu. 10. cuius rei praxim inferius tradem⁹.

16 Vltimo deducitur, quod cum hęretici fidē ipsam, & Christum immediatè lædant, eorum crimen mere Ecclesiasticum est, ac proinde licèt ciuili iure secularibus iudicibus commissum sit. l. 1. C. de summa Trinitaté. l. quicunque, versicul. fina. C. de hęre. hodie tamen nullus præter iudicem Eccles. de eo cognoscere, & pronunciare quomodo libet poterit c. vt inquisitionis. §. prohibemus li. 6.

17 Fuerunt autem à principio iud. huius criminis Episcopi in

in suis diœcesibus ca.ad abolendam.ca.ex communicamus, c. fina.de hære. Post modum tamen post varias Episco.curas, & aliquorum negligentiam & negocij vtilitatem delegati fuerunt à Ro.Pon. Iud.qui de hoc crimine diligenter inquirerét, & vocantur Inquisitores in cap. Inquisitores de hære, libr. 6. & iudices deputati in Clementina prima, eódem titulo, & in Hispania primus omnium hoc munus Beatus Dominicus exercuit, & post eum fratres suæ religionis

18 Vsque ad Ferdinandú, & Elisabet Reges Catholicos, qui anno Christi 1476. Pontificis permissu clericis secularibus cō miserunt, & officium Inquisitionis prudentissimis institutionibus hodie regitur religiosissime instituerunt, vt referűt Simã. vbi supra titul.34. num.1. Salze. in additionibus ad Bernar. Diez in practic. cap. 114. litera. F.

19 Aduertas autem, quod per hanc Inquisitorum iurisdictionem non est derogatum iurisdictioni Episcoporum capi. per hoc de hæreti.li. 6. possunt enim communiter vel diuisim de hæresi cognoscere; vel inquirere dict.cap. per hoc, extrauagāti, ex eo.de hære. Sed quia ex ea diuisione magna oriebatur confusio, hoc iure vtimur, vt Episcopus Vicarius, aut alter ab eo delegatus adsistat Inquisitoribus, qui cum eis simul hæreticos inquirat, & condemnet, & sede vacante, idem facere potest Capitulum dict. capi. ad abolendam.

20 Possunt tamen Inquis. sine dio[illegible]sno aut ei⁹ delegato, & diœcesanus sine Inquisitore hæc tria facere, inquirere, citare & capere, id est, ponere reos in custodia, Clementina 1.§.1.de hæreti.ca. per hoc.c. vt officium eodem ti tu. lib.6.

Tria quoque excepta sunt, quæ vnus sine alio facere non potest, primum carceri duro magis ad pœnam, quam ad custodiam reum mancipare, secundum reum tormentis subijcere, & tandem sententiam condemnatoriam proferre cap.1.§.fin. de hære.li.6.c. quanuis. de pœnis eodem li.c. nouimus, de verborum signifi. capi. penultimo de apostatis docent Simancas dict. titulo 34. num. 13. & 18. Pet. Greg. dict. li. 36. capi. 7. nu. 5. poterit tamen alter sine altero absolutoriam proferre sentētiam glo. verbo contra eos in d. Clemen.1.§.1. recepta ex Petro Gregorio vbi supra.

21 Puniuntur autem grauissimè hæretici iure ciuili. Primo

enim priuantur omnibus priuilegijs, quæ intuitu Christianæ religionis concessa sunt. l. 1. C. de hæreti. secundò priuantur tacita hypotheca pro bonis dotalibus, autentic. item priuilegium. C. eodem titulo. Tertiò res Ecclesiæ emere, conducere aut in emphyteusim accipere prohibentur l. si quis orthodoxæ. C. de hære. Quartò priuantur propinquorum successionibus l. quid de Donatistis. ff. de his, qui supremam religionē in. C. Theodosiano. Quintò eis adimitur facultas donandi, emendi, vendendi, vel aliter contrahendi l. hæreticorum illo titulo. Sextò sunt intestabiles, actiue, & passiue. l. 8. 15. 39. 40. & 56. eodem titul. in. C. Theodo. Iusti. quoque statuit filios hæreticos excludi à successione parentum, in l. cognouimus. l. diuinam. C. de hære. Septimò ob solam hæresis suspicionem, nisi se ab ea purgauerint, infames efficiuntur, & banniti, autentica Gazaros. C. de hæreti. l. fin. C. de apostatis. Octauò immunitates eis adimuntur. l. curiales. C. de hære. ergo eorum testimonia in iudicijs contra Catholicos nō admittuntur. l. quoniam multi. C. de hære. facit text. in cap. testimonium de testibus, & tandem vltimo supplicio plectuntur. l. Manichæos. C. de hære. quod mortem naturalem interpretatur. l. vltimum supplicium. ff. de pœnis.

22 Iure verò canonico hæretici sunt excommunicati cap. 1. sane 24. quæst. 2. cap. canonica 11. quæst. 3. cap. ecce ca. resecādæ 24. q. 3. cap. ad abolendam, cap. excommunicamus de hæreti, docent eleganter Nauarr. in Manuali ca. 21. Rebufus in practica beneficiali ad bullam in cœna Domini, versicul. 1.

23 A qua excommunicatione si sic occultus hæreticus absolui potest solum ab Episcopo, & non ab eius vicario. Si autem sit manifestus solum à Romano Ponti. ex Concilio Tridentino Sessione 24. cap. 6. Dicitur autē manifestus hæreticus, quādo hæresis probari potest per testes, vt ex gloss. in cap. eorum 11. quæst. 3. docet Dominicus in cap. in fidei. num. 6. Francis. Esquilacensis in tractatu de fide catholica cap. 13. nume. 1.

24 Hanc etiam excommunicationem incurrit hæreticus, quātumcunque occultus etiā si verbis hæresim non expressesit, vt contra vniuersos Theologos docet gloss. verbo, eo ipso in Clemētina 1. de hære. tradit late Cāter. quæstionū crimina liū 2. pa. t. ca. 1. num. 8. qua etiam excōmunicatione fautores, &

recepta-

receptatores hæreticorum, vt constat ex dict. bulla in Cœna Domini dict. cap. excommunicamus. §. credentes de hære. ca. felices, eodem titul. li. 6.

25 Et qui dicantur receptatores, defensores, & fautores eleganter declarant Rebuf. vbi supra Franciscus de Platea in tractatu de excommunicatione. §. 22. nu. 10. Florentinus eodem tractatu cap. 5. Simancas vbi supra titul. 15.

26 Deinde & secundo perpetua notantur infamia capi. infames 6. quæst. 1. cap. alieni. 2. quæst. 1. Vnde nec iudices esse, neque aduocati, neque alia officia publica habere possunt cap. nulla officia. 54. d. Imò eorum filij vsque ad secundam generationem ad nullum officium publicum neque ad beneficium Ecclesiasticum admitti possunt cap. 2. §. hæretic. cap. statutum el primero de hæreti. lib. 6. quod limitandum est, iuxta benignam interpretationem text. in cap. statutum 2. eodem li. & tit. Ex quo apparet non extendi ad descendentes per sexum fœmininum, nisi ad primum gradum.

27 Et filios hæreticorum esse infames, quando eorum pater fuit condemnatus & in hæresi perdurauit: secus autem esset, si reconciliatus fuisset Ecclesiæ. Vnde etiam si traditus sit curiæ seculari, filij non erunt infames si relaxatus sit tanquam relapsus: quia tunc reconciliatur Ecclesiæ, & desistit ab hæresi, vt eleganter resoluit Cantera. d. cap. 1. num. 11. & 12.

28 Tertiò hæretici omnibus bonis priuantur cap. vergentis cap. excommunicamus. §. damnati de hære. & à die commissi criminis eorum administratione priuantur. cap. cum secundum ll. de hære lib. 6. Vnde si post commissum crimen aliqua alienauerint vindicabuntur ab Inquisito. etiam nullo oblato pretio possessori, prout ex regul. l. 2. C. de furtis, docent Ioannes Andre. Dominicus, & Probus in dict. cap. cum secundum ll. Tiraquel. in l. si vnquam, verbo reuertatur. num. 267. C. de reuo. dona. Simancas vbi supra titu. 9. num. 21. Cantera dict. c. 1. num. 13. vbi eleganter in aliquibus casibus hanc regulam limitat. Et licet regulariter in confiscatione bonorum patris non comprehendatur legitima liberorum, autem. bona dánatorum. C. de bonis proscriptorú, in hoc tamen casu sine vlla liberorum miseratione omnia confiscantur dict. cap. cum

secundum ll.argument.l.quisquis.C.ad l.Iuliā. maiest.sanxerunt Imp. in autenti.Gazaros.C.de hære.& iustissime Pontifices probarunt,vt contra Corras.in.l.qui liberos nu.62.ff. de ritu nuptiarum,eleganter comprobat Simanc.dict. titu.9. in principio,& rationem explicat Mercerius li.2.opinionum ca.14.

29 Benigne tamen statutum est in prima institutione Hispaniensi cap.22.vt filij minores hæreticorum nondum coniugati cura Inquisitorū educētur,& nutriantur apud Catholicos,& religiosos viros,quo iure nos vti testatur Simā. vbi sup. titu.29.in principio.

30 Sed licet talium bonorum dominium statim commisso crimine in fiscum ipsum transferatur, dict. capitulo cum secundum ll.tamen hæreticus ante condemnationem nōtenetur bona ipsa fisco deferre,licet videatur alienum possidere ex dict.capit.cum secundum ll. vbi occupatio bonorum,&executio confiscationis non anteà fieri potest, quam Ecclesiasticus iud.sententiam proferat declaratoriam : igitur si fiscus non potest anteà capere,nec hæreticus tenebitur deferre.

Secundò ex glo.fina.in cap.fraternitas 12.quęst.2. Vltimo, quia ab hęreticis intra tempus gratię conuersis non auferuntur bona, vt inferius adnotabimus : si autem deferens bona cō uersus est,& intra tempus gratię : ergo offeret indebitùm, vt eleganter resoluunt Syluest,in summa verbo.hęresis 1.quæst. 8.Couar.in 4.2.part.cap.6.§.8.num.10.Simancas dict.titu. 9.à num.27.contra Castrum lib.2.de iusta hęreticorum punitione cap.6. Tiraquel. dict.verbo.reuertatur,num.236.qui tenuerūt contrarium.

31 Hæc autem hæreticorum bona ex dispositione dict.cap. excommunicamus.§.condemnati, si clericorum sunt applicantur fabricæ illius Ecclesiæ, in qua bnecficium obtinuit, si laicorum,fisco Regis, ita docent Abbas, & Anania ibi,Bernard.Diez in practica cap.114.numer.4. Ex dispositione autem Innocentij IIII. lata ano 1252. quæ refertur inter literas Apostolicas de officio Inquisitorum, folio.6. in fin. & ex alia dispositione Clementis IIII. edita anno 1266. relata fol.30. vna pars datur in commune ciuitatis seu loci secunda in fauorem & expeditionem Sācti officij datur officialibus,

libus,& tertia ponitur in tuto loco expendenda ad extirpandos hęreticos. Apud nos tamen sine distinctione, an hæretici clerici sint, vel laici fisco Regis applicantur ex generali consuetudine deductis primum expensis, alimentorum pauperum,& expeditionis Sancti officij. vt testantur Couar. lib.2. variarum capit.9.numer.12.Simanc.dict.titul.9. nume. 112. Iul.Clar.dict.§.hæresis numer.13. Quam consuetudinem & rationi & communi iuri consonam esse ex multis probat Salzedo ad Bernardum Diaz dicto capitul.114.litera F.

32 Quartò priuantur hęretici omni debito fidelitatis, dominij, obligationis,& obsequij,quo illis quicunque tenebantur adstricti capi. fina. de hære. vnde eorum liberi efficiuntur sui iuris cap.2.§.fina.de hære. lib. 6.& non gaudent immunitate Ecclesiarum, argum.ca.fin.de immuni.Ecclesia.docent Boe. decisio.110.Simancas titul.45.titul.21.& probatur iure regni in l.3.titu.2.li. 1.recopila.

33 Vltimò puniuntur hæretici:nam etsi solus Iud. Ecclesia. possit de hęresi cognoscere, vt supra resoluimus, vbi tamen cognouerit,& declarauerit esse hæreticum remittit eum iudici seculari, vt debitam pœnam imponat.ca.ad abolendam cap. excommunicamus.§.damnati,verbo.de hęreticis: & ita quotidie obseruatur: & iudex secularis secundum illius prouinciæ.ll.& consuetudines,in qua ius dicit, pœnam imponet sine vlla mora: nam eo ipso quod sibi hæreticus traditur tenetur eum condemnare: nec potest petere processum ad videndum. an iustè fuerit declaratus hæreticus,vt ex cap. vt Inquisitionis §.prohibemus,de hære.libro.6.docent Bald.in l.clericus num.11.in fine.C.de episco.& cler.Ancarra. Imò & Abbas in ca.1. de officio ordinarij Pala.Rube. in repetitione.c.per vestras notabili.2.§.1.num.22.Quæ sententia vsu recepta est contra Bartol.l.Diuus num.3.ff.de custodia reorum Paul. de Castro.in l.magistratibus nu.4. ff.de iurisdict. omnium iudi.

34 Clerici quoque hæretici in quibuscunque ordinibus, vel dignitate præter episcopalem, constituti, supradictis pœnis ab eisdem iudicibus plectuntur:sunt namque excommunicati,& infames,& omnibus bonis priuati & actualiter degradati:quæ degradatio per solum proprium Espiscopum fieri potest cap.1.de hæreti.libr.6.Traduntur iudi.secu. dict. cap. ad

abolen

abolendam dict.ca.damnati, qui tam in eos, quam in alios pœnam mortis exequetur. Et præterea priuantur beneficijs Ecclesiasticis d.ca.ad abolendam cum alijs. Quam priuationem licet ante sententiam hæreticos non incurrere, æquius esse testetur Castro lib.2.de iusta hæreticorum punitione cap.9. Simanc.titul.45.tamen ipso iure priuatos esse constat ex bulla Paul.4.anni 1558.relata inter literas apostolicas de officio inquisitoris pagin.101.& docuerunt Rebuf.in praxi.3.par.tit. de modis amittendi beneficia num.4.Bernar. Diez dict.c. 114.num.2. Vnde à die commissi criminis non poterit beneficium renuntiare, & reseruata est prouisio Sedi Aposto.vt cõstat ex bulla Pij.V.relata inter dictas literas pagin. 115.

35 Aduertas tamen, quod hæc quæ de traditione hæreticorũ facienda curiæ seculari diximus, in his hæreticis locum non habent, quos cito pœnitet errasse, & deponentes errorem ad fidei Catholicæ redeunt vnitatem, dict.cap.ad abolendam cap.vergentis, de hære.docent Abba.Felin.& alij ibi Berna. Diaz vbi supra numer.3.Clarus dict.§.hæresis.numer.8.Simanc.titulo46.Rebuf. vbi supra numero.6.Menoch.de arbitrarijs, casu 373.& quamuis ex his appareat nimis esse in iure cõtrouersum, quãdo dicatur continuo pœnitere vt admitti debeant, apud nos tamen hæc sententia obtinuit, vt hæretici conuersi, & rectè pœnitentes admittantur vsque ad sententiã diffinitiuã, & eius prolationẽ, & nõ vltra, vt cõstat ex prima institutione Hispalẽsi c.12.& referũt Iul.Clar.& Siman.vbi su.

36 Hi autem sic conuersi, licet illam traditionem effugiant, cæteris tamen pœnis sunt obnoxij: traduntur enim perpetuo carceri cap.penultimo.§. de hære. Quam pœnam possunt Inquisitores ex causa moderari, vt ex Abba.& alijs docet Simanc.titu.46.num.6. & confiscationem bonorum patiuntur, nisi intra tempus gratiæ conuertantur, quia tũc solum arbitrio inquisitorum eleemosynas faciunt, & mulctã fisco præstare coguntur, tex. sic intelligendus in dict.c. vergentis, & infamiam incurrunt, & idcirco beneficia Ecclesiastica & officia publica habere nequeunt, vt diximus supra.

37 Iniũgitur etiam his cõuersis publica pœnitẽtia, vt habitũ quendam duplici cruce signatum publicè ferant, quem nos [illegible] appella

[illegible]

appellamus Sambenito corrupto Latino nomine,id eſt,ſacco benedicto.

Habuit enim originem ab eo ſacco & cilicio, quo olim vtebantur publicè pœnitentes cap.in capite 50.diſtin.ca.à capite de pœni.d.3.quo vti debent per tempus ab Inquiſitoribus præfixum.

38 Quod ſi occultauerint vel dimiſerint punietur,vt relapſi, vt ſtatim dicemus. Præterea publice hæreſim abiurant de vehementi ſuſpicione dict.capi.ad abolendam, cuius abiurationis ritus antiquiſsimus eſt, & vtiliſsimus cap.donatú cap.ſaluberrimum.1.quæſt.7. Simanc. titu.1.Salze. ad Bern. Diez.c.114.liter.E.His etiam prohiberi ſolet vſus armorum, equorum & veſtium pretioſarum argumento.c.admonere.ca.latorem 33.q.2.

39 Vnde conſtat hæreticos pœnitentes non eſſe tradendos curiæ ſeculari,ſed tantum pertinaces, vel relapſos d.c.ad abolenda.ca.ſuper eo.de hære.li.6.Dicuntur autem pertinaces, qui aut perpetuo errorem retinent,aut ſi deponunt nó conuertuntur intra tempus iuſtitiæ, id eſt, ante prolationem ſententiæ, vt diximus & docet eleganter Simancas titulo 47. ſyntagma. Sunt etiam vt pertinaces ſecularibus iudi.tradendi, qui de hæreſi accuſati, & legitime conuicti negant ſe talia dixiſſe, aſſeruiſſe, vel credidiſſe.licet proteſtentur, & affirment ſe totú contrarium credere,& credere quod credit Eccleſia:quia non eſt hæretico miſerendum, niſi ſatisfaciat ad arbitrium ſuperioris.dict. c.ad abolendam. Satisfacere autem nó poteſt qué non pœnitet erraſſe : pœnitere autem non videtur, qui negat,quia pars pœnitentiæ eſt confeſsio cap.perfecta de pœnitentia diſt.1. Deinde tenetur hæreſim abiurare dict.capit. ad abolendam:.& in abiuratione tenetur profiteri ſe errasse:& iurare ſe nunquam ad illum errorem reuerſurum ca.quoties cordis 1.quæſt.7.Et ideo appellantur pertinaces negatiui, & quotidie iuſtiſsimè flámis traduntur ex deciſione Rotæ antiquæ titulo de hære.deciſione 1. Simanc. dict. titu.47.numc.20.licet Cla.d.§.hæreſis nu.10.putet hanc opinionem eſſe nimis rigoroſam,ſed prior ſententia decreta eſt,in prima inſtitutione Hiſpalenſi ca.14.

40 Relapſi autem dicuntur,vt ipſum verbum ſonat,qui iterú

in hæresim labuntur, id est, qui postquam hæresim semel abiurauerint, iterum in eam inciderunt d.cap.super eo, in quo plurimum interest inter abiurationem de leui, vel de vehementi suspicione. In his enim qui de vehementi abiurant procedit quod diximus: nam si de leui tantum, licet iterum hęresim incurrant, non puniuntur, vt relapsi cap.accusatus, de hæreticis.lib.8. Neque exigitur necessario quod incidat in eandem hæresim, quia forma abiurationis est de non repetendo illam hæresim, vel quamcunque aliam, vt patet in dict.cap. accusatus.§.1.vbi gloss. Villadiego, in tractatu de hæreticis, quæst. 20.num.6.Simancas titu.55.nume.1.Dicitur etiam relapsus, qui post eam abiurationem hæreticis, verbis, vel factis communicat, dict.cap.accusatus.§.ille quoque.Sed qui post primam condemnationem fugit à carcere, vel qui habitum pœnitentię dimittit, dicitur relapsus, vt constat ex Ioanne Arelatano de hære. notabili 17.Et quanuis id controuertat Simanc.d. titul.55. num.4.illud tamen constat in effectu pœnæ relapsorum subiacere, vt testatur idem Simancas titu.47.num.23. Iu. Cla.dict.§.hæresis num.11.Igitur omnes hi sine vlla miseratione tradendi sunt Iudi.secula. vt pœnis legalibus puniantur.

41 Regio autem iure vltra alias pœnas iuri Ciuili, & Canonum conformes, quæ contra hęreticos in titulo 27.parti.7. in titu.1.li.4.fori & titu.4.lib.8.Ordinamenti, statuuntur, expresse decisum est, hæreticos postquam fuerint curiæ seculari traditi, ad mortem naturalem esse condemnandos l.1.titu.26.partita.7.quę pœna apud alias nationes per ignem imponitur, apud nos l.expressa in l.1.& 2.titu.1.lib.4.fori.

42 Quæ ita practicatur, vt si pœnitētiā egerūt etiā ipso mortis tēpore neq; hęresim ipsam proterue ad mortē vsq; probauerint, priusquam igni tradātur occidūtur, faucibus compresis.

Qui verò ita amplexi sunt hæresim, vt neque tunc pœniteant viui flammis, traduntur, vt docet Couarru.lib.2.variarū cap.10.nume.fina.

43 Vbi eleganter declarat, vnde habuerit originem hæc pœna ignis contra hæreticos, & Simanc.titulo.45.num.9.licet Zazius consil. 23.1. part. nitatur defendere contra pietatem & rationem esse, quem optime refellit Couarr.lib. 3.miscel-

3.miſcellaneorum cap.8.

Et quanuis ex dict.l.2.tit.26.part.7.bona hæreticorum filijs Catholicis deferātur,& ex dict.l.1.ti.1.li.4.fori &l.3.&4.ti.li.8. Ordinam. dimidia bonorum pars fiſco applicetuj, ex l.1.titu. 3.lib.8. Recopilationis bona omnia deferantur fiſco,tamen quia hæc pœna imponitur à iudicibus Eccleſiaſticis, ius Regium non attenditur, ſed ſeruatur ius commune canonicum, & practicatur,vt diximus ſupra.

De Homicidij pœna, Caput decimumquintū.

Summarium ad Caput decimumquintum.

Homicidij crimen,vnde originem trahat, & quare paſtorum crimen dicatur in.l.ſiquis homicidij.C.de accuſat.nu.1.

Homicidium grauius eſt cæteris criminibus.& quare.2.

Homicidium diffinitur.3.

Homicidij reus eſt,qui fœtum animatum, aut abortionis poculo, aut ictu interficit.Et quid ſi nondum animatus ſit.4.

L.diuus de extraord.crim.l.ſi mulierem de ſicarijs cum.l.ſed ſi.§. qui abortionis & l.Cicero.de pœnis concordantur.5.

Abortum faciens puella matris ſuaſionibus mitius punienda.6.

Homicida non eſt,vel irregularis,qui mortui iam hominis caput, vel aliud membrum abſcindit.7.

Cadaueri iniuriam fieri poſſe,& qua pœna faciens teneatur.8.

Heraclij hiſtoria refertur.9.

Clericum etiam mortuum percutiens excommunicationem incurrit & quare.10.

Homicidij tenetur,qui cum telo animo alium necandi ambulat: qui tamen irregularis non efficitur.11.

Homicidij iam hodie non tenetur, qui cum telo animo alium necandi incedit.12.

Homicidium in tres ſpecies diuiditur.13.

Voluntarium homicidium,quod dicatur.14.

Homicida voluntarius dicitur,qui hominem occidit,cum tantum vulnerare voluerit.15.

Homicidium caſuale quod.16.

Homi-

Homicidium necessarium, est cum quis se & sua defendendo alium occidit, quod naturali iure permittitur. 17.

Homicida nullo pacto occiso, vel eius hæredi succedere potest: imo neque nepos ex filio occisore. 18.

Successio occisi, quæ ab occidente, vt indigno aufertur, non alijs abintestato venientibus, sed fisco applicatur: & quid in successore maio ratus, qui possessorem occidit. 19.

Accusationem duplicem, ex quolibet delicto oriri criminalem, & ciuilem, & quomodo possit vtraque simul intentari. 20.

Homicida ad medicinas in mortui curatione factas & ad mortui operas, & denique ad vniuersum damnum, quod vxori, aut liberis ex morte prouenerit condemnatur, & quomodo computatio facienda sit. 21.

Homicida, etiam si capite puniatur, & etiam si cum parte transactionem fecerit ad operas occisi tenetur. 22.

Homicida omni iure pœna mortis tenetur, quod hodie sine distinctione personarum procedit. 23.

Pœna mortis, aut deportationis, vbi imponitur, bonorum etiam confiscatio fit. 24.

Homicidæ iure pontificio qua pœna afficiantur. 25.

Pœna mortis canonibus est ignota, & ita vbi eo in iure mortis mentio est de excommunicatione intelligitur. 26.

Clerici homicidæ, quomodo puniantur. 27.

Clericus homicida, an ipso iure beneficio priuetur, an sententia expectanda sit. 28.

Clericus homicida noua beneficia acquirere non potest, ante verò adquisita, antequam in eum feratur sententia, licite retinere, & renuntiare potest. 29.

Clericus homicida dum suis beneficijs per sententiam non priuatur, eorum fructus suos facit. 30.

Lex. 1. C. de his qui. vt indig. & extrauag. cum detestabile, de simonia Explicantur. 31.

Hæres defuncti necem non vindicans, hæreditatem acquirere non potest. 32.

Lege prohibente aliquid adquirens fructus suos non facit. 33.

Clericus simoniacus ipso iure beneficijs priuatur. 34.

Homicidium iure regio quingentorum solidorum pœna vindicatur, & de solidi valore & huius pœnæ praxi. 35.

Pœnam

1 HOMICIDII crimen à primo fere homine Cain scilicet, originem trahens Geneseos capi.4. ideoque pastorum crimen appellatur, in l. siquis homicidij. C. de accusationibus, si credimus Accur

fio ibi, verbo, non putauerit. Verius enim est pastorum crimen appellari latrocinium à pastoribus Isauriæ, qui hoc crimen frequenter exercebant, vt docent Duarenus libr.2. disputationum cap.12.Contius lib.1.successiuarum cap.15.

2 Grauius cæteris & detestabilius est cap.si quid verius.33. quæst.2.ca. quæsitum de temporibus ordinationum, docet Abbas in cap.cum cõtingat. colum.6.de foro cõpetẽti, Mantua.in tractatu de cõsilio num.73.Bernar.Diez.in practic.cap. 94.in principio D. Tho.2.2.quæst.70.artic.3.ex eo, quia non habet ratiõe alicuius boni etiam delectabilis, vt idem Tho. ait. 2.2. quæst. 126. artic. 6. ideoque acerbißime puniendum.

3 Est autem homicidium interfectio corporis humani, ab homine violenter facta.c.homicidium.23.quæst.5.cap. homicidium de pœnitentia d.1.docent Hostien.in summa titul.de homicidio.Syluester,verbo, homicidium.Marianus Socinus in Rubrica hoc titulo nume.2.Couarruuias in Clementina. si furiosus.2.parte in initio num.1.Plaça de delictis capit.9. numero.6.

4 Ex qua diffinitione primo deducitur eum, qui fœtum in vtero (per quadraginta dies, si sit masculus, vel nonaginta si sit fœmina, quo tempore dicitur animatus, vt ex medicis docet Plinius lib.7.naturalis historiæ cap.6. vbi supra nume.8. glo. in summa 5.dist.) abortionis poculo, aut ictu interfecerit, homicidium committere: & ideo homicidij pœna teneri, id est, vltimo supplicio, & irregularitatem incurrere. le. sed si quid: §.qui abortionis.l.Cicero ff.de pœnis cap.Moyses 32. quæst.2.cap.sicut 2.de homicidio. Quod si nondum animatus sit, extraordinaria pœna puniet ur.l. Diuus. ff. de extraordinarijs criminibus l.si mulierem.ff.de sicarijs,l.penult.C eodem titu.

5 Quæ iura ita intelligit & componit gloss.in di.l. Diuus. sequuntur Couarru in dict.Clementina,2.part.§.num.1.Plaça dict.cap.9.num.7.decisio Perusina 6.numer.6. Iuli.Clar. lib.5.sententiarum.§.final.quæst.68.num.2.Et ita esset practicandum ex l.8.titul.8. partit.7. licet hæc concordia ex presse diuimat ad prædicta iura, vt agnouit Menoc. de arbitrarijs, casu 357.est enim iure verius mortis pœnam indictam nó

esse

esse in dict.l.Diuus. Neque obstat dict.§.qui abortionis, in eo qui ea pocula publice habet venalia, neque.l. Cicer. quia loquitur in muliere, quę pecunia corrupta, vt locum faceret substituto, abortum procurauit.

6 Quæ sententia limitanda est, in puella minore, quæ suasionibus impię matris abortum fecit, vt resoluit Decius consilio 535. Menoch. vbi supra numero. 20.

7 Secundo ex eadem diffinitione deducitur, cum quis caput brachium, aut membrũ hominis mortui amputauerit, quanuis haberet animum occidendi, si viuum inueniret, non esse homicidam, vel irregularem, vt docuit eleganter Archidiac. in cap. periculosæ. de pœnitentia d. 1. & in cap. fina. 15. quæst. 1. Hippolytus in l. fina. num. 37. ff. de quæstionibus. Couarru. in dict. Clementina. 2. part. in initio numer. 1. Plaça vbi supra num. 9.

8 Verum, quia iniuria cadaueri irrogari potest ex doctrina Bartol. in l. 1. num. 3. ff. de his, quibus vt indig. Bald. in l. 1 numero, 19. C. qui accusare. Nouelli in l. 4. §. Cato. numero. 28. ff. de verborum obligatio. & est text. expressus in l. 1. §. & si forte. &. §. quoties. ff. de iniurijs, poterit iniuriarum actione conueniri ab hæredibus defuncti, ex Afflictis & alijs, docent Plaça vbi supra. Pro quibus facit text. in dic. §. & si forte, & in dict. §. quoties & in argumento. l. qui sepulchra. C. de sepulchro violato l. 1. §. aduersus. ff. eodem titulo.

9 Quam iniuriam cadaueribus illatam acerbius esse vindicandam argumento est, quod de Heraclio refert Pomponius Lætus in genere Heracl. Cum enim Fabiæ eius vxoris funus efferretur, & Epiphania eius filia per fenestram forte spuens cadauer cõtigit, capta eius iussu simul cum Fabia combusta est.

10 Ex quibus eleganter subinfertur quod percutiens clericum mortuum sentẽtiam excommunicationis incurrit, quia non tã tum violenta manus iniectio, sed & iniuriosa in clericum prohibetur cap. contingit primo de sententia excommunicatio. Constat autem, vt diximus, cadaueri iniuriam fieri: & ita docuerunt Felinus in cap. à nobis 2. num. 4. de sententia excommunicationis. Dueñas Regul. 99. num. 6. Dida. Perez 1. par. Ordinamenti folio 105. & facit text. in cap. quod te. de pœnitentijs & remissio. gloss. in cap. licite 32. quæst. 7.

11 Postremò ex eadem diffinitione deduco, quod etsi expres- se l. Cornelia de sicarijs sancitum sit, eum, qui cum telo ambulauerit animo alium occidendi pœna homicidij teneri, vt in l. 1. in principio l. in l. 7. ff. de sicarijs. l. si is qui cum telo. C. eodem titu. c. quisquis. de pœnitentia distin. 1. tamen nequaquam esse irregularem quantumcunque homicidium procurauerit, si tamen effectus sequutus non sit, vt docet gloss. in ca. si aliquis, de homicidio, & in cap. periculose. de pœni. d. 1. recepta communiter ex pluribus relatis à Couarruu. vbi supra numer. 5.

12 Quinimo & illarum decisio legum, etiam quo ad pœnam temporalem per contrarium vsum abrogata est, vt docet eleganter Couar. dict. 2. par. in initio num. 10. Menoc. de arbi. casu 360. num. 36. Gre. in l. 2. titu. 31. partit. 7. Anto. Go. 3. tomo variarum ca. 3. num. 30. Dida. Perez in 2. part. Ordinamenti pagi. 260.

13 Diuiditur autem homicidium in tres species, voluntariũ, casuale, & necessarium gloss. verbo. consilium. in cap. sicut dignum. §. fina. de homi. sequuntur Mantua. & DD. in rubrica eodem titulo Petrus Greg. lib. 36. syntagmatum cap. 15. nu. 7.

14 Voluntarium homicidium est, quod dolo malo committitur ab habente animum occidendi, vel voluntarie dante causam actioni l. 1. §. 1. l. in l. 7. l. Diuus 14. ff. de sicarijs, text. elegans in l. cum autem versicul. capitalem. ff. de ædilitio edicto. & in cap. 1. §. si quis hominem, de pace tenenda, docent DD. in d. Rubric. Couarru. d. 2. part. in initio Nauar. in Manuali cap. 27. nume. 24. Pla. de delictis cap. 10. num. 1. Ludouicus Carrerius in practica. §. homicidium 1. num. 2. Iul. Clar. lib. 5. sententiarum. §. homicidium num. 1.

15 Vnde cõstat homicidium non solum esse voluntarium, si ad id explicite occidens intendat, habens, scilicet, voluntatem occidendi, sed & quando eius voluntas tendit ad eum actum, ex quo immediate sequitur homicidiũ. vt in eo, qui solũ voluit hominẽ vulnerare, vt sentit D. Tho. 1. 2. quæst. 20. arti. 5. docet Couarru. vbi supra, & Pla. nume. 9. & probat text. elegans in l. 1. §. 1. versicul. nam si gladium. ff. de sicarijs

16 Casuale vero homicidiũ dicitur, quod casu præter intẽtionem agẽtis, vel committẽtis contigerit, nã secũdũ Arist. 2. Physi.

Phyfi.cafus eft caufa agens præter intentionem ; de hoc loquitur text.in l.7.& l.3.§.fed fi clauū.l.Diuus.14. ff.de ficarijs.l.fi putator.ff.ad l.Aquiliam Couarru.dict.2.parte.§.4.Mencha. controuerfiarum illuftrium cap.19 Meno.de arbitr.cafu.324. Iulius Cla.vbi fupra.

17 Neceffarium poftremo homicidium eft,quod quis fe,fuaque defendendo committit, quod iure naturali licitum eft admittere l.vt vim. ff. de iufti. & iu. l.1.§. cum arietes.ff. fi quadrupes pauperiem.§.quod vero Inftit.de iure naturali.docent Couarru. vbi fupra. 3. part.§. vnico Pla. de delictis cap. 28.l. 1.§.vim vi.ff.de vi & vi arma.l.3.§. cum igitur.ff. eodem titu. ca.fignificafti 2.de homicidio. Quod quemadmodum intelligendum fit,dicemus infra.

18 Puniuntur autem homicidæ iure ciuili pluribus & grauiffimis pœnis. Prima eft quod priuantur hæreditate , feu fucceffione occiforum,fiue ex teftamento , fiue ab inteftato effent fucceffuri.l.fororem ff.de his qui.vt indig.l.cum ratio.§.prætérea.ff.de bonis damna.docent Barto. Bald. & reliqui in.l.fi, ab hoftibus.§.1.ff.foluto matrimonio Iaf.nu.4. in dict.l. fororem.Romanus fingulari 461.Pala. Rube. in repetitione capi. per veftras.§.7.num.15.Anto. Gom.3. tomo variarum cap.3. num.51.Cla.dict.§.homicidium num.22. Eft autem hoc vfq; adeo verum , vt neque hæredi occifi pofsit hæres exiftere.l. Lucius.ff.de iure fifci.Imo neque nepos ex filio occifore poteft auo fuccedere,vt contra Bald.in.l.fiquis incefti , nume,4. C.de inceftis nuptijs.docent Boerius decifione 25. numer. 8. Cla.dic.num.22.

19 Aduertendum tamen eft , quod ea fucceſsio , quam lex aufert ab occifore , aufertur tanquam ab indigno , ac proinde non defertur venientibus ab inteftato , aut fequentibus in gradu,fed fifco,vt conftat ex dict.§.præterea , & docet gloff. communiter recepta in dict.l.fororem.Vnde, licet certifsimū fit,idem in maioratibus obferuari,vt fi fucceffor occidat poffefforem priuetur fuccefsione,docet Bald.confil. 50. Molina lib.3.de Hifpanorum primogeni.cap.2.num.31. Controuerti tamen folet,an faltem vfque ad mortem occiforis pertineat ad fifcum maioratus:quod videbatur ex l.Statius Florus.§.Cornelio Felici.ff.de iure fifci. Et verius eft hoc cafu ftatim ad-

 mitti

mitti in gradū sequentem excluso fisco, argumento dict. c. 1. versic. item si. iuncto versic. his omnibus. l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto ma. & ita defendit Pelaez de maioratibus Hispaniæ quæst. 4. nu. 13.

20 Secunda pœna est, quod cum ex quolibet delicto oriatur duplex accusatio, criminalis ad pœnam corporalem, & altera ciuilis ad resarcienda damna, & interesse parti l. qui in homine 25. ff. de falsis gloss. cōmuniter recepta in l. defuncto. ff. de public. iudi. Quæ licet non posſint æquè principaliter intentari. C. quando ciuilis actio l. interdum. ff. de public. iudi. poterit tamen cum criminali incidenter ciuilis intentari, vt docet Cla. li. 5. sententiarum, §. fina. quęst. 2. numer. 2. Paz in praxi. 1. tomo cap. 3. num. 32.

21 Condemnabitur homicida ad soluendas mercedes medicis præstitas, cęteraque impendia, quę in curatione facta sunt, & prætereà operas, quibus caruit, & vniuersum dānū, quod filijs & vxori sequutū est, vt probat tex. in l. ex hac l. ff. si quadrupes. l. fin. ff. de his qui deiecerint §. ob hominem Instit. de oblig. quæ ex qua. male. tex. elegans in cap. 1. de iniurijs, l. 23. titu. 15. parti. 7. Quæ ll. licet loquantur in vulnerato in occiso quoque sunt intelligendæ, ex Acur. in dict. l. ex hac l. sequūntur Cla. dict. §. homicidium num. 23. Paz dict. cap. 3. num. 30. Nauarr. in Manuali cap. 15. num. 23. Anto. Gom. 3. tom. varia. ca. 3. num. 38. Pla. de delict. cap. 6 num. 31. Couar. li. 2. Variarum cap. 10. num. 7. Hanc vero condemnationem operarum esse à iud. faciendam iuxta computationem l. hæreditatum 68. ff. ad l. falcidiam docet Abba. in dict. cap. 1. Couar. Pla. Anto. Gom. vbi supra Pala. Rubeus in repetitione rubricæ de donatio. §. 25. num. 5. licet Hostiensis in summa titu. de iniurijs, quem sequitur Nauarr. dict. numer. 23. putauerit 50. aureis iduire æstimandum esse ex dict. § ob hominem l. 1. §. 1. ff. de his qui deiecerint. Sed mihi videtur iudicem arbitraturum secundum qualitatem occisi, & interfectoris & ita quotidie practicatur.

22 Et licet quādo homicidæ imponitur pœna capitis cesset cōfiscatio bonorū, docet Bossius in practica titulo de homicidio nume. 14. tamē hæc pecuniaria operarū cōdenatio etiā si capite puniatur, facienda est, vt ex Hippolyto singulari 575. docuerunt

docuerũt Coua,& Pla.vbi ſupra. Imò etiã ſi hi,quibus de iure competit necem defuncti vindicare accepta pecunia iniuriam remiſerint,non prohiberentur has operas,& mercedes petere, vt ex pluribus docet Coua.d.nu.7.

23 Poſtremo,quia omni iure in homicidas pœna mortis im poſita eſt,vt conſtat ex Geneſi.9.& Leuitici cap.24.& Matthæi,ca.26.ca.duo iſta.in fine 23.quæſt.4.cap.fina.3.d.cap.1. de homicidio,iure quoque ciuili pœna capitis impoſita fuit, cum hac diſtinctione, vt honeſtiores deportentur in inſulam, humiliores beſtijs ſubijciantur lacerandi, vt docet tex.in.l.3. §.legis & in l.penultima.ff,de ſicarijs.

Nouiori verò ciuili iure hac d. exploſa indiſtincte mortis pœna tenetur,qui hominem occiderit l.3.C. de epiſcop. audientia.l.1.C.quando liceat vni cuiq;.l.3.C.de his,qui ad Eccleſias confugiunt.§.item.l.Cornelia. Inſti.de publi.iudi. docent eleganter Hippol.ex.l.penultima.C.de ſicarijs in l.1. à num.1.eodem titul. Iacobus Baulen.in l.capitalium.§.famoſas numer.26.& 60.& ſequentibus.ff.de pœnis.Boſſius dict. titulo de homicidio,titulo 109.Clarus num.118.Petrus Greg. lib.36.ſyntagmat.ca.15.num.10.Anto.Gom.dict.capi.3.nu. 1.Pla.cap.10.num.2.Plotus de in litem iurando.§.40.num. 1.& ita in hoc ſolum eſt differentia, quod plebeij ſuſpenduntur,nobiles vero decapitantur, vt docuit Iacobus in dict.§.famoſos,numero.74.etiam gloſſa verbo torquentur in l.deſertorem de re militari.

24 Et in huius pœnæ conſequentiam priuantur homicidæ omnibus bonis,quia vbi deportationis,aut mortis pœna impo nebatur bona omnia publicabantur.l.1.ff.de bonis damnator. Autentica bona damnatorum.C.de bonis proſcriptorum,docent Clar.d.li.5.§.6.quæſt.78.num.1.Menc. controuer. illuſtrium.c.96.num.1.

25 Pontificio quoque iure ſeberiſsime vindicatur. Laici enim efficiuntur irregulares , id eſt , quod nequeunt ad clericorum ordines promoueri , & de facto promoti miniſtrare non poſſunt,capit. ſiquis iudicium 50. diſtinctio. cap.lator de homicidio.Deinde ante ianuam Eccleſiæ iacere debent & communionem in exitum tantum vitæ recipere ca. ſiquis voluntariæ,50.diſt.& denique excommunicantur cap.

1. de homicidio, ibi, cum moriatur.

26 Cum enim mortis pœna canonibus sit ignota cap. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monachi, gloss. in ca. præuaricator. 2. quæst. 3. Abb. in c. ad audientiam de crimine falsi. Bartolus & Alexan. in l. 2. de pu. Iudicijs. Vbicunque de mortis pœna fit mentio in iure canonico, intelligitur de excommunicatione, vt notauit Abb. per text. ibi & in cap. per venerab. Qui filij sint, & in cap. 1. de furtis, & in specie Soci. in dict. cap. 1. num. 7. Pla. cap. 2. num. 17.

27 Clerici vero hoc iure irregularitatē quoque incurrunt. c. minor. 50. dist. quod nequeunt ad maiores ordines promoueri, neque in iam suscept's ministrare, vt constat ex pluribus differentijs irregularitatis, quas tradunt Hostien in cap. 2. de clerico excommunicato Socin. in c. ad audientiam nume. 4. de homicidio. Ledesma in 2. quæst. q. 26. artic. 2. Couar. in dict. Clementina in initio num. 1. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 191. Deinde deponendi sunt vt in cap. presbyter. 81. d. ca. cum non ab homine de iudicijs ca. Inquisitionis. de accusatio. & in arctum monasterium post depositionem detrudendi cap. sicut dignum §. clericos de homi. Bernar. Diez in practica cap. 94. num. 1. & si sunt incorrigibiles, sunt actualiter degradandi, & iudicibus secularibus tradendi dict. cap. cum non ab homine, vbi notant omnes. Et hæc depositio, non est solùm ab ordine, sed & à beneficio.

28 Homicida enim priuatur beneficio non ipso iure, sed per sententiam dict. cap. presbyter. dic. c. cum non ab homine. ca. veritatis, de dolo & contumacia ca. clericis, ne clerici vel monachi. c. ex literis de excessibus prælatorum, docuit Innocentius in cap. cum nostris n. 1. de concess. præbendæ. sequuntur Anania, & Felinus in dict. cap. Inquisitionis. Couar. in dict. Clemētina 2. par. §. 3. num. 6. Iulius Clar. dict. §. homicidium num. 21. Plaça cap. 1. nu. 2. Bernar. Diez dict. cap. 94. num. 2. vbi Salzedo in additione 1. infinitos allegat, estque verissimum, licet cōtrarium defendat Archidiaconus in cap. studeat. 50. distin. Siculus in dict. ca. cum non ab homine num. 13. & alij plures, quos referunt Clarus & Salzedo vbi supra, quorum argumentis respondet Præpositus in dict. ca. studeat nu. 7.

29 Ex qua doctrina primo deducitur posse clericū homicidam

dam quousque per sententiam priuetur beneficium in alterius fauorem renuntiare, ex gloss. eleganti, verbo, finita in cap. 2. vt lite pendente. lib. 6. quam sequuntur DD. ibi & omnes supra relati, Ferrara cautela 44. Rebufus de pacificis possessoribus num. 261, quod procedit, etiam si alius in curia Romana eius beneficium impetrauerit, vt docent Couarr. & Salzedo vbi supra Gomecius in regulas cancellariæ de annali possessore quæst. 42. num. 3. estque verissima hæc communis sententia in beneficijs acquisitis ante homicidium, alia enim de nouo adquirere non potest, & sic nec renuntiare, vt tenet Salze. vbi supra versic. notatu tamen.

30 Secundò ex prædicta doctrina deducitur, clericum homicidam dum per sententiam non priuatur fructus ex suis beneficijs perceptos suos facere, quia si potest vsque ad sententiam beneficium licite retinere, poterit & fructus teste Cardinale in Clementina constitutionem §. cæterum, in fine de electione, & in proposito docuit Felinus in cap. de quarta nume. 33. de præscriptio. Boerius decisione 98. num. 4. Pla. dict. cap. 11. nume. 3. & 8. & sensit gloss. à nemine allegata in autentico de incestis nuptijs. §. 1. verbo. imminere in fine.

31 Neque obstat tex. in. l. 1. C. de his, quibus vt indignis, & in extrauaganti cum detestabile de simonia, vbi priuati hæreditate, vel beneficio non faciunt fructus suos. Quibus iuribus moti Paulus & Iason ibi, Ripa. in l. fina. quæst. 46. C. de reuoc. dona. Hippoly. singulari. 555. Couar. in 4. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 7. contrarium tenuerunt.

32 Quia dict. l. 1. loquitur in hærede, qui necem defuncti non vindicauit, quem prohibet l. hæreditatem adquirere nece non vindicata l. cum fratrem, l. si ea quæstio. l. minoribus. C. eodem titulo.

33 Constat autem eum, qui aliquid acquirit prohibente. l. adquisitionem fructus suos non facere, quia titulum non habet, l. bonæ fidei 48. §. 1. ff. de adquirendo rerum dominio, nos vero loquimur, quoties clericus titulum habet, quem ante sententiam non amittit.

34 Extrauagans autem cum detestabile loquitur in clerico simoniaco, qui ipso iure priuatur beneficijs, & ideo fructus sibi non acquirit ex doctrina glo. verbo, imminere in

utentico de incestis nuptijs. §.1. quam sequuntur Barto.& Ange.ibi, Felinus in dict.cap.de quarta num.33. Couar.dict.§. 8.nume.8.& eodem modo responderi potest ad dictam legē primam.

35 Iure autem regio varijs quoque modis homicidij crimen vindicatur. Primo enim condemnandus est homicida in quingentis solidis.l.4.titul.17.libro 4.fori, & appellatur hæc pœna apud nos *caloña del homezillo*, & licet quingenti solidi valerent *quatrecientos marauedis*, vt constat ex l.11. titulo 11. li.4. Ordinamenti, tamen nouiori iure, & communi Hispanorum stylo hodie condemnatur in sexcentis marauedis ex l.1. titulo 10.libro 3.Recopilationis. Hodie enim hæc pœna in vsu est non solum vbi agitur de crimine homicidij, verum & de quocunque crimine, ex quo pœna mortis sit imponéda, vt cōstat ex dict.l.1.Recopilatio.& ex cap.15. *De los Corregidores*, l.3.titul.10.libr.4.Recopilationis. Practicatur autem contra homicidas contumaces & fugitiuos: si enim capiantur cessabit pœna del homecillo, vt constat ex dict.l.4.fori, ibi fugere & ex l.12.titu.13.libr.8. Ordinamenti & dict. l.3. Recopilatio. Est enim pœna contumaciæ, & ideo praxis est, quod proposito secundo edicto, quo ad iudicium vocantur absentes, & accusata secunda contumacia iud. profert sententiam, in qua condemnat absentem pœna del homecillo.dict.l.3. Recopilationis, & quia vere sententia est, præcedere debet qualis qualis probatio, qua præter fugam constare posit de delicto, vt docent plura in proposito cumulantes Auendanius in cap. prætorum prima parte, cap.18.à num.5. Auiles cap. 15. verbo homecillo, Plaça de delictis cap.10.numer.13.

36 Et licet in contumacia damnatus si compareat & velit se excusare, audiendus sit intra annum, non solum quo ad pœnā corporalem, sed & quo ad pœnam pecuniariam, post annum in pœna tantum corporali ex l.3.titul.10. li.4. Recopilationis, tamen hanc pœnam non recuperat, etsi innocens sit l. 15. titu.2. libr.3. Ordinamenti.& est glo, verbo. vincet in l. & post edictum 73.ff.de indicijs.

37 Præterea hoc iure pœna mortis imposita est, & practicatur contra homicidas l.2.titu.8. partita.7.l.1.& 2. titu.17.lib. 4.fori.l.3.titulo 13.lib.8.Ordinamenti l.3.titul.23.lib.8.Recopi-

copilationis. Et licet ex l.15.titul.8.partita.7. nobiles hac pœna capitis non teneantur, sed deportationis in insulam, tamen hodie ex generali consuetudine mortis pœna etiam contra nobiles locum habet, vt diximus supra, & probat Gregorius Lopez in dicta l.15. verbo, cauallero. Didacus Perez in l.1.gloss.1.titulo 1.libro 4.Ordinamenti, versiculo, item nobilis, & in l.3.titu.13.verbo.mueta, lib.8. Ordinamenti, etsi contrarium velit Anton.Gomez, tertio tomo cap.3.nu.2.

38 Qui verò occiderit sagita, vel percusserit vltra dictā pœnam, amittit dimidiam partem bonorum. l.5. titulo decimotertio libro 8.Ordinamenti.le.5. titulo 23. libro octauo Rocopilatio. Qui vero occiderit con arcabuz, omnia bona amittit, diuidenda iuxta formam traditam in l.fin.titul.23. libr.8. Recopilationis.

39 Hæc autem omnia, & quæ hucusque diximus in eo homicidio procedunt, quod voluntarium esse diximus: nam si homicidium casu fiat, id est præter voluntatem & intentionem agentis, prædictæ pœnæ locum non habent .l.1.§. Diuus 1.in l.7.l.Diuus 14.ff.de sicarijs l.cum autem 23.§.capitalem.ff.de ædilitio edict.l.5.§.si magister.l.idem iuris 8.§.mulionem l.qui foueas.28.l.si putator.31.ff.ad l.Aqui.cap.lator 9.capi. ad audientiam 12.capit dilectus 13.capit.ex literis primo, & secundo, capit.significasti 16.capit.exhibita.capi. Ioannes de homicidio. docent Doctores in dict. locis Bossius in praxi titulo de homicidio, numero 37.Anton.Gom.dict.capi.3.numer.17.Couarru.in dict. Clementina 2.parte.§.4.numero.1. Iulius Clar.dict.§.homicidium num.2.& sequentibus Menchaca controuersiarum illustrium ca.19.à num.4. Plaçà de delictis cap.26.Menochius de arbitra.casu.324.Petrus Gregō. lib.36.syntagmat.cap.20.

40 In dubio autem semper præsumitur homicidium dolo & voluntate commissum.l.1.C.de sicarijs, nisi ex genere armorum, aut ex alijs probationibus & indicijs contrarium appareat d.l.1.§. Diuus. docent Bossius & Antō. Gom.vbi supra.

41 In hoc autem homicidio casuali distinguendi sunt aliqui casus. Prior est, cum lata culpa præter voluntatem tamen homicidium committitur, siue enim quia dolo proxima

ma est l. quod Nerua. 32.ff. depositi.l.1.ff. §. mensor falsum modum.licet nec pœna mortis, nec ordinaria homicidij teneatur homicida.criminaliter tamen erit puniendus, puta ad triremes, aut exilio, aut deportatione, vt in eo, qui versus turbam hominum proijcit lapidem, & in exemplo dict.§.si magister. docet l.9.titul.8.par.7.Clarus d.§.homicidium numer.3.& 5.fin.q.84.Bossius in praxi titu.de defensione reorum nu.68.

42 Alter casus est, quando homicidium fit culpa leui, vt in eo qui cum ramũ ex arbore deijceret, non proclamauit, & transeuntem interfecit, & in exemplo dictæ.l. qui foueas dict.l. idem iuris.§. mulionem capit.continebatur cap. ad audientiam, de homicidio, & tunc licet apud nos l. partitæ pœna imposita sit, ex l.5.titul.8.parti.7.& deinde ad pœnam del homecillo restricta ex l.penultima titu.13.libro.8. Ordinamenti & ex l.13.tit.23.lib.8.Recopilationis, tamen pœna erit arbitraria. vt notant Clar. Pla.Menchaca & Menoch. vbi supra.

43 Vltimus casus est quando homicidium sine culpa etiam leui sequitur, vt in casu capituli, dilectus cap. significasti el primero cap. Ioan.de homici. vel quando quis sufficientem adhibuit diligentiam, vt in casu capi.ex literis el primero.de homicidio, & in eo, qui in loco solito & cõsueto equo currẽs hominẽ offendit, & interfecit, & tunc verisimum est nulla pœna etiã extraordinaria occidentem teneri, si portabat cascaueles.l.13.titul.23.lib.8. Recop.dict.l.si putator.vbi Bart.in summario idem Bartol.in l.respiciendum.§.delinquunt num.4. ff.de pœnis gloss.in capi.2.de constitutionibus Bossius dict. titulo de homicidio.num.66.Menchaca dict.cap.19. numer. 11.Petrus Gregor. dict.cap.20.num.2.& sequentibus.

44 Et hæc sententia admittẽda mihi videtur, etiam si homicida operã daret rei illicitæ dummodo necessariã adhibuerit diligẽtiam, ne homicidiũ sequatur, cum pluribus exemplis declarat Menchaca dict.cap.19.num.15, & Couar.dict.§.4.num. 2. vbi diserte scribit reum esse illius actus illiciti, cui operam dabat, non vero homicidij, docet Soto lib.5.de iust.& iure.q. 1.artic.9.contra S.Thom.2.2.quæst.64.artic.8.& Caietanum ibi, & communem canonistarum. qui voluerunt contrarium, qui-

quibus non suffragatur rext. in cap. dilectus. cap. Ioannes, cap. ex literis, cap. fina. de homicidio, quia nihil directo probant, sed à contrario sensu, quod argumentum inefficax est, si absonum aliquid resultat cap. à nobis el segundo, de sententia excómunicatio.

45 Quod vero diximus supra relatas pœnas in homicidio voluntario procedere, cessare autem in casuali, ita intelligendum est, vt irregularitatem non comprehendat: hæc enim perinde in homicidio casuali contrahitur, sicut in voluntario cap. presbyterum, cap. continebatur capit. ad audientiam, de homicidio. in modo tamen dispensandi longe differunt. Si enim irregularitas procedat ex homicidio voluntario licet possit Papa dispensare, tam vt promoueatur, quam vt ministret in susceptis, vt ex regul. cap. proposuit. de concessione præbendæ docuerunt Abbas num. 12. & ibi communis in capi. sicut dignum. de homicidio. Felinus num. 3. Socinus nu. 390. in dict. cap. ad audientiam Couarru. dict. 2. part. §. 3. num. 3. Nauarr. in Manuali cap. 27. numer. 239. tamen nunquam solet dispensare, nisi cum religiosis, aut volentibus ingredi religionem, vt docent Couarr. & alij supra & ita accipienda & reducenda est gloss. magna in dict. cap. sicut dignum. §. fina. quæ videbatur adimere facultatem dispensandi. Episcop. vero in hac irregularitate dispensare non potest, non solum quo ad ordines sacros, prout expressum est. in dict. capit. continebatur, verum, neque ad minores, vt docent Innoc. & Abbas num. 7. in ca. 2. de clericis pugnantibus Felin. num. 4. & Socinus num. 397. in dict. cap. ad audientiam. Salzedo in additionibus ad Bernar. Diez dict. cap. 94. litera. B. licet contrarium voluerint, & male Hostiensis Anto. & Ioan. Andre. in dict. cap. 2. Couar. dict. §. 3. num. 5. Nam text. in dict. cap. continebatur & in dict. ca. ad audientiam, quibus fundantur loquuntur de homicidio casuali: potest tamen Episcop. quoad obtinendum beneficium simplex cum homicida voluntario dispensare ex text. eleganti in dict. cap. 2. de clericis pugnantibus, vbi notant Innocen. Abbas & communis. Felin. & Socin. in dict. capi. ad audientiam, Coua. vbi supra num. 6. Nauar. in Manuali capi. 27. nu. 240. Salzed. vbi supra Staphileus de literis gratiæ, pagin. 78. In citato vero dispensare non potest argumento capi. 1. de filijs

lijs presbyterorum in 6.& ex cap.fin.de rescriptis, eodem lib. & docent Abbas & cæteri vbi supra. Hodie vero ex dispositione Concilij Tridenti. Sessio. 14. capi.7. de reformatione, expresse interdicta est Episcopis dispensatio in homicidio voluntario, etiam occulto, etiam quo ad simplicia beneficia, idque procedit etiam si homicidium adeo sit occultum, quod nequeat per testes probari, vt rectè sensit Salzedo vbi supra contra Couar. qui sub dubio tenuit contrarium.

46 Perpetuo tamen notabis quod si homicidium voluntariũ sit occultum, & homicida probabiliter potest timere, quod incidet in suspicionem, si se à celebrando abstineat, poterit etiã sine dispensatione licite celebrare, post debitam confessionẽ, & contritionem, vt docuit Nauar. dict. cap. 27. numer. 239. in principio. Quod si procedat irregularitas ex homicidio casuali, licet neque tunc possit dispensare, nisi Roman. Ponti. vt docet Abbas in dict. capi. continebatur numero. 3. Socinus in dict. capit. ad audientiam numero 403. Couarruuias, & Salzedo, vbi supra probat. l. 51. titulo 6. partita 1. tamen facilius dispensatur cum homicida casuali, vt constat ex dict. cap. continebatur, & dict. cap. ad audientiam, imò hodie si homicidiũ sit occultum, poterit Episco. dispensare ex Concil. Tridenti. Sess. 24. ca. 6. de reforma.

47 Quod autem diximus irregularitatem contrahi ex homicidio casuali, in duabus prioribus speciebus obtinet indistinctè, id est, quando aliqua culpa etiam leuis interuenit, si vero leuissima interueniat culpa, non est sufficiens ad inducendam irregularitatem capit. quæsitum, de pœnitentijs & remissio. ybi notat Abbas Villadiego in tract. de irregularitate capi. de percussore. columu.7. Syluester in summa, verbo homicidium 2. columu.2, Couar. in dict. Clement. 2. parte. §.4. licet gloss. in cap. significasti in principio, de homicidio teneat cõtrarium. Quod multo magis procedit, si nulla culpa, sed casu tantum contingat homicidium, vt in eo, qui necessariam adhibuit diligentiam cap. ex literis 1. cap. dilectus de homic. & in hoc conueniunt Theo. & Canoni.

48 Cum distinctione tamen actus liciti, vel illiciti, vt si is, qui leuissima culpa, aut casu hominem occidit, dabat operam rei licitæ, & ex eo actu inopinate sequatur homicidium, immunis

munis sit ab irregularitate, si vero daret operam rei illicitæ efficiatur irregularis, ita docet gloss. verbo. consilium in cap. sicut. §. fina. de homi. Abb. Anania, & Felin. in cap. presbyterum eodem titu. Castro, lib. 2. de potestate l. pœnalis capit. 14. verbo. 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 64. artic. 8. vbi Caieta. Soto lib. 5. de iust. & iure quæst. 1. arti. 9. Villadiego vbi supra columna. 6. Alber. Trotius de vero & perfecto clerico. l. 2. cap. 27. & iuxta hanc distinctionem interpretantur text in cap. tua nos, in cap. sicut, in cap. dilectus in cap. ex literis el segundo cap. Ioan. cap. exhibita. de homicidio. Mihi vero qui superius docui committentem homicidium casualiter, etsi operam daret rei illicitæ immunem esse à pœna etiam extraordinaria, longe verius videtur etiam si operā dederit rei illicitæ, si necessariam adhibuit diligentiam, non fieri irregularem, quia hæc irregularitas, aut oriri debet ex culpa illius actus illiciti, cui operam dabat, aut ex culpa, quæ contigit ex negligentia non præcauendi. Ex hac autem oriri non potest cum proponamus nullam culpam fuisse: ergo oritur ex illa quod esset absurdum, cum illicito actu præter homicidij, aut detruncationis non incurrat quis irregularitatem. Et ita pluribus exemplis confirmando docuerunt Couar. dic. §. 4. num. 10. Menoch. controuersiarum illustrium cap. 19. numer. 13. Socinus in dict. cap. ad audientiam, num. 403. Pla. de delictis cap. 26.

49 Neque obstant tex. in dict. cap. dilectus, & in dict. cap. ex literis secundo cum alijs supra, vbi Pontifices fundari videntur in opera licita, vel illicita: quia & ego fateor discrimen esse. Nam si actus illicitus sit ordinatus sua propria natura ad homicidium, aut saltem est periculosus, vel ex illo frequēter sequitur mors, quia agens videtur esse in aliqua culpa homicidij, efficietur irregularis, vt sentiunt illa iura, & docent Socinus in dict. cap. ad audientiam num. 49. Soto dict. artic. 9. Couarru. dict. num. 1. vnde in hac specie solum is dicetur rei illicitæ operam dare, qui actum fecerit prohibitum ratione vitandi homicidium, aut membri abscisionem.

50 De homicidio autē necessario, id est, ad vitæ defensionē illud est adnotandum; superius relatas pœnas in eo quidem cessare: cum enim cuilibet se ipsum defendere, iure naturæ

per-

permittatur.l.vt vim.ff.de iust.& iure.l.1.§.cum arietes.ff.si quadrupes pauperiem.l.1.§.cum vi.l.3.§.cum igitur.ff.de vi,& vi arma.cap.2.cap.significasti.de homicidio.ca.dilecto.de sentent.a excommunica.in 6.qui alium se defendendo occiderit,ab omni pœna immunis erit l.2.& 3.C.de sicarijs, & apud nos confirmatur ex.l.3.titu.8.parti.7.l.1.titu.17.libr.4. fori.l.4.titu.13.li.8.Ordinamenti.l.4.titu.23.lib.8.Recopi. Et id non solum in pœna procedit,verum & in culpa,vt contra Acursium in dict.l.vt vim,verbo,nam iure:docent Bartol. & Paulus ibi,vbi Fortunius Bologne.& communis D.Thom. 2.2.quæst.64.artic.7. Soto lib.5.de iustitia & iure quæst.1. artic.8.Couarr.in dict.Clementi.3.part.§.vnico num.1.Plaça cap.28.num.2.quod intelligendũ est,dum tamen modum defensionis non excedat l.1.C.vnde vi.Clementi.si furiosus, de homicidio.

51 Quando autem modum excessisse dicatur iud. arbitrio relinquitur,vt docent Tiraquel.in l.si vnquam, verbo, omnia num.31.C.de reuocandis donationibus Menoch. de arbitra. casu.277.num.5.si vero modum excesserit non teneri ordinaria homicidij pœna, sed aliqua extraordinaria arbitrio iudicantis probat text.elegans in l.si adulterium, cum incestu.§. Imp.ff.de adulter.& in cap.significauit.de pœnis & remissio. docet gloss.in summa 23.quæst.1.Romanus singulari.3. Decius in dict.l.vt vim num.18.Couarr.dict.§.vnico num.3.Plaça dict.cap.28.num.13.Menoc.casu.278.num.2. Ex quibus constat,si eum,qui me percussit,iam fugientem occidam nõ esse omnino immunem à pœna,licet non teneat ordinaria glo. verbo secularibus in c.3.de homicidio.Coua. vbi supra ver.3. & Plaça num.7.

52 Quod vero attinet ad irregularitatem, licet plures existimauerint eam omnino contrahi ex homicidio necessario, vt constat ex gloss verbo.consilium in cap.sicut.§.fina.de homicidio D.Thom.dict.quæst.64.articu.7.tamen hodie certum est,immunem esse ab irregularitate, qui mortem aliter vitare non valens alterum occiderit, ex text.vnico in Clementina, si furiosus,de homicidio, docent Couar.& Plaça vbi supra Nicolaus Plobinus de irregularitate.35. irregularitate. Quod si aliter mortem vitare posset, id est, moderamen inculpatæ

tutelæ

tutelæ exc. dat, quia sufficit homicidium esse culposum, vt contrahatur irregularitas, vt supra fiet irregularis dict. Clementina, & omnes ibi tex. elegans inca. significasti. el segundo de homicidio.

53 Ex quibus primo deducitur, quod etsi liceat laico propter vitandam iniuriam personalem, quam vel alapa, vel fustibus, sibi inferendam aliter vitare non poterat, inferentem occidere Hippolytus in. l. 1. limitatione. 9. de sicarijs, Carrerius in praxi capitulo de homicidio. §. 6. num. 94. Couarruu. dict. §. vnico numer. 4. tamen eo casu efficietur irregularis, vt docet Plaça numer. 17.

54 Secundo deducitur, quod quanuis is, qui fugiendo potuit mortem euadere si noluit fugere, & occidat aggressorem, non teneatur de homidio vt docuit Bartol. in dict. l. vt vim, num. 10. & ibi Iaso. nu. 38. & communis Alexand. consil. 109. volu. 1. tamen incurret sine dubio irregularitatem, vt notat glos. in dict. Clemen. glo. & ibi Abbas in ca. suscepimus de homicidio, quod intelligendum est, nisi fuga mortis induceret periculum, vt voluerunt Abb. vbi supra, Syluest. verbo. homicidium. 1. q. 9. & verbo homicidium. 3. q. 4. Plaça numer. 10. & Couarru. num. 4.

55 Vltimò ex his deducitur, quod licet vtroque iure liceat non solum ob defensionem personæ, sed etiam rerum, hominem occidere furem vbi gl. & DD. ff. de sicarijs l. 4. ff. ad l. Aquiliam l. 1. C. vnde vi. cap. 3. de homicidio, docet glo. verbo, iure in dict. l. vt vim vbi Bartol. Iason nu. 23. Decius, Fortunius & Bologne. etsi in iure canonico differtiat glos. in summa 23. quæst. 3. & Canonistæ in capit. 2. de homicidio, quos refellit Couar. dict. §. vnico numer. 6. tamen si pro rerum defensione occidat incurret irregularitatem, glos. in dict. c. 2. vbi Abb. & Felin. Plaça, Couarr. & alij, vbi supra.

De iniuriarum pœna, Caput decimumsextum.

Summarium ad Caput Decimum sextum.

Iniuriæ verbum quid significet numer.1.
Iniuria specialiter pro contumelia sumitur eaque tribus modis irrogatur.num.2.
Conuitium propriè quid significet. num.3.
Iniuriam quando quis alteri verbis fecisse dicatur.num.4.
Iniuriarum tenetur, qui coniugatum animo iniuriandi, virum bonum appellauerit.num.5.
Iniuria ex animo atque affectu facientis consistit.num.6.
Iniuriosa verba qui alteri dixit animo iniuriandi dixisse præsumitur, nisi contrarium probetur; secus in verbis quæ de sui natura iniuriosa non sunt.num.7.
Iniuriarum an teneatur, qui aliqua crimina in iudicio, contra testes sibi aduersarios obiecerit, si ea non probet.num.8.
Iniuriarum an teneatur, qui protestatur se animum iniuriandi non habere, veluti si dicat, mentiris saluo honore tuo. numero.9.
Iniuriam alteri dicens à quo alia iniuria fuerat prouocatus, an & quando iniuriarum teneatur.num.10.
Iniuriam alteri facientes qualiter ex lib. 12. tab. punirentur. numero.11.
Iniuriarum pœna nouiori iure arbitraria facta est. numero. 12.
Iniuriantes infames efficiuntur & hoc in qualibet iniuria procedit. numer.13.
Iniuriam olim qui dicebant se non fecisse abiurare tenebantur, vel eum, cui fecerant iniuria indignum esse.num.14.
L. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iniurijs declaratur. numero.15.
Clerici iniuriam facientes quomodo Pontificio iure plectantur. numero.16.

Cle-

1. LATISSIME patet iniuriæ verbum, significat enim quidquid non iure fit l. 1. ff. de iniurijs, principium Inst. eod. titu. ius enim & iniuria contraria sunt. Vnde & iniuriam facere bruta negantur, quia neque iure quidquam facere possunt l. 1. §. 1. ff. si quadrupes pauper. & inde iniquitatem & iniustitiam verbum, iniuria, significat, vt cum dicimus iudi. contra ius aliquid fecisse, vt in l. qui proprio. §. procurata. ff. de procura. l. si per imprudentiam. 51. ff. de euictionibus. l. 3. ff. quo d metus causa. l. 1. C. de rerum permutatione.

2. Specialiter tamen in hoc cap. pro contumelia sumitur, quæ quia à contemnendo dicta est, dict. l. 1. tribus modis irrogari potest, facto, verbis, aut scripto dict. l. 1. versic. iniuriam autem. §. 1. institutia. eod. De ea, quæ fit facto, diximus in præcedentibus & dicemus in sequētibus capitibus. Verbis vero fit, si cui conuitium fiat dict. l. 1. dict. §. 1.

3. Vnde cum hoc conuitij verbum, quod propriè quamlibet reprehensionem significat, vt ex Cice. & alijs probatis autoribus docet Rebardus lib. 1. variarum capit. 3. & in eo sensu accipitur in l. iudici. 42. ff. de iniurijs in l. illud. 8. ff. de appellat. interpretetur Consul. in l. item apud. 15. §. conuicium. ff. de iniurijs pro concitatione & vocum tumultu, non videbatur verbis iniuria fieri, nisi quid cum vociferatione dicatur, dict. l. item apud. §. ex his.

4. Sed verius est, & si quid infamandi & iniuriandi animo dicatur, iniuriam fieri dict. §. ex his, ex quibus constat, non solum eum, qui crimen aliquod in specie, vel in genere alicui obiecerit, iniuriam fecisse videri, vt notant DD. communiter in l. 3. in principio. ff. de libe. & posthumis, vel qui aliquid bonis moribus contrarium Titio dixerit, vt docuit Corneus consilio. 80. volumin. 3. sed etiam illū, qui quæcunque verba etiā quæ iniuriam non sonant, animo tamen iniuriandi dixerit.

5. Vt si quis diceret coniugato, tu es vir bonus, tūc enim iniuriarum tenebitur, quia illis significauit adulterium vxoris patienter pati, vt docent Clar. lib. 5. sententiarum. §. iniuria. num. 1. Did. Per. in l. 2. verbo. cornudo, titul. 9. lib. 8. O dina. Parladorius rerum quotidianarum 1. p. c. 17. num. 4 plura tradit Boerius cons. 4. à num. 9.

6 Iniuria enim ex animo & affectu facientis consistit. l. illud. §. 1. ff. de iniurijs. l. qui iniuriæ. l. verum est la segunda. ff. de furtis. Multum autem interesse puto inter verba, quæ natura ipsa iniuriosa sunt, vt latro, proditor, & similia, & ea quæ per se iniuriam non sonant.

7 Nam qui iniuriosa verba protulerit semper præsumitur iniuriandi animum habuisse, vt docent Parisius consi. 149. num. 19. lib. 4. Cla. d. §. iniuria num. 12. quia talis animus præsumitur, qualia sunt verba. l. Labeo. ff. de supell. legata l. scire. ff. de tuto. & cura. datis. Ac proinde si velit se excusare quod non dixit animo iniuriandi, tenetur illud probare iuxta text. in l. si non conuicij. C. de iniurijs. Si vero verba non iniuriosa obiecerit vt si mulieri diceret, *Soys buena muger*, tunc onus Probandi, quod habuit animum iniuriandi incumbet ei, qui se his verbis dicit offensum ex dict. l. Labeo, cum alijs. Et ita intelligenda doctrina Iaco. de Belouiso in practi. iudiciaria. c. de iniurijs. num. 6. Pro qua sententia facit doctrina Grammatici decisione. 37. num. 5. in fine, & sensit Petrus de Belapertica in repetitione dict. l. si non conuicij, num. 14.

8 Varijs autem modis poterit qui aliqua crimina alteri obiecit, probare non iniuriandi animo obiecisse, vt à pœna iniuriarum excusetur Primus erit, si ea crimina in iudicio contra testes sibi aduersantes opposuerit, asserens hæreticos, periuros, vel latrones esse: quia licet ea non probauerit iniuriarum non tenebitur maximè, si protestetur sui iuris consequendi causa non iniuriandi obijcere, ex text. in l. qui cum maior. §. si libertus. ff. de bonis libertorum. l. fiscus in quæstionem. §. delatoris. ff. de iure fisci. l. iniuriarum. §. is qui iure. ff. de iniurijs, l. fin. ff. quod quisque iuris. Vbi ita docuerunt Bald. Pau. & alij, idē Pauli. in l. 3. ff. de liberis & posthu. dicit communem Corrasius eam probans in causis capitalibus, aut infamiæ in. l. si tam angusti. n. 7. ff. de seruitutibus. Sed mihi verius videtur, si crimina testibus opposita non probet iniuriarū teneri, quia qui non probat quod excipiendo proponit, videtur etiam calumniari. l. 1. C. de aduocatis diuersorum iudiciorum. Deinde quia illa protestatio non releuat iniuriantem, vt dicemus statim, & ita probant Alex. & Iason num. 2. in dict. l. fina. Abbas in cap. cum te num. 28. de re iudicata, Boerius consil. 4.

numer.23.Petrus Gregor.lib.38.syntagm.capit.5.numer.6.

9 Alter modus est, si conuicium irrogans protestetur, si non iniuriandi animo facere, vt si in his verbis, Tu mentiris, quæ sine dubio iniuriosa sunt, Bar.in l,item apud. §. ait Prætor numer.3.ff.de iniurijs.Alexan.in dict.l.3. Boerius dict. consi.4. nu.10.Bossius in praxi titu.de iniu. nu. 7. dicat quis saluo tuo honore, mentiris, quo casu non teneri iniuriarũ, testantur Ange.in repertorio versic.verba illa, tu mentiris Bertachinus in repertorio verbo iniuria col.3.licet si verba illa, tu mentiris præcedant & sequatur potestatio saluo honore tuo non excusari testetur Bart.in l.si quis extraneus in principio num. 3. vbi Cum.& alij.ff.de adqui.hære.Sed ego indistincte verius puto, siue sequatur iniuria, siue præcedat protestationem non excusari protestantem ex reg.generali protestationem cõtrariam facto non releuare protestantem capit. cum in. de constitutio.cap.solicitudinem de appellatio.dict. l. si quis extraneus, docent Alex.& Iason num.3.in.d.l.fin. ff. quod quisque iuris idem Alex.in dict.l.si quis extraneus & in. l. turpia legata in fine de lega.1.idem Ias.in l.non solum.§.morte num.49. ff.de noui operis nuntiatione Abbas in dict.ca. cum te, Cla. dic.§. iniuria num.13.Corra vbi supra num.5.Couar.lib.1.varia.cap. 11,num.1.Plaça cap.1.num.11.Dida.Perez in l.fina.versi. vlterius quæritur, titu.1.li.1. Ordinamenti.idemque foret, si quis diceret, non dicis verum ex Couar.vbi supra.

10 Tertius modus erit, si verbum iniuriosum obijciens, alio prius esset prouocatus: tunc enim licet in iniurijs non sit locus mutuæ cõpensationi, vt notat Abb.in ca.1.de iniu.Felin.in ca. dilecti nu.10.de exceptio.Bossius.d tit.de iniurijs nu.8.& probat text.in ca.veniens, ibi, alternatim conuicia inferendo, de iure iuran.tamen quia prouocatus censetur propulsandi conuicij gratia, non iniuriandi animo verba iniuriosa retorquere, cessabit iniuria, & pœna l.qui cum maior.§.si libertus.ff,de bonis liberto.tex.elegãs in l.quæ omnia 25.§.1.ff.de procu.in l.si ex plagijs.51.§.tabernarius.ff.ad l.Aquiliam.Quod sanè intelligendum est, si conuicium à prouocato obiectum tendat in defensionem prioris, vt puta si dicenti. Tu es latro, replicetur, mentiris: secus si dicatur, & tu es hæreticus.

Ita docet eleganter Bart.in dic. l. quæ omnia vbi Paulus &

alij Alexand.de Iaf.in.d.l.fin.ff.quod quisq; iur. Claudius in l. vt vim n.100.& ibi Curtius num.40.ff. de iusti. & iur. Abb.in dict.cap.cum te nu.25.Corrasius vbi supra num. 6. Boerius n. 25.Menoch.consil.41.nu.9.& 10.lib. 1. Et ita esset iudicandum,licet contrariam sententiam communem esse dicat Clarus dict.§.iniuria num.14.Ema.Suarez li.communium opinionum,versic.iniuriarum nu. 13. Quorum sententia procedere posset,si conuicium,cui prouocatus replicauit,mentiris, esset verum,vt ex.l.eum qui nocentem.ff.de iniur. docent supra relati,& Felinus in dict.cap.dilecti num.11.de exceptio.

11 *Puniuntur* autem verbis iniuriantes antiquo iure ciuili satis molliter.Ex l.enim 12.tabularũ pœna.25. denarijs imposita erat,his verbis.Si alteri iniuriam faxit.25.æris pœnæ sunto, vt referunt Aulus Gell.li.20.noctiũ Aticarum cap.1. Alexand. ab Alexand.lib.6.dierum ca.10.Anton.Augu. de ll. ad ll. 12. tabul.l.33.Otomanus ad easdem ll.pag.218. Verum quia ea.l. nimis erat indulgens,& pœna contemnebatur, referunt enim Lucium Neratium improbum ciuem pro delectamento habuisse faciem liberi hominis manu sua verberare,aut conuiciũ ciuibus inferre,seruoque,quem cum crumena assium plena du cebat iubere solitum,vt iniuriam passo 25.asses ex.l. 12. tabu. numeraret,ideoque abijt in desuetudinem.

12 Et nouiori iure huius criminis pœna effecta est arbitraria.§.in summa Instit. de iniurijs. Serui enim flagellis cæsi dominis restituuntur,liberi vero humiliores fustibus subijciũ tur,cæteri vero exilio temporali coercentur.l.fin. ff. de iniur. docent Felinus in dict.cap.cum te num.3.Clar.dict.§.iniuriar. num 7.Grammaticus decisione 37.num.11. Menochius de arbit. casu 263.num.3.

13 Et prætereà iniuriantes efficiuntur infames l.1.ff. de his, qui notantur infamia. Quod non solum procedit in atroci iniuria,sed & in minima, vt probat text.in cap. cum te; de re iudica.& docent ibi Abbas num.8.Felin.num. 9. & communiter DD.Cla.vbi supra numer.7. Corsetus in tractatu de minis. 2.part.num.26.Salzedo in additio.ad Bernar.Diez pagin. 66. litera.A.licet contradicant plures relati à Felin. vbi supra Plaça dict.cap.1.num.22.

14 Fuit quoque eo iure alter vindicandæ iniuriæ modus,quia

reus abiurabat se iniuriam non fecisse, aut cui fecerat indignum esse iniuria, vt probatur ex Marciale libr. 2. epigram. 80. ibi. Nihil in te scripsit Bitinice credere non vis, & abiurare iubes malo satisfacere, & ex Terentio in Adelphis actu. 2. Scena. 1. vbi Samio indignis acceptus modis ab Eschino inter alia dicit. Noui ego vestra hæc nollem factum, dabitur, qui iurandum esse te indignum iniuria hac, & confirmatur ex adductis per Brisonium li. 8. de formulis pag. 818.

15 Atque ita interpretandus est tex. difficilis in. l. lex Cornelia. §. hac l. ff. de iniurijs.

16 Pontificum autem iure clerici conuicijs iniuriantes pœna quoque iudi. arbitraria tenentur cap. 1. de maledicis, docent Hostien. in summa eodem titul. num. 3. Felinus vbi supra numer. 3. & Gra. num. 11. Bernar. Diez in practica. ca. 66. num. 1. Sunt tamen cogendi veniam ab iniuriato postulare, quod si facere recusauerint deponendi sunt cap. clericus maledicus. 46. dist. Et præterea si hac actione condemnentur efficiuntur infames dict. cap. cum te vbi DD. notat Bernar. Diez vbi supra & ibi Salzedo in additio. Murmurantes vero si religiosi sint, & superioribus suis detraxerint, illis pœnis subiacebunt, quæ secundum eorum regulam pro grauibus culpis imponi consueuerũt Clementina 1. §. quibus, de priuilegijs.

17 Ex quibus apparet quod etsi huius regni iure, vt statim dicemus maiora conuicia inferentes teneantur ad satisfactionem iniuriati, palinodiam canere, & possit Eccles. Iudex quando pœnæ canonicæ deficiunt imitari consuetudinem, & ll. Regni, vt docet Pala. Rubeus in repetitione Rubricæ, in initio num. 15. & ibi Baraona in additionibus liter. H. tamen hoc casu non poterit clericum condemnare, vt cantet palinodiam, tum, quia certa pœna iure canonico indicta est ad partis satisfactionem indict. ca. clericus maledicus: tũ quia nobiles, quos hidalgos appellamus, quibus æquiparantur clerici glos. in cap. studeat. 50. di. & in. l. miles. ff. de re iudicata, ea pœna non tenetur, vt dicam statim. Et ita contra Bernar. Diez dict. cap. 66. in fine tenuerunt Didã. Per. in l. 9. tit. 5. li. 1. Ordinamenti Pla. d. ca. 1. nu. 24. Padilla in l. quanuis nu. 9. C. de iuris, & fac. igno. Parladorus. 1. par. rerum quotidianarum ca, 17. num. 10.

18 Iure quoque Regio pœna contra iniuriantes arbitraria est

l.21.titu.9.part.7. Et quanuis pro minoribus conuicijs centũ morabetinorũ pœna indicta esset in l.3.tit. 9.li.8.Ordinaméti tamen denuo arbitraria effecta est in l.3. tit.10.li.8. Recopila. exceptis tamen quibusdã verbis,scilicet, *Gafo,sometico,cornudo, traydor, hereje* aut mulieri coniugatæ,*puta*. Quæ qui obiecerit certa huius regni pœna tenetur:condẽnatur enim in trecentis solidis,quorũ valorem tradit Couar.li.1.variarũ c.11.n.3.Pla. de delictis ca.2.& cogitur palinodiam canere l.2.titu.3.lib.4. fori.l.2.titu.9.li.8.Ordinamen.l.2.tit.10.li.8. Recopila.

19 Ex quibus constat,quod cum hæc pœna cantandi palinodiam omnem adimat honorem & per se irroget infamiam, vt constat ex l.8.tit.3.part.7.l.2.titu.5.eadem partit.l.2. tit. 8.li. 8.Recopila.quod damnatus actione iniuriarum pro his maioribus conuicijs efficietur sine dubio infamis, vt docet Plaça dict.cap.1.num.22.

20 Indeque subinfertur optimo iure nobiles,quos hidalgos appellamus,exceptos fuisse in eadem l.2. ab hac pœna canendi palinodiam,hos enim non oportere ignominiosa pœna punire late comprobat Plaça.dict.c.1.num.23.& alij supra.

21 Verba autem quibus debet palinodiam canere hæc sunt: *Digo que menti en dezir tal cosa de fulano,* prout expresse probat. l.8.tit.3.part.7.neque sufficeret dicere,quod errauit, deceptus fuit,aut non bene dixit,vt notat Greg.Lopez in dict.l.8. verbo.mentio,quem sequitur Parla.d.cap.17.num.16.

22 Circa quam retractationis pœnam nõnulla sunt aduertenda.Primum expresse in dict.l.2.cautum esse, eam pœnam pro alijs quoque iniurijs,similibus tamen illis conuicijs imponendam esse. Dicimus autem eas esse similes, quæ maiores aut æquales fuerint l.neque.ff.de ll.& probat,l.3. eiusdem tituli. Vnde si quis dixerit, *Soys alenoso, hechizero, bruxo, ò alcahuete*, eadem pœna tenebitur, quia hæc crimina proditori hæretico & meretrici æqualia sunt,aut saltem non minora.

23 Vnde contingit dubitari,quid in eo admittendum sit,qui aliquem appellauit Iudæum,& Couar.lib.1.variarum cap.11. num.2.in fine,& Pla. dict. cap. 1. num. 14. testantur eandem pœnam locum habere, & esse praxi receptissimam, & ita fuisse iudicatum testatur Peguera quæstionum criminalium cap.13.num. fina. A quibus dissentit Parlado.dict.cap.17.nu.

 8.Sa-

8. Salazar de vsu & consuetudine curiæ cap.1.à num.85. Quibus ego libenter accedo, tum quia hoc conuicium simile non est hæretico, cum non eo sensu obijciatur, quasi sectam Iudæorum sequatur, sed vt indicet ex genere Iudæo descendere, vt late probat Peguera dict.cap.13. tum quia in eadem l.2. pro conuicio illo, tornadizo, cui simillimum est id, de quo loquimur, diuersa pœna, quam retractationis imposita est, scilicet, de diez mil marauedis.

24 Secundò obseruandũ est, quod si conuicium Titio obiectum verum sit obijciens non tenebitur actione iniuriarum, vt probat text. in l.eum qui 18.ff.de iniu. melior tex.in l.1 titul.9.parti. 7. Quod in his conuicijs verum esse intelligit ibi Bartol. quæ nota esse expedit Reip. vt si appellarē latronem, hæreticum, &c. quod si ea conuicia nota esse non expediret, perinde iniuriarum actionem locum habere affirmat, ac si falsa fuissent obiecta ex tex. in l.2.C.quando & quibus.4. pars, lib.10. sequitur Alexand.num.6.& Iason in l.3.in principio. ff.de liberis & posthu. Abbas in cap.cum te num.27. vbi Felinus de re iudi. Boerius dict.consil.4. Clarus dict.§. iniuria, num.15. Anto.Gom.3.tomo variarum cap.6.nume.2. dicunt communem plures relati in 1.tomo communium opinionũ, pagin.21.23.& 25. Didac.Perez, in Rubric.titul.9.li.8. Ordinamenti colũna.3. Salazar dict.cap.1. num.101. Ego vero lõge aliter se hanc rem habere existimo. Nam cum in principio dixerim iniuriam ex affectu & voluntate facientis consistere l.3.§.1.ff.de iniu. necessarium quoque esse affirmo, vt quoties animo iniuriandi conuicia inferuntur, sine vlla distinctione, an sint vera vel falsa, producant iniuriarum actionem: facit text. in cap.cum minister, cap.relegantes 23.quæst.5.li.2.C. de officio Rectoris, l.1.C.de famosis libellis. Et ita defendũt Couarru.dict.capit.11.numer.6. Plaça dict.cap.1.numero.3. Peguera dict.capit.13.nu.9.& 16. Salzedo ad Bernar. Diez in practic. dict. capit.66.litera. B. & in regulis, regu.784. vbi late Dida. Pe.vbi supra Parlado.dict.cap.17. Quod ita temperandum est, vt si conuicium sit verum, licet teneatur conuicians actione iniu. tamē nõ ordinaria pœna, sed aliqua extraordinaria puniendus erit, siue notum esse expediat Reipub. siue non, vt resoluunt Couarruu. Pla. Salze. & Parlad. vbi supra.

Tertiò

25 Tertiò obseruandum est, quod licet iniuriam absenti fieri certissimũ sit ex.l.item apud.15.§.conuiciũ el segundo.ff. de iniurijs l.1.titul.9.parti.7.tamen vt is, qui absens fuit, possit iniuriarũm agere, necessarium erit, vt eo animo conuicia dicta sint, vt in eius notitiam peruenirent, quod ex loco & personis facile erit deprehendere, docet Couar.d.ca.11.num.4. versic.erit vero, Parla.num.14.

26 Quartò obserua, pro vna iniuria sæpius repetita in eadem rixa vnicam tantum pœnam imponendam, notat Bartol.in l.item apud. §. ait prætor.ff.de iniu. quod si diuersæ speciei plures iniuriæ obijcerentur, *puta, ladron, cornudo, hereje*, tot essent pecuniarum mulctæ imponendæ, quot fuerunt iniuriæ, l.nunquam plura, vbi gloss.Ordinaria.ff.de priua. delict. docent Plaça dict.cap.1.num.17.Sala. vbi supra cap. 10. numer. 18. vbi id limitat in matraca.Couarr. tamen lib. 2.varia.cap.10.numer. 8. indistinctè existimat, vnicam tantum pœnam imponendam, cuius sententia praxi seruatur teste Pla. vbi supra.

27 Vltimò obseruabis super iniuria verbali non posse iud.nisi ad accusationem partis procedere, vt dispositum est in.l.4. titulo, 10.libro.8. Recopilatio. & hæc de iniuria, quæ verbo fit.

28 Scripto verò dupliciter iniuria fieri potest, aut cũ aliquid contumeliæ causa absque infamiæ nota in aliquem scribitur, vocando eum stultum, aut spurium, aut quid simile ludibrij causa, quo casu eadem pœna imponitur, quæ pro verbali iniuria esset imponenda, vt docuit Vvesembechius ad titulum.ff. de iniurijs numero.19.

29 Aut ad infamiam alicuius imputatur ei delictum aliquod infame, aut notabile: & hæc iniuria appellatur famosus libellus in Rubrica.ff. de iniurijs, & C. de famosis libellis. Sæpe enim quod irrogat infamiam, dicitur famosum l. si quid.ff.de solutio.l.sed etsi hac.§.prætor.ff.de in ius vocando.l.neque.ff.de vi. & vi.l.Diuus.ff. de in integrum restitutio.l.fuit.ff de his, qui notantur infamia. Et cum hoc delictum grauius conuicio sit cum consulto factum sit, & diutius duret in conspectu hominum, vt in l.1.titul.9.part.7. seuerius quoque puniri solet.

30 Iure enim ciuili antiquo pœna capitis imposita fuit. Ita enim in 12. tabulis scriptum erat: Si quis occentauisset, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri, capitale esto, vt ex Cicerone & D. Augustino referunt Alexand. ab Alexand. l. 6. dierum cap. 10. Octomanus ad ll. duodecim tabu. pagin. 218. Anton. August. ad easdem ll. l. 34. Deinde hæc pœna mutata fuit, & ad ictus fustium redacta, vt constat ex Horatio libro 2. Epistolarum Epistol. 1. ibi. Vertere modum formidine fustis, ad benedicendum delectandumque redact. Eamque fuisse auguror Corneliam de iniurijs, non quod nominatim eam pœnam imponeret, sed quia id iudi. arbitrio puniendum reliquit l. lex Cornelia. §. final. & l. sequenti. ff. de iniurijs. Et quodam Sena. Con. hoc additum fuit, vt de hoc crimine damnati essent intestabiles, l. ob carmen. ff. de testibus. l. is cui. §. primo. ff. de testamentis. Et tandem Imperatorum iure pœna 12. tabula. suscitata fuit, in l. 1. C. de famosis libellis.

Quæ ita temperanda est, vt tunc mortis pœna locum habeat, quando crimē in libello comprehensum deductum in iudicio vltimum supplicium mereretur: alias enim iudicis arbitraria pœna locum habet, prout eam l. primam eleganter interpretatur Accur. ibi gloss. 1. quem sequuntur Cinus, Salicetus, & alij, ibi Plaça de delictis cap. 3. numer. 2. Anton. Gomez 3. tomo variarum cap. 6. numero. 1. Gregorius Lopez in l. 3. verbo, aquella pena, titul. 9. parti. 7. Menoc. de arbitrarijs casu. 263. numer. 43. in fine, notat gloss. fina. in ca. fina. 5. q. 1. & ibi ordinarij.

31 Pontificum autem iure flagellorum, & excommunicationis pœna imponitur in cap. 1. & fin. 5. q. 1. Sed hodie clerici deponuntur, vt notat Plaça dict. ca. 1. num. 4. Menoc. vbi supra nu. 35. Syluest. in summa verbo, libellus nu. 5.

32 Regio vero iure famosos libellos componētibus ea pœna imponitur, quę diffamato esset imponenda, si crimen obiectū probaretur in iudicio. l. 3. titu. 9. part. 7. Et tandem plurimum in ea re poterit arbitrium iudic. vt constat ex dict. l. 3. docet Clarus libro quinto sententiarum. §. final. quæstione 68. numero. 25.

33 Aduertas autem in hoc crimine non excusari reum, etiam si probet

si probet vera esse in libello contenta glos. 1. in dict. l. eū qui 18. Angel. in dict. l. 1. & approbatur in dict. l. 3. licet contrarium docuerit glos. verbo fieret in. §. 1. Inst. de iniurijs & Salicetus in dict. l. 1.

34 Secundò etiam hoc crimine teneri qui versus, cantilénas, aut epigrammata canunt, aut componunt in alterius dedecus vel infamiam. l. lex Cornelia. §. fina. vbi Angel. ff. de iniurijs. Sunt enim puniendi corporaliter vel pecunialiter arbitrio iud. dic. l. 3. parti. & idem si pictura alicui infamia irrogaretur dic. l. lex. Cornelia. §. fin. Clar. dict. num. 25.

35 Vltimò aduertas eadem pœna teneri & eum qui libellum reperit, & statim non lacerauit dict. l. 1. dict. l. 3. parti. etiam si non publicauerit, vt docent Anto. Gom. & Pla. vbi supra quibus contradicit Menoch. num. 39.

De incestus pœna, Caput decimum-septimum.

Summarium ad caput decimum septimum.

Incestus vnde dicatur num. 1.

Incestus appellatio ad quam coniunctionem propriè referatur. numer. 2.

Incestus inter ascendentes & descendentes in infinitum; inter collaterales vsque ad quartum gradum committitur. nu. 3.

Affinitas ex copula etiam illicita inter coeuntes & eorum consanguineos contrahitur. num. 4.

Incestum committit qui coit cum consanguinea eius, quam antea fuerat fornicatus, intra quartum gradum & quid hodie post Concili. Tridem. num. 5.

Concil. Trid. sess. 24. c. 4. de reforma. matr. declaratur. num. 6.

Affinitas per sponsalia de præsenti, ante carnalem copulā non contrahitur & sic neque cum consanguinea sponsæ incestū cōmittitur nec pœna incestus locum habet. num. 7.

Publicæ honestatis impedimentum ad quem gradum hodie restrictum sit. num. 8.

Incestus crimen adulterio grauius est, & licet apud multas nationes fu-rit

fuerit impunitum iure tamen cõmuni adulterij pænis subiacet. n. 9
Incestus sub figura matrimonij cõmissus quibus pænis puniatur. n. 10.
Incestus pœnæ iure Pontificio num. 11.
Incestas nuptias scienter contrahentes excommunicati sunt & hodie post Concil. Trident. separandi, & quid in ignorantibus. numer. 12.
Incestus sub figura matrimonij commissi, & sine figura pænæ iure Regio num. 13.
Adulterij pæna nouiori regni iure arbitraria est. num. 14.
Incestus qualiter hodie in nobilibus & plebeijs & qualiter in eis qui sorores matres aut filias cognouerunt, plecti soleat. num. 15.
Incestus pæna in ignorantibus consanguinitatem vel affinitatem locum non habent, & lata etiam culpa excusat. num. 16.
Incestus crimen non facile neque ex ordinarijs copulæ præsumptionibus probatur, & ideo iudex hac in re arbitrium interponet. n. 17

1 CESTVS erat cingulũ Veneris, quo antiquitus nuptiarum solemnia celebrabantur, vnde coniunctio eorum, qui ll. aut moribus contrahere prohibentur, incestus appellatur, quasi in his nuptijs minime adsit cestus, id est, cingulum illud Veneris, vt docet Couarru. in 4. d. part. cap. 6. §. 8. num. 1. Petrus Gregor. li. 9. syntagmatum cap. 11. & li. 39. capit. 7.
2 Sed licet quælibet interdicta coniũctio incestus posśit prædicta ratione appellari, vt in l. sororis 39. ff. de ritu nuptiarũ. l. si adulteriũ. 38. §. 1. ff. de adulterijs, tamen quia grauior prohibitio est inter affines & consanguineos, incestum accipimus in hoc cap. pro coitu inter sanguine coniunctos cap. lex illa. 36. quæst. 1. docent Couarru. & Greg. vbi supra Anton. Gom. in l. 80. Tauri num. 15. Iuli. Clar. lib. 5. sententiarum §. incestus numer. 1. & probat lex fina. ff. de ritu nuptiarum.
3 Inter eos autẽ, qui ascendunt, vel descẽdunt in infinitũ cõiunctio est prohibita, ideoque si coeant, incestum committunt. Inter collaterales vero vsque ad quartum gradum. Hæc enim regu. perpetua est, quod is committit incestum, qui iure prohibente cum ea, cum qua coiuit contrahere non potest. Constat autẽ in quarto consanguinitatis gradu nuptias esse prohibitas c. a. non debet. de consan. & affini.

4 Vnde

4 Vnde deducitur, quod cum ex copula etiam illicita cōtrahatur affinitas inter coeuntes, & eorum consanguineos capit. discretionem, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ cap. in literis de testibus, cap. 2. de consanguinitate, docet gl. verbo probibendum in. l. 1. ff. de concubinis; sequuntur Decius in cap. per tuas, notabili secundo de probatio. Coua. vbi supra cap. 6. §. 7. num. 5. Paleotus de nothis, & spurijs, cap. 7. licet contradicat Corr. li. 1. miscellaneorum c. 3. nu. 22.

5 Si quis coierit cum consanguinea eius intra quartum gradum, cū qua antea fuerat fornicatus, committit incestum, & poterit puniri eius pœna, vt cōtra Hippolytum singulari. 254. docent Ber. Diez in practic. cap. 84. numero. 3. & ibi Salzedo litera. D. Couar. dict. cap. 6. §. 8. num. 3. Hodie autem, cum noua sanctione Concilij Tridenti. Sess. 24. cap. 4. de reforma. matri. affinitas ex fornicatione illicita cōtracta solum impediat matrimonium in. 1. vel 2. gradu, si quis rem habeat cum cōsanguinea eius in tertio gradu, cum qua antea coiuit, non committit incestum cum solum hoc crimen committatur, inter affines prohibitos contrahere matrimonium, vt diximus & in specie probat Didac. Perez in l. 4. gloss. 2. titul. 15. li. 8. Ordinamenti. Salzedo vbi supra, versicu. hodie vero.

6 Neque obstat quod decretum Concilij solum loquitur, quo ad dirimendū matrimonium iam contractū ac proinde videtur prohibitionem contrahendi non auferre, quia Pij. V. Ponti. Max. motu proprio ad eam rem facto die. 26. Nouembris anni. 1566. & relatum inter motus proprios pagin. 52. declaratum fuit, affinitatem ex fornicatione in tertio, vel quarto gradu; non solum, non dirimere, verum nec impedire contrahendum.

7 Vlterius deducitur, quod si vera esset D. Thomæ sententia in. 4. distinct. 41. quæst. 1. artic. 1. existimantis ex sponsalibus de præsenti etiam ante copulam oriri affinitatē, quem sequitur Florentinus in summa, 3. part. tit. 1. c. 1. in fine principij, sequeretur incestum committere eum, qui sponsalia cōtraxit cum Berta, & postmodum eius consanguineam cognouit, licet Bertā non cognouerit. Sed tenenda non est, D. Tho. sententia, quia ex sponsalibus ante copulam non oritur impedimentum affinitatis, sed tantum publicæ honestatis. Vt docet

Abbas,

Abbas, & Præposit. in capi. sponsam, de sponsalibus, Sylvester in summa, verbo, matrimonium 8. §. 14. Coua. d. c. 6. §. 7. nu. 3. Vnde in prædicto casu non punietur pœna incestus, sed iudici arbitraria, vt ex glos. verbo. eos, in Clem. vnica, de consangui. & affinita. docet Coua. d. c. 6. §. 8. num. 4. & Salze. vbi sup. licet contrarium censeat glos. in d. c. lex illa, 36. q. 1.

8 Hodie impedimentum publicæ honestatis ex Conc. Trid. Ses. 24. c. 3. de reformatio. matri. ad primum gradum restrictũ est. Quod nouissime à Pio. V. prima die Iulij anno 1568. declaratum fuit procedere in impedimento ex sponsalibus de futuro, secus ex matrimonio de præsenti, vt habetur inter motus proprios pag. 191.

9 Hoc autem incestus crimen, cum sit adulterio grauius ca. adulterij, 32. quæst. 7. licet apud multas nationes fuerit impunitum, vt refert Alexan. ab Alexan. lib. 1. dierum ca. 2. &. 24. Tiraque. in l. 7. connubiali à num. 31. iure ciuili eadem pœna vindicatur, qua adulterium eo iure diximus vindicari l. si adulterium cum incestu vbi glo. Bartol. & DD. l. inter liberas. ff. de adulter. docent Couar. dict. §. 8. num. 2. Clarus lib. 5. sententiarum. §. incestus num. 2. Anto. Gomez in l. 80. Tauri numer. 15. Dida. Perez in dict. l. 5. Ordinamenti. Quod intelligendum est quando sine figura matrimonij consanguinei aut affines coeunt.

10 Nam si contracto matrimonio incestum committerent alijs afficerentur pœnis. Principio enim dos, donatione propter nuptias, & quod ab alterius liberalitate in alterum procedit, vt indigno, indignæue aufertur, & fisco vindicatur l. 4. l. si quis incesti. C. de incestis nupti. deinde nouiori iure omnibus priuantur bonis, ipso iure & in exilium mittuntur nobiles omni dignitate priuati: humiles vero flagellantur, autent. de incestis nuptijs §. 1. collat. 2. autẽtica incestas, C. de incestis nuptijs docent Couarr. Anton. Gom. Cla. & Didac. Per. vbi supra Decius in l. certum numer. 7. C. vnde legitimi. Cr. tus in Rubrica. ff. soluto matrimonio. num. 49. & seqq.

11 Iure vero Pontificio laicus, si sit coniugatus priuatur perpetuo, ne possit ab vxore, cuius consanguineam cognouit debitum petere: & vxore mortua non potest cum alia matrimonium contrahere c. 1. & 2. de eo qui cognouit cõsanguineam,

c. si

c.ſi quis cũ matre.34.q.2.ſpeculum coniugiorum.1.p.art.33. & poteſt excõmunicari,docet Pau. Grillan. de pœnis omniſa riam coitus q.33.Clericus autem deponendus eſt,notat gl.in ca.non debet.30.q.1.glo.prima. iuncta textui incap.lator.2. q.7.docent Bernar.Diez in pract.dic.ca.84.& ibi Salze.Couar.di.§.8.nu.3.Clarus dicto.§.inceſtus num.2.

12 Quod ſi infigurã matrimonij cõmittatur ſunt excõmunicati ipſo iure, ex Clemẽtina vnica de conſanguinitate & affinitate:poſſunt tamen ab Epiſ.abſolui, vt notat ibi gloſſ.verbo. obtinere.recepta communiter ex Cardinale in Clementina, monaſteriorum, verſic.ſi quis num.4.de rebus Eccleſiæ Dida. Perez in dict.l.5.Ordinamenti Salzedo vbi ſupra,& Coua.nu. 19. Idque intelligendum eſt quando ſcienter contraxerunt: vel prætermiſsis denuntiationibus, quæ hodie deſiderantur ex Concilio Tridentino Seſsio.24.ca.1. Quibus caſibus hodie ex eodem Concilio dict.Seſſ.24. capi.5. ſeparandi ſunt, ſine vlla ſpe diſpẽſationis. Cæterum ſi ignoranter contraxerint,& præmiſsis dictis denuntiationibus non incurrunt excommunicationem, & facilius gratiſque diſpenſabitur ex d. ca.5.Seſsionis.24.

13 Regio autem iure inceſtus in figura matrimonij cõmiſſus eandem pœnam habet, quam iure ciuili imponi diximus in dict.autentica inceſtas nuptias ex l.3.titu.18.parti.7. Si vero ſine matrimonio committatur, viro & fœminæ adulterij pœna imponitur, in dict.l.3. Vnde in viro erit mortis, in fœmina flagellorum, & detruſionis in monaſterium.l. penultima titulo.17.partita.7.reſoluit Gregor. in dict.l 3. verbo la muger,& prætereà bonorum dimidia pars fiſco erit applicanda l.5.titul.15.lib.8.Ordinamenti.l.7.titulo.20.li.8. Recopilatio.

14 Cæterum, quia nouioribus huius regni ll.ea adulterij pœna immutata fuit, neque alia certa conſtituta, vt conſtat ex l.81. Tauri, pœna quoque inceſtus incerta eſt, & Iudi.arbitraria, vt tradit Anto.Gom.in dict.l.80.Tauri num.15.Auendan.reſponſo.7.nume.3.

15 Et ideo erit imponenda attenta gradus proximitate, & qualitate perſonæ. Nobiles enim pecunia mulctari & in exilium mitti ſolent, Plebeij fuſtigari, & ad triremes damnari.

Si vero committatur inter consanguineos in primo gradu, vt Frater cum sorore, pater cum filia, aut filius cum matre, non dubitaré mortis pœnam imponere, cum ita sæpius iudicatum esse referant Iulius Cla. dict. §. incestus num. 2. Boerius decisione. 318. Pet. Greg. li. 36. syntagm. ca. 7. num. 7. & semper facienda est confiscatio dimidiæ partis bonorum ex dict. l. 5. & 7.

16 Aduertas autem primo in totum excusari ab incestus pœna eum, qui ignorans consanguinitatis, vel affinitatis coniunctionem cômisit incestum. l. qui contra. C. de incestis nuptijs doceat Bartol. & Angel. in d. l. si adulterium cum incestu. Alciatus li. 1. de verborum signific. pagin. 34. Bald. Nouellus in tractatu de dote. 1. parte. 1. part. numero. 8. Auendañius in dictionario, verbo, incesto. Clarus num. 9. Coua. dict. §. 8. num. 22. Imò ignorantia etiam iuris cum lata culpa excusaret incestas nuptias contrahentes à confiscatione bonorum, vt ex Bar. & alijs tradit Couar. nu. 19.

17 Secundò aduertas, quod licet ad probãdam copulam sufficiant regulariter præsumptiones relatæ in ca. literis, de præsumptionibus, scilicet, quod reperiatur nudus cum nuda, vel in eodem lecto iacentes, tamen non videntur sufficere ad probandum incestum, cum inter consanguineos fœdus naturale non patiatur aliquid inhonestum præsumi, l. eum qui. 19. C. de Episcop. & cle. l. si qui adulteri. C. de adulte. ca. cum in iuuentute de præsumptio. ca. penultimo de cohabita. cleri. Vnde præ dictas præsumptiones inter consanguineos non sufficere ad probationem criminis testantur Butrigarius & Salicetus in dict. l. si qui adulteri. Ange. in l. 2. §. fina. nume. 3. ff. de adulterijs & Crauetta consil. 32. defendit fratrem ab incestus suspicione, qui biennio in eodem lecto cum sorore iacuerat; Contrarium tamen verius esse probat tex. in dict. capi. literis expresse loquens inter cõsanguineos, & probat ibi Abbas in fine Felin. colum. 1. Anto. Gomez in dict. l. 80. Tauri nume. 17. Ego autem iudi. arbitrium plurimum in ea re posse existimo, qui ex gradus proximitate, personarum qualitate, & bona, vel mala fama æstimabit; an sit probatum incestum, vt videtur in effectu sentire Anto. Gom. dict. num. 17.

De incendiariorum pœna, Caput decimum octauum.

Summarium ad Caput decimum octauum.

Incendia vt vrbi maxime periculosa qualiter veteres arcere curarent numer.1.

Incendiariorum malitia pessima & horrenda appellatur. num.2.

Incendij sedandi causa potest iustè vicinus, vicini ædes, ad quas ignis peruenit demolire, & vniuersa vicinia ad resarciendum damnũ tenetur.num.3.

Incendia omnia etiam leui culpa exorta punienda sunt.num.4.

Incendium quando & quo respectu dicatur casu fortuito contingere num.5.

Incendij de causa cum non constat contra domum habitantes præsumitur, & an hi ad damni emendationem vicinis teneantur, & quando.num.6.

Incendij ex leuissima culpa exorti damnum nemo resarcire tenetur. numer.7.

Incendio, si res deposita locata vel pignori data pereat domini periculo perit secus incommodata & quare.num.8.

Incendium si leui conductoris culpa in domo locata contingat ad quid teneatur conductor.nu.9

Incendium lata culpa interueniente datum quomodo plectatur, & quæ dicatur lata culpa.num.10

Incendij damnum & æstimatio quomodo probetur nu.11

Incendium lata culpa datum non solum ciuiliter, sed & criminaliter arbitrio iudicis puniri potest.num.12

Incendium dolo malo & data opera committens, iure ciuili vltra damni æstimationem capitali pœna mulctatur.num.13

Incendiarius lege Cornelia capitaliter puniebatur, lege.12. tab. viuus cõburi iubebatur, ex qua differentia plures. ll. intelligũtur.n.14

Incendiariorum pœnæ iure Pontificio.num.15.

Incendiarijs clericis certa pœna pontificio iure posita non est qua tamen affici debeant.num.16.

Incẽdiarij iure regio hodie absque vlla personarum distinctione morte damnandi sunt neq; eis Ecclesiæ immunitas prodest.nu.17.

1 SI in vrbe exoriatur incendium quantum reipu. periculum immineat testes sunt veteres, qui plures magistratus arcendis incendijs creārũt,& septē cohortes, vt super binis vrbis regionibus vigilarent D.Augustus constituit l. 1. 2. &.3.ff.de officio præfecti vigilum, docent Alexand. ab Alex. lib.6.dierum cap.20.Suetonius in Augusto cap. 30. Rosinus lib.7.antiquitatum Romanarum cap.34.Pe.Gre.li.36.syntagma.cap.19.numer.13.

2 Et hinc malitia incendiariorum pessima depopulatrix, ac horrenda appellatur cap. pessimam. 23. quæstio. 8. Et hinc grauius incendia in vrbe,quam rure exorta puniuntur, vt suo loco dicemus,& docet Iosephus Ludouicus decisione. Perusina.25.num.8.1.parte.

3 Hinc etiā iuste poterit vicinus ędes alienas vicini demoliri, iuste timens ne ad se ignis perueniat.l. si quis fumo.49.§.quod dicitur.ff.ad l.Aquiliam,docent eleganter ibi Florianus, Bal. in.l.2.ff. de officio præfecti vigilum. Afflictis in constitutiones Neapolis,lib.1. Rubrica.26.num. 1. Rebufus de priuilegijs scholarium,priuilegio. 103.num.7. Cassaneus in consuetudines Burgundiæ Rubrica.1.num. 50. Quod ita accipiendũ est,si ignis postea ad eas ædes peruenit l.si alius.7.§. est & alia. ff.quod vi aut clam.&licet is qui eas ædes demolitus est, ad danum non teneatur,vniuersa tamen vicinia ad resarciendum damnum tenebitur, ex text.eleganti in l.si laborante.§.1. in finē.ff.ad l.Rhodiam. vbi hoc notat Bald.Bartol.in dic.§.est,& alia Florianus in dict.§.quod dicitur Benedictus in cap. Raynuntius verbo.domum num.27. Felinus in cap. significasti el secundo,num.14.in fine.de homicidio.

4 Inde quoque fit quæcunque incēdia etiam leui culpa exorta, esse punienda vt omnes cauti sint,vel ignē extinguere,vel ita munire ne exagetur.l.si seruus.27.§.si fornicarius.ff.ad.l.Aquiliam,exceptis tamen his quæ fortuito contingunt.l. si fortuito.ff.de incendio ruina,Menoc.de arbit.casu.390.num.2. decisio Perusina.25.num.2.1.part.

5 Sed dubium facit, qualiter possit incendium fortuito accidisse videri,& casum esse fortuitum in dict.l.si fortuito, & in l.cum res.C. de periculo tutorum, & in l.cum duobus.§.

dam-

damna. ff. pro socio, cum sit regula generalis incendiũ inhabitantium culpa semper exoriri. l. 3. versiculo, & quia plerumque. ff. de officio præfecti vigilum. l. si vendita. ff. de periculo & commo. rei venditæ. l. qui Insulam. §. final. ff. locati. docent Grammaticus decisione. 3. Afflictis decisione. 57. Socinus regul. 178. Menochi. consilio. 53. volumine. 1. Verum facile resoluo, incendium etiam dolo malo exortum, casum esse fortuitum respectu eius, qui in nulla culpa fuit, vt videmus in rapina & incursu latronum, & probat Iusti. in. §. item is, cui. Institut. quibus modis re contra. Et hoc incendium licet casu accidat, est tamen publice respectu eorum, qui in dolo, vel culpa fuerunt.

6 Deinde regula illa dict. versiculi, & quia plerunque, solum inducit præsumptionem in casu dubio. Cæterum si probetur ex igne maximo in platea propter aliquod magnæ lætitiæ nuntium succenso scintillam aliquam in domum euolasse, atque inde incendium fuisse excitatum, certum est fortuito accidisse, & omnino esse impunitum. Itaque in casu dubio cum de causa incendij non constat, contra domum habitantes ius præsumit, ideoque eos teneri ad damni emendationem vicinis, licet nihil vicini probauerint, testatur Alexan. consi. 50. numer. 2. volum. 1. Barto. in. l. prætor ait. §. in vero. ff. de edendo, repertorium Felini. versic. incendium. Sed cum incendiũ non solum culpa patris familias, sed & familiæ, & seruorum possit exoriri dict. l. si vendita, videtur illa præsumptio esse generalis, neque contra certam personam indicta, & ideo ratione incertitudinis nullius esse momenti, ac proinde nõ esse condemnandos inhabitantes ad resarciendum damnum, nisi specialiter de alicuius culpa probetur, testatur Afflictis decisione. 57. Molineus in additionibus ad Alexand. dict. consilio. 50. num. 5. Menoch. num. 4. Iosephus Ludouicus decisione. 25. num. 17. vel nisi vna tantum persona domum habitaret, vt docet Iaso. in dict. l. prætor ait. nu. 31. Menoch. vbi supra, nume. 11. Quod magis suadetur ex eo, nam licet in dubio præsumatur culpa inhabitantium, ea tamen culpa leuissima est gloss. verbo. debet in. §. præterea inst. quibus modis re con. recepta communiter ex Croto in. l. 4. §. Cato. numer. 33. ff. de verbo. Saliceto in. l. quæ fortuitis colum. final. C. de pig-

noratitia actio. Iose. Ludo. vbi supra nu. 15. Menoch. nu. 6.
7 Constat autem ex incẽdio leuissima culpa exorto non teneri ad damni emendationem, vt resoluunt plures relati à Iose. Ludo. num. 13. licet contrarium velint Afflict. dict. ru. 26. numer. 12. Gramma. decisione. 3. num. 18. moti. ex l. capitalium, §. incendiarij. ff. de pœnis.
8 Ex quibus deducitur, quod si res aliena sit penes inhabitantem domum ex contractu gratia tantum dantis celebrato, vt ex deposito, quia in eo solũ recipiẽs tenetur de dolo, vel lata culpa l. contractus. ff. de reg. iur. l. quod Nerua. ff. depositi, licet incendio pereat non tenebitur ad æstimationem, etsi eius culpa incendium exortum esse præsumatur. Idemque erit in contractibus celebratis gratia vtriusque, vt in locato, & pignore, cum enim solum recipiens teneatur de dolo, culpa lata, & leui, l. in iudicio. C. locati dic. l. contractus. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. etiam si culpa leuissima præsumatur incendium exortum, non tenebitur conductor aut creditor. Cæterum si gratia tantum recipientis contractus fieret vt commodatum, quia in eo etiam leuissima culpa præstitur c. 1. de commo. d. §. nunc videndum, teneretur recipiens ad rei æstimationem, ex eo solũ, quod in eius domo incẽdium exortum probetur, vt docẽt eleganter Alex. d. consi. 50. nu. 9. Ias. in l. sed etsi quis. §. quæsitũ nu. 4. ff. si quis cautio. Fran. Marc. decis. 61. num. 7. 1. part. Meno. d. casu. 390. nu. 7. Iose. Ludo. dict. decis. 25. num. 13. & 19. Possunt tamen facile hanc iuris præsumptionem eneruare inhabitantes; si legitime probauerint se diligentiam adhibere solitos, quã diligentissimi quiq; solent adhibere, vt notat Mari. Soci. in c. si egressus à n. 37. de iniurijs, Iose. Ludo. num. 22. Meno. nu. 18. Et hæc de incendio, leuissima culpa exorto.
9 Quod si leui culpa domus succendatur (quæ autem sit leuis culpa colligitur ex Bart. & Accur. in dict. l. quod Nerua glos. verbo. debet in. §. præterea Insti. quibus modis re contra. & in proposito docet Maria. Socin. in dict. cap. si egressus num. 21.) tunc si conducta sit, tenebitur conductor locatori ad æstimationem: quia tenetur de leui culpa l. si quis fundum. §. Imperat. ff. locati. docent in terminis Bald. consil. 149. volumin. 2. Crotus in dict. §. Cato, numer. 74. Menochius, nume. 12. Imò ad

damni

damni emendationē tenebitur vicinis, l. qui occidit. 30. §. in hac. ff. ad. l. Aquiliam. Hippolytus in l. 1. num. 115. ff. de sicarijs. Bald. vbi supra Iose. Ludo. num. 10. estque à iudi. puniendus criminaliter suo arbitrio, vt docent Meno. & Iose. Ludo. vbi proxime.

10 Si vero lata culpa incēdium exortum fuisse probetur (est autem lata culpa facere, vel omittere id, quod nullus cōmuniter fecisset, vel omisisset. l. latæ culpę. ff. de verbo. signi. glo. & Bar. in dict. l. quod Nerua. dict. gloss. verbo. debet. in dict. §. præterea Maria. Socinus in dict. cap. si egressus num. 19) tunc rei incendio peremptæ æstimatio ab eo præstanda est, qui in ea culpa fuit, siue eam ex contractu haberet, gratia dantis celebrato, siue gratia recipiētis, vel vtriusque cum de dolo & lata culpa quilibet teneatur dict. l. contractus. Tenebitur etiam ad resarciendum damnum vicinis, vt constat ex dict. l. qui occidit. §. in hac, docent Bald. in. l. data opera num. 4. C. qui accusare non possunt. Menoch. dict. casu. 390. num. 24. & probatur in. l. 10. Vbi Gregor. verbo. fuesse daño, & in l. 11. titu. 15. partit. 7.

11 Huius autē damni æstimatio, si aliūde probari non possit, probabitur per iuramentum damnum passi, vt docent Iose. Ludo. num. 9. Plotus in l. si quando nume. 731. C. vnde vi. l. 9. vbi Gregor. verbo. iurarem, titul. 10. parti. 7. Imò criminaliter puniendus est, l. si fortuito. ff. de incendio, ruina. Et hanc criminalem pœnā mortis esse testatur Iaco. de Aretio à Bald. relatus in dict. l. data opera num. 4.

12 Sed verius est citra mortē arbitrio iudicis esse imponēdā, attēta qualitate personæ, culpæ & incēdij magnitudine, vt argumento. l. in. l. iuncta. l. 1. in princi. ff. de sicarijs, &c. §. suspectus Insti. de suspectis tutoribus, docent Bald. vbi supra & ibi Salic. Afflictis in constitutiones Neapolis lib. 1. rubric. 26. nu. 11. Menoc. & Plotus vbi supra, quę omnia vnico processu faciet iud. vt notant Bald. & alij supra.

13 Denique si dolo malo, & data opera incendium exoriatur propriè delictum est huic capi. & huic tractatui conueniens. Puniuntur enim ciuili iure, qui tale incendium fecerint, vltra damni æstimationem vicinis, & rerum dominis præstandam, capitali pœna l. 1. l. si quis dolo. ff. de sicarijs. l. data opera. C.

qui accusare non possunt l.qui ædes,l.fina.ff.de incendio ruina l.capitalium.§.incendiarij.ff.de pœnis,docent Bal. & Salicetus in dict.l.data opera Bart.in l.3.ff. de officio præfecti vigilum , & in tractatu de differentijs vtriusque iuris numer.78. Cassaneus in consuetudines Burgundiæ Rubrica 1. num. 50. Boerius decisione 36.num.17.Pet.Gregor.lib.36.cap.19.nu. 14.Iose.Ludo.& Menoch,vbi supra.

14 Cæterum quia prędicta iura circa modum imponendi prædictam pœnam,videntur variare relicta Bald.& Salice. distinctione,vbi sup.obseruabis quod si incendium fiat in vrbe,duplex pœna in vsu fuit,vna l.Corneliæ,quæ erat simpliciter capitalis,de qua loquitur dict.l. qui dolo , dict. l. data opera , & dic.§ incendiarij in principio:altera fuit l.duodecim tabu. qua incendiarius viuus comburendus est,dict.l.qui ædes dic. §. incẽdiarij.Vnde poterit iud.quam elegerit impo: ere ex his,quæ resoluit Menoch.de arbitrarijs li.1.quæst.85.& in specie Bal. in dict.l.data opera num.1.Menoc.dict.casu.390.num.31.Sed si rure fiat incendium leuior pœna imponenda est ex dict §.incendiarij,& erit iudi.arbitraria , vt resoluit Menochius , numero.32.

15 Pontificum autem iure incendiarij ad satisfactionem damnorum tenentur, & tribus annis pœnitere debent capit. si quis damnum , de iniurijs. Hæc autem pœna, quia fori pœnitentialis est,& hodie pœnitentia pro quocunq; crimine est Sacerdoti arbitraria,c.mensuram de pœnit. distin. 1. in vsu tantum est,quo ad damni satisfactionem , incurrunt præterea excommunicationem cap.tua nos , de sententia excommunicationis.

Et hoc ita , vt si Ecclesiastica vel loca sacra incenderint, eam ipso iure incurrant dict.capitul. tua nos . Si vero alia loca profana denuntiatio necessaria sit, capitulo pessimam. 23. quæstione.8.Ita gloss.final.in dict.capitul.tua nos,vbi Felinus & Abbas.Menoch.num.39.à qua excommunicatione post denuntiationem generaliter,vel nominatim factam à solo Papa absoluuntur,Syluester in summa verbo,excommunicatio septima,in septima excommunicatione, Ioannes de Lignano in tractatu de censura Ecclesiastica.§.26.num.1.

16 Contra Clericos vero hoc iure certa pœna indicta non est,

est, vt testatur Bernard. Diez in practic. capit. 105. ideoque iudic. esse arbitrariam testatur Marcus Anton. Cucus in institutа canonica libro.4. Rubric. de diuersis delictis, versiculo, qui incendium. Ego autem ex sententia Abba. in capit. tuæ de pœnis, quam nos supra in cap. de falsa moneta probauimus existimo, deponendos esse ab ordine & beneficio, & in monasteriũ detrudendos, beneficia nanque amittere testatur Rubu. in praxi. titulo de modis amittendi beneficia. n. 60.
17 Regio vero iure vltra damni satisfactionem, incendiarij comburendi sunt. l. 11. titulo. 5. libro. 4. fori, quæ pœna partitarum iure in nobilibus temperata est, mutata in exilium perpetuum. l. 9. titulo. 10. partita. 7. Hodie vero etiam contra dominos nobiles, & prælatos mortis pœna imposita est in l. 6. titulo. 12. libro. 8. Recopilatio. Et si hominis necandi causa fiat incendium etiam si mors non sequatur dimidia bonorum pars confiscanda est. l. 36. titulo. 19. libro. 8. Ordinamenti. l. 8. titulo. 26. libro. 8. Recopilatio. & tandem immunitate Ecclesiæ non gaudent l. final. titulo. 5. libr. 1. fori. l. 3. titu. 2. libr. 1. Recopilationis.

De infringente domum alienam, vel carceres, Caput decimumnonum.

Summarium ad caput decimumnonum.

Domus sua tutissimum cuique refugium est. num. 1.

Effractorum crimen graue & qui effractores proprie sint. nu. 2.

Effractores qualiter si furandi causa fracturam faciant iure ciuili puniantur. num. 3.

Effringens non furandi animo, sed violandæ castitatis causa, domum alienam qualiter puniatur & quid si cum armis infringat. n. 4

Effractores iure pontificio excommunicantur & si clerici sint deponuntur. num. 5.

Effractores partitarum iure verberibus, legibus fori morte plectuntur si furandi causa fractura fiat, & à domus domino impune occidi possunt. Et quod hodie iure nouiori. num. 6.

Effractorum pœnæ iure regio constitutæ vt locum habeant, quæ sint necessaria. num. 7.

Carcerum effractores etiam si absque vi recedant grauiter delinquunt & mortaliter peccant. num. 8.

Carcerem si ruperit is, qui iniuste detentus, vel iniuste damnatus est non peccat. num. 9.

Carcerem data sibi occasione non fugiens, qui ibi inique detinebatur, non peccat. num. 10.

Carcerem effringens iure ciuili ea pœna punitur qua si delictum, pro quo detinebatur, probaretur veniret puniendus, & quare. nu. 11. Contrarium. num. 12.

Lex in eos. D. de Custodia reorum, declaratur. num. 12.

Carcerem effringens, vt carcerati aufugiant, quibus pœnis plectatur. num. 13.

Carcerem rumpens in foro conscientiæ ad quid teneatur, & clericus pro tali delicto qualiter sit puniendus. num. 14.

Carcerum ruptores iure regio varie puniti, hodie praxi, vel flagellis, vel alia simili pœna arbitrio iudicis afficiuntur. num. 15.

Carcerem fugiens, & statim maioribus iudicibus præsentans, nullam pœnam incurrit. num. 16.

Carcerum custodes, quorum ob culpam carcerati aufugerint quam pœnam patiantur, remissiue. num. 17.

1 SI vim inferre videtur, qui de domo sua in ius aliquem vocat, quia sua cuique domus tutissimum refugium est. l. plerisq;. ff. de in ius vocando. l. nemo. ff. de regul. iuris, quod quemadmodum intelligendum sit docent relati ab Altano collectanea vigesimaquinta, Robertus libro tertio sententiarum capit. 1. Scepola in l. qui neque numer. 2. ff. de verborum significa. Didacus Perez in l. 42. titu. 19. libro octauo. Ordinamenti.

2 Dubium non est grauiter delinquere, qui alienas ædes infringunt & hi proprie appellantur effractores, in l. prima. ff. de effractor. docet Menochius de arbitrar. casu. 299. n. 4. Pet. Gregor. lib. 37. syntagma. cap. 14. num. 2.

3 Puniuntur autem iure ciuili, si furandi causa fractura fiat grauius, quam fures vt ex capit. 22. Exodi probant Scepola in

auten-

autentica, sed nouo iure num. 93. C. de seruis fugitiuis Boerius decisione. 173. num. 4. Menoch. vbi supra num. 5.

Vnde si die fecerint plebeij in opus publicum dantur, honestiores vero relegantur. l. 1. in fine. ff. de effractoribus: si vero nocte fustibus cæsi in metallum dari solent. l. fina. ff. de effractoribus.

4 Quod si non furandi animo, sed violandæ castitatis causa fractura fiat, mortis pœnam incurrunt vt argumento. l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cler. docet Bald. in l. fin. ff. de rerum diuisione, & eum sequutus Greg. Lopez in l. 18. verbo, matar, colum. 4. versiculo, item si bene aduertis titu. 14. part. 7. Etsi cum armis infringat l. Iulia. de vi publica tenentur. l. penultima. ff. ad l. Iuliam de vi public. §. item l. Iuliam. de vi. Insti. de public. iudic. docent Menochius de arbitra. casu. 394. num. 91. Didacus Perez in. l. 42. tit. 19. lib. 8. Ordinamenti. ac proinde pœna deportationis dict. §. item. l. Iulia. Et tandē pœnam esse arbitrariam docet Consul. in dict. l. 1. ff. de effracto. Menoc. dict. num. 15. & dict. num. 91.

5 Pontificum autem iure effractores Ecclesiarum sunt ipso iure excommunicati, & ante denuntiationem possunt ab Episcop. absolui, post denuntiationem vero à solo Papa cap. conquesti. vbi gloss. Abb. Fel. & Mar. Socinus, de sententia excōmunicationis, Iul. Clarus lib. 5. sententiarū. §. final quæst. 77. num. 20. Florentinus in tractatu de excommunicatione ca. 12. Quæ excomunicatio propter solam effracturam non incurritur, quia dictum cap. conquesti. simul requirit spoliationem, docent Stephanus Aufrerius in tractatu de potestate Ecclesiæ num. 39. Remigius de Goni. in tractatu de immunitate Ecclesiarum fallentia. 33. Clarus vbi supra.

Clerici autem effractores, quia pro delictis atrocibus deponendi sunt essent etiam deponendi ex regula. capitul. tuæ de pœnis. Constat enim hoc delictum esse de atrocioribus. l. final. ff. de effracto. ita docet Scepola in dict. autentica, sed nouo iure num. 93.

6 Regio vero iure partitarum, si fractura fiat furandi causa pœna mortis imposita non est, sed verberum ex l. 18. titu. 14. partit. 7. vbi Gregor. gloss. mag. iure vero fori mortis pœna indicta est, ex. l. 6. titulo. 5. lib. 4. fori. Imo & qui inuenit infrin-

gentem domum propriam poterit eum occidere propria au-toritate l.4.titu.23.lib.8.Recopila.& qui ascendit per parietem, vel fenestram eandem mortis pœnam incurrit l. 74. del stilo. Hodie autem infringentes alienam domum cuiusque maleficij causa dimidiam bonorum partem amittunt,& eorum personæ sunt *à merced del Rey*, l.6.titulo. 26.libro.8.Recopilatio.

7 Aduertas autẽ, quod vt prędictę pœnæ locũ habeãt, & hæc nouissima.l.6.Recopila.cum loquantur de his, qui horadaren, requiritur quod violẽter parietem foderint, aut fenestrã, aut portam, aut vectes, aut cardines fregerint, vel positis scalis ascendunt, vt in specie docent Franc.de Platea in tractatu de excommunicatione.§.29.numero.5.Florentinus eodem tractatu capitulo.12.nu.2. Stephanus Aufrerius dict.numer. 39.

8 Hi quoque, qui in carceribus detenti cum ipsorum carcerum fractura aufugiunt grauiter delinquunt, & mortale peccatum incurrunt: etiam si sine vi commentariensi illata recedant, vt docent Henricus quod libeto.9 articu.25.Anca.in regu.possessor quæst.3.Couar.lib.1.variarum cap.2.nume.14. Plaça de delictis, cap.23.num.5. Salze.in additioni. ad Bern. Diaz regu. 303. versic.ex quo infert. licet contradicat Caietanus.2.2.quæst. 69.articul. 4. & Soto libro.5.de iustitia & iure quæst,6.artic.4.

9 Quod intelligendum est in his, qui iuste carceribus detinẽtur, nam si iniustè detineantur possunt data occasione licite à carcere fugere: imò si iniustè damnentur possunt carcerem effringere,& vincula dirumpere, notat gloss. verbo, per violentiam, in Clementina Pastoralis, de re iudicata sequuntur Bar. & DD.in.l.vis eius.C.de probationibus.Hippoly, in pract. §.diligenter.nu.50. Dueñas regu.393. limitatione 4. Gratia. regu.406.num.2.Boerius decisione 25.num.30.Couar. vbi supra num.11.&.12.Plaça dict. nume.5.Menochius de arbitra. casu 301.num.14.

10 Non peccarẽt tamẽ etsi oblata sibi fugiẽdi occasione non vterẽtur, vt cõstat in martyribus, quia nõ faciunt actũ immediatum ad mortem, vt resoluit elegantissime Coua.dict.nu,10.

11 Puniuntur grauissime ciuili iure, ea enim afficiuntur pœna, qua essent afficiendi si delictum, pro quo detinebantur, verum

rum & legitime probatum esset, fuga enim facit, vt habeantur pro confessis, tex. elegans in. l. in eos vbi gloss. verbo puniendа. ff. de custodia reorum docent ibi Bartol. Angel. & Alberi. Bald. in. l. 1. C. de seruis fugitiuis. Felinus in cap. nullus num. 3. de præsum. Paul. Grilandus in tractatu de relaxatione incarceratorum, titu. de fuga incarcerati quæstione. 1. numer. 7. Vibius libro. 1. communium opinionum, opinione. 119. & sequenti Bernar. Diez dict. regula. 303. limi. 2. & ibi Salzedo, Gratian. regula. 127. num. 5. Boerius decisione. 215. nu. 9. Cla. li. 5. sententiarum. §. fina. quæst. 21. numer. 25. Doctor. Paz in praxi. 1. tomo cap. 3. §. 3. nu. 7. Pet. Gregor. lib. 36. syntagm. cap. 25. numer. 33. quod verum esse intelligunt, quando fractis carceribus effugerent, secus si per negligentiam commentariensis, vel fractis ab alio carceribus, tunc enim fugiendo non peccant, vt constat ex Imo. & Ancarrano in dict. Clementina pastoralis, Archidiacono in capit. cum homo. 23. quæstione. 5. Couarru. d. ca. 2. nu. 20. versic. in secunda, neque pro confessis habentur, sed solum puniuntur arbitrio iudi. vt ex pluribus resoluunt Lanfrancus in repetitione l. admonendi. num. 56. de iure iurãdo. Iuli. Cla. dict. num. 25. Couar. num. 11. in fine, Menoch. n. 2. & . 5. Azeuedo in l. 3. titu. 10. lib. 4. Recopi. n. 87. plures refert Salz. vbi supra Auiles in capitula prætorũ. c. 18. n. 39

12 Ego vero indistincte verius esse puto, incarceratos fugientes, siue cum effractione carceris, siue non, nunquam haberi pro confessis, nec puniendos esse pœna delicti, pro quo detenti sunt, sed arbitrio iudi. quia l. in eos, qua fundatur Accur. & communis sententia, euidenter probat, dum solum ait, & si innocentes reperiantur puniendos esse: cum enim certam pœnam non exprimat eam videtur iudi. arbitrio remisisse, vt est text. ad hoc celebris in l. 1. ff. de effractoribus, & in specie contra communem docent Ripa. in dict. l. admonendi. nu. 170 Clarus dict. nu. 25. Anto. Gom. 3. tom. Varia. c. 9. nu. 11. & in. l. 76. Tauri nu. 12. Peguera quæstionum criminalium ca. 1. per totum, & ita hodie erit practicandum vt infra subijciam. Cæterum dict. l. in eos, loquitur de his, qui conspirauerunt, vt fugerent, non tamen cum effectu fugerunt: his pœna capitalis hoc iure imposita est in. l. 1. ff. de effractoribus. l. milites. 13. §. eius fugam. ff. de re militari. l. si quis. 38. §. miles. ff. de pœnis,

& ita docent Couarr.Meno.Pe.Greg.& Peguera vbi supra.

13 Qui vero carcerẽ effregerint,vt aufugiant carcerati,siqui-dem de crimine condemnatus aut confessus aufugerit tenentur crimine læsæ maiestatis.l.cuiusque versic.penultimo. ff. ad l.Iul. maiestatis. Ber.Diez reg.98.Quod intelligendum est quando is qui iam confessus aufugit erat detentus crimine læsæ maiestatis, vt docuit eleganter Acursius ibi,verbo,reum Ant.Gom.3.tom. variar.c.1.nu.7.Greg.Lo.in.l.14. tit.29.part.7.Gracia. regul.112.nu.5.Pe.Gre.d.c.25.nu.30.& probatur in l. 1. titu. 2.parti.7.versi.la onzena,alias enim solum ea pœna puniuntur , qua tenerentur hi, qui aufugerunt l. 1.C.de his,qui latrones. docent Ange. &. Alex.in le.1. §.1. Bartol.in l. si quis. in fine.ff.ne quis eum,qui in ius vocatus est.Meno.d.casu.301.nu.26.& approbatur in l.14.tit.29.part. 7.l.5.tit.12.li.8. Ordin.facit l.4.C.de custodia reorum ca.diffiniunt. 17.quæst.4.

14 Iure vero pontificio tenetur carceris effractor in foro interiori precium vinculorum ruptique carceris resarcire , & ad restituendum damnũ quod reipubli.commentariensi, vel alijs priuatis illatum fuit, ex effractione;puta,si alij pro delictis aut ære alieno detenti aufugerint.l.quoties.C.de exactoribus tributorum li.10.docet Bar.in tractatu de carceribus nu. 18.Caietanus, 2.2. quæst.79. arti.4.Couar . dict.ca.2.num.14.Menoch.vbi supra. n.23.Clerici vero quotidie arbitrio iudi. puniuntur vt resoluunt omnes supra relati.

15 Regio autem iure carcerati , si facta conspiratione fractis carceribus omnes vel plures aufugiant,habentur proconfessis & pœna criminis,pro quo singuli sunt detenti puniuntur. Si vero his non cõcurrentibus aufugiant arbitrio iudi. plectuntur.l.13.titu.29.parti.7.iuxta quam l.partitæ distinctionem accipienda sunt nouiora iura in l.34.titu.19.li.8.ordina.in.l.7. titu.26.li.8.recopilationis,quæ indistincte à carcere fugientes pro confessis haberi iubent. Sunt namque intelligenda , si cõspiratione & effractione facta fugiant, vt docent Gre. in.d. l.13.Auiles in capitula prætorum.ca.18.nu.37.Salze.ad Ber. Diez dict.reg.303.versic.10.Azeuedo in l.3.nu.87.tit. 10. li. 4.recopila.licet contra dicat Olanus in suis antinomijs,litera. F.nu.115.Hodie vero communi prac.receptum est, vt carce-

rum

rum effractores flagellis cædantur, vel alia simili arbitraria, puta, ad remos, vt docent Clarus dic.q.21.nu.25. Peguera dic.c. 1. Dida. Per. in dict. l.34. ordina. versic. tu dic.

16 Aduertas autem, quod si quis à carcere fugerit, & se statim præsentauerit coram maioribus iudicibus, nulla pœna punitur. l. quis sit fugitiuus. ff. de ædilitio edicto. l. sed si per prætorem. §. final. ff. ex quibus causis maio. docent in specie Paul. Grillan. vbi supra num. 20. Auiles dict. c. 18. num. 50. & Didac. Per. in dict. l. 34. in fine.

17 De pœna autem commentariensis, cuius culpa incarceratus aufugit, videnda est. l. 4. C. de custodia reorum. & ibi DD. l. 12. titu. 29. part. 7. Anto. Gom. 3. tom. variar. cap. 9. num. 11. versic. item adde, Auiles d. c. 18. num. 7. & sequentibus Menoch. de arbi. casu. 302.

De Lenocinij pœna, Caput vigesimum.

Summarium ad caput vigesimum.

Lenocinium, vnde dictum, & quibus modis committatur. num. 1.

Lenocinium committit maritus qui vxoris adulterio consentit, & quando consentire dicatur. num. 2.

Lenocinium longè grauius est crimen, quam adulterium. nu. 3.

Maritus quando vxoris adulterio consentire dicatur. num. 4.

Marito turpe esse cum vxore adultera commercium habere, imo & in eo mortaliter peccare. num. 5.

Maritus vxorem adulteram rursus cognoscens, irregularis efficitur. numer. 6.

Maritus etiam hodie citra lenocinij crimen adulteram retinere non potest, contra glos. & alios. num. 7.

Auth. sed hodie. C. de adult. & c. inter opera de spons. intellectus. numer. 8.

Maritus tacendo, vel dissimulando adulterium vxoris lenocinio consentire videtur, & vt leno puniri potest. num. 9.

Maritus leno vxoris adulterium non potest accusare, & quomodo hoc procedat, num. 10.

Mariti lenones infamiæ, adulterij, & mortis pœnas subeunt. n. 11.

Mari-

Maritus leno de iure regio ab accusatione vxoris arcetur, quæ nec ab alio eo casu accusari potest.num.12.

Mariti lenones in his regnis olim morte, posteà varie puniti, & quid hodie post nouas sanctiones.num.13.

Lenocinium etiã committunt, qui quæve fæminas ad fornicandum cũ alijs alliciunt.nu.14.

Lenocinij an & quando teneatur qui domum suam gratis alicui ad rem cum fæmina habendam concedit num. 15. & quid in eo qui ad hoc domum locat.num.16.

Lenæ dicuntur matres, quæ accepta pecunia filias fornicandas tradũt, imo & si nihil accipiant, & qui puniantur.num.17.

Lenones, quos alcahuetes *dicimus, qualiter perfecto, vel non perfecto flagitio puniantur, & Constantini seuera in eos animaduersio. num.18.*

Lenones iure nostro regio seuere olim varieque punitos, & quid hodie praxis obseruet.num.19.

Lenonum opera vtentes, iudicis etiam arbitrio puniendos.num.20.

Lenones eos quoque dici, qui ex fæminis, quas prostitutas habent, quæstum faciunt.num.21.& eorum pænæ iure communi, & regio, numer.23.

Lenones sũnt etiam hi qui occasione alicuius artis vel officij fæminas domi retinent, se passim prostituentes.num.22.

Lenones ad vrbis præfecturã prouehere Heliogabalus destinauit.n.24

Mulieres, quæ lenones habent, vt puniantur.numer.25.

1 LENOCINIVM ab alliciendo dictũ quod iuuenes ad stupra alliciat, varijs modis committitur, vt docent glos. & DD.in.l.2.C. de adulterijs Iacobus de Bellouisu in practi. titulo de lenonibus num.11:Pe.Gre.li.36.syntagm.c.11

2 Et primo à marito, qui adulterio vxoris consentit dic. l. 2. l. sine metu.C.de adulterijs.l.2.§.lenocinij.l.mariti.ff. eodem titulo.

3 Et hoc longe grauius est adulterio, docet glos. in. l. athletas.§.qui lenocinium.ff.de his qui notantur infamia. Bartol. & Imo.in.l.is qui reus. ff. de publi. iudicijs. Plura enim in huius criminis detestationem cumulant Guillermus Benedictus in cap.Raynutius verbo, cuidam Petro num.62.Pala.Rubeus in

repe-

repetitione cap. per vestras notabili 3 5.2 1.num.13. Auiles in capitula prætorum cap.43.verbo.manceba num.3.

4 Tunc autem dicitur maritus consentire, quãdo vel aliquid accipit ab adultero dict. l. 2.§.lenocinij.l.mercalem.C.de cõditione ob turpem causam, vel quando vxorem in adulterio deprehensam retinuerit dict. l. 2. C. de adulterijs, dict.l.mariti.l.auxilium.§.fina.ff.de mino.

5 Est enim marito turpe carnale commercium habere cum vxore adultera, quæ nondum pœnituit ca. si vir. de adulterijs, cap.1.cap.si quis 32.quæstio.2.Imo peccaret mortaliter maritus si debitũ redderet vxori publicæ adulteræ, nisi scandalum abeo vitetur, & correctio vxoris salua, docet Caieta.in summa, verbo, matrimonialis vsus cap.10. Couarr.in 4.2.par.cap.7.§.2.nu.4.

6 Et hinc est quod maritus eam carnaliter cognoscens, qui leno est, efficitur ipso iure irregularis, ac si à principio cum corrupta contraxisset text.& gloss.in cap.si cuius.3.dist.& in cap.2.de biga. sequitur Abbas in cap.constitutus colum.1. de conuersione coniugatorum. Benedict. num.62.

7 Et licet gloss.in autenti.sed hodie.verbo.recipere.C.de adulterijs. putauerit hodie ex illo text. posse maritum absque suspicione lenocinij vxorẽ adulteram retinere, quam sequuntur Salicetus in dict.l.fine metu & Angel.in dict.l. mariti, tamen contrarium verius est.

8 Quia d.aut. loquitur quãdo vxor illa esset emẽdata, & correcta prout etiã intelligitur text.in c.inter opera, de spons.& docent in specie laco.de Beluiso vbi supra num.12.Petrus Follerius in practic. 1. parte, 2. partis, versicul. item quod fuit leno. n. 27. Peguera quæstionum criminalium. c. 15.n.9.

9 Item videtur maritus vxoris adulterio consentire, si adulterium dissimulet, tacendo, puta cum sit in vicinia publicum. Tunc enim licet ad imponendam pœnam ordinariam hoc nõ sufficeret l. mariti.§.qui quæstum. ff. de adulterijs: hodie tamen apud nos sufficeret, cum pœna extraordinaria puniatur, vt dicemus, & ad hoc facit dict.l. mariti.in principio versicu. tunc, docet Salicetus in dict.l.2.& Grego.Lop.in. l.2.verbo, a su muger, titul.22.parti.7.Follerius vbi supra nu. 26.Pe.Gre. dict.c.11.nu.9.

10 Puniũtur autẽ mariti lenones iure ciuili: nam ab accusando vxoris adulterio exceptione lenocinij repelluntur. l. cum mulier. 47. ff. soluto matrimonio. Quod intelligendum est, si exceptio opponatur, antequam nomen vxoris receptum sit inter reos. l. si maritus la segunda. §. præscriptiones. ff. de adulterijs, & licet ab accusando excludatur maritus hoc iure impunitum non est adulterium vxoris. l. 2. §. si publico. ff. de adulterijs. Alij enim admittuntur ad accusandum l. constante. ff. de adulterijs.

11 Punitur etiã infamiæ nota. l. 1. l. athletas. §. qui lenociniũ. ff. de his, qui notantur infamia: & pœna adulterij tenetur dic. l. 2. dict. l. mariti. §. plectitur, & postremo mortis pœna indicta est in autentico de lenonibus. §. præconizamus, docent Iacob. de Bellouisu dict. numer. 12. Folletius numero. 8. & 10. Reguera num. 10. Gui. Benedict. num. 62. & alij infra referendi.

12 Regio vero iure maritus leno repellitur ab accusatione adulterij. l. 7. titu. 17. parti. 7. Vnde cum apud nos marito non accusante nullus admittatur ad accusandum adulterium. l. 2. titul. 19. li. 8. Recopilationis, adulterium eo casu non punietur, & ita practicatur ex Gregor. Lop. in dict. l. 7. verbo. porguita, & incurrit infamiam. l. 4. titul. 6. parti. 7. vbi Greg. Pœna quoque mortis imposita est in. l. 2. titu. 22. parti. 7. quam practicari testatur Ludo. Gomecius in cap. mulieres, num. 33. de iudicijs lib. 6. Menoch. de arbit. li. 1. quæst. 88. num. 16. Salazar de vsu & consuetudine curiæ. cap. 1. num. 91.

13 Hodie tamẽ hanc mortis pœnam de generali totius regni cõsuetudine nõ seruari, testantur Iul. Clarus lib. 5. sententiarũ. §. fin. quæst. 68. n. 23. Anto. Gomez. l. 80. Tauri. n. 75. Peguera dict. cap. 15. n. 13. Dida. Perez in l. fina. verbo. rufianes, titu. 14. lib. 8. ordina. Sala. vbi supra & cap. 2. num. 24. Auiles dict. c. 47. verbo. manceba, num. 3. Vnde varie puniũtur. Alibi enim à propria vxore manipulo alliorum publice flagellatur, alibi ad ignominiam trahitur cum mitra & colo, cornibus circumdato, vt testantur Anto. Gomez, Dida. Per. Auiles & Sala. vbi supra. Et licet leuis hæc pœna videatur Anto. Gom. vbi supra & mortis pœnam libenter à iudicibus esse imponendam affirmet Pala. Rubeus dict. §. 21. nume. 23. tamen nouissime noua pragma-

pragmatica lata anno 1585. quam refert Salazar dict. numer. 91. dict. mortis pœna innouata est, & inductum quod pro prima vice ad ignominiam publicam trahantur, & per decem annos damnentur ad remos: pro secunda flagellentur seruiátque perpetuo, & illa ignominia fieri poterit prædicta solemnitate.

14 Secundò committitur lenocinium à viro, vel fœmina, cum muliere intercedente, vt cum alio fornicetur, l. palam. §. lenocinium. ff. de ritu nuptiar. l. mariti. §. plectitur, ff. de adulterijs, l. 1. titu. 22. parti. 7. & hos appellamus internuntios, seu alcahuetes. Et quamuis dict. l. 1. & 2. eiusdem tituli videantur exigere quòd aliquid pro mercede accipiát; tamen id exprimunt non quia necessarium, sed quia frequentius contingit, Docet gloss. in dict. §. lenocinium Gregor. Lopez in dict. l. 2. verbo, por algo.

15 Et non solum qui verbis, & intercessione hoc delictum suadet, lenocinium committit, sed qui domum suam, vt adulterium, vel stuprum fiat præbuerit. l. qui domum 8. ff. de adulterijs dict. l. 1. part. etiam si gratuito amico, puta, concedat. l. etsi amicis 9. ff. de adulterijs.

Quòd tamen verum esse intelligo, quando mulier, quæ in amici domo stupratur coniugata esset, virgo vel vidua, quo casu loquitur dict. l. qui domum & dict. l. etsi amicis, secus autem esset si mulier esset soluta. Túc enim cum hic accessus inter ipsos non sit punibilis, neque is puniri debet, qui domum gratuitò præbuit ex doctrina Bald. per text. ibi, in l. cum annulis n. 8. C. de incestis nuptijs.

16 Is vero qui domum locauerit, indistinctè tenetur, vt docet Gregor. Lopez in dict. l. 1. verbo, *en su casa*.

17. Matres quoque quæ accepta pecunia filias prostituunt & fornicandas vendunt lenæ dicuntur, & grauius sunt puniédæ. Apud Neapolitanos enim truncatione narium puniri testantur Afflictis in cóstitutiones Neapolis li. 3. Rubri. 49. n. 1. Follerius vbi supra n. 29. Quin etsi nihil accipiát, sed solum filiæ fornicanti consentiant, sunt arbitrio iudi. puniendæ, vt idem Afflic. docet dict. li. 3. rubri. 45. n. 3. Ex quo constat, quod cum pœna, qua hodie puniuntur hæ lenæ extraordinaria sit, vt dicemus eadem sunt plectendæ matres filiabus consentientes.

18 Puniuntur autem internuntij iure ciuili, si fuerit virginis, viduæ, coniugatæ, aut alterius honestæ fœminæ perfecto flagitio pœna capitis dict. l. qui domum, dicto. §. plectitur, & Constantinus statuit, vt eis qui ministerium violandi puellas præbuerunt, meatus oris & fauoium, quibus nefaria hortamenta præbuerunt liquentis plumbi ingestione claudantur, in. l. prima. C. de raptu Virginum in. C. Theodosiano.

Imperfecto vero flagitio in Insulam deportantur. l. 1. §. final. ff. de extraordinarijs criminibus. Si vero contra aliam mulierem hoc crimen committatur, imponenda est pœna extraordinaria, vt testatur Anto. Gomez in l. 80. Tauri num. 74. efficiuntur præterea infames. l. 1. l. athletas. §. qui lenocinium. ff. de his, qui notantur infamia.

19 Regio autem iure præter infamiæ notam inductam in. l. 4. titu. 6. part. 7. mortis pœna puniuntur l. 2. titul. 22. partit. 7. Et iure fori imperfecto flagitio, sicum nupta intercedant, traduntur nuptæ vel spōso, vt de his faciat, quod libuerit, excepta morte, vel membri mutilatione. Perfecto vero delicto mortis pæna confirmatur. Si vero cum alijs intercedant pœna pecuniaria iuducta est in. l. 7. titul. 10. libro. 4. fori. Hodie vero contrario iudicum vsu hæ omnes pœnæ in desuetudinem abierunt, vt testantur Dida. Pe. in. d. l. fina. titu. 14. li. 8. ordin. & Sala. de vsu & consuetudine curiæ cap. 2. num. 24. Vsu enim receptum est, vt vincti melle & plumis vestiti cum mitra flagellentur, vt docent Did. Per. & Sala. vbi supra Peguera dict. cap. 15. num. fin.

20 Aduertas autem, quod non solum internuntij hac, quam diximus, pœna puniendi sunt, sed & is arbitrio iudi. puniendus est, qui eorum opera vtitur. l. 1. §. omnem l. sed est quæsitum. §. fina. l. item apud. §. si quis Virgines. ff. de iniurijs. §. iniuriarum. Institutа. eodem titul. l. 7. titul. 10. lib. 4. fori, l. 5. titu. 9. part. 7.

21 Tertiô committur lenocinium ab his, qui fœminas habent prostitutas, lucri causa, quos vulgò appellamus, rufianes. l. palam, §. lenocinium. ff. de ritu nuptiarum. l. 1. titu. 22. part, 7. Est autem necessarium, vt infra referendis pœnis puniantur, primo quod eas alijs prostitui patiantur: Secundo quod aliquid ab eisdem mulieribus accipiant ex eo lucro, quod ip-

ſæ faciunt, vt conſtat ex autentico de lenonibus in principio, & apertius ex dict. l. 1. part. ibi, tomandoſu parte de lo que ellas ganan, docet Iacob. de Belouiſu in practic. Rubric. de lenonibus num. 14.
22 Vnde apparet non ſolum eos hoc crimine teneri, qui huiuſmodi fœminas proſtitutas in publica lupanaria ducunt, & reducunt, ſed & eos, qui alicuius artis, vel officij occaſione domi habent fœminas ſe proſtituentes, vt caupo, ſtabularius, & tabernarius. l. palam. §. ſiqua cauponam. ff. de ritu nuptiarum dict. l. athletas. §. ſiue autem, docet Peguera dic. cap. 15. nu. 5. Quod eſt vſque adeo verum, vt prædicti tabernarij, vel caupones etiam ex eo ſolo teneātur, quod lenones apud ſe receptēt, dict. autenti. de lenonibus. Id autem intelligendum eſt quando ſcienter continuo & per plures dies eos receptaſſent, ſecus ſi ignoranter ex doctrina Bald. in l. omnes. C. de agricolis lib. 10. & in ſpecie Follerius dict. verſicul. item quod fuit leno. numero. 49.
23 Puniuntur autem ciuili iure lenones infamiæ nota dict. l. 1. dict. §. qui lenocinium, docet Alexand. ab Alexand. libr. 5. dierum cap. 5. quanuis idem referat lib. 6. cap. 20.
24 Heliogabalū Imperatorē omnes lenones ad præfecturā vrbis prouehere deſtinaſſe. Demū Iuſtinia. mortis pœnam impoſuit in dict. autentico de lenonibus. §. preconizamus, docet omnes ſupra relati. Regio autem iure, ſi domini lenones ſint ſuarum ancillarum, id eſt, eas proſtitui faciāt, vt lucrum inde conſequantur priuantur dominio, & ipſæ fiunt liberæ l. 4. titu. 22. partit. 4. Quæ pœna iure quoque ciuili cognita fuit in l. ſi lenones. C. de epiſcō. audientiā. Lenones vero aliarum fœminarum tenentur eas dotare. Quod ſi nolint, aut non poſsint morte puniendi ſunt. l. 2. titul. 22. parti. 7. Nouiori iure lenones indiſtincte pro prima vice flagellantur, pro ſecunda eijciuntur perpetuo à ciuitate: pro tertia furca ſuſpenduntur, & amittunt veſtes, & arma l. fina. titu. 14. libr. 8. Ordinamenti. l. 4. titul. 11. lib. 8. Recopila. Et nouiſsime ex l. 5. titu. 11. libr. 8. Recopilati. pro prima vice trahuntur ad ignominiam, & per ſex annos condemnantur ad triremes, quod tempus ad decennium extenſum eſt in l. 10. eiuſdem titu. pro ſecunda vero publice flagellantur, & perpetuo ſeruire debent remis.

25 Mulieres autem, quæ lenones habent verberibus publicè cæduntur,& vestes amittunt dict.l.fina.tit.14.li.8. Ordinam. dict.l.4.titu.11.lib.8.recopilationis.

De Læsæ maiestatis crimine, Caput vigesimumprimum.

Summarium ad caput vigesimumprimum

Delictum quodcunque principi,magistratui & parti offensæ læsionem afferre.num.1.

Læsæ maiestatis crimen propriè quod dicatur.num.2.

Læsæ maiestatis crimen,vt dicatur necesse est quod in personã principis, tãquã principis, nõ tamquam priuati offensa dirigatur.n.3.

Læsæ maiestatis reus est, qui regios consiliarios offendit, item & is qui aliquid in Pontificem vel Cardinales molitur.nu.4.

Læsæ maiestatis crimine vt quis teneatur debet esse eius subditus,in quem crimen dirigitur.num.5.

Læsæ maiestatis tenentur etiam clerici,qui contra temporalem principem aliquid moliuntur,licet multi dissentiant. num.6.

Læsæ maiestatis crimen in clericis à iudicibus Ecclesiasticis puniri,licet aliquãdo secus sit factum.num.7.

Læsæ maiestatis tenetur qui sciens machinationem in principem fieri eam non reuelat,& an eam etiam machinationem reuelare teneatur quam ipse probare non potest.num.8.

Læsæ maiestatis crimen quod machinabatur non reuelans, vt puniatur.num.9.

Læsa maiestas priuatione omnium bonorum delinquentis, à die commissi criminis vindicatur:nihilque ex eo die alienatum, aut venditum tenere num.10.Imò & fructus publicari,num.12.

Crimina morte extingui quod dicitur,in læsæ maiestatis delicto locum non habere,indeque ab hæredibus,vel alijs mortuo etiam reo bona per fiscum auferri.nu.11.

Læsæ maiestatis reus futura bona non perdit sed præsentia.num.13.

Læsæ maiestatis reus,si filius fam.sit viuente adhuc patre, legitima ei competitura non publicatur.num.14.

Læsæ maiestatis rei vsque ad sententiam declaratoriam bona retinere possunt.num.15.

Læsæ

Læsæ maiestatis vltio, etiam in filios delinquentis porrigitur, & iuste quidquid multi dexerint. num. 16.

Filijs iam susceptis, aut conceptis tẽpore, quo pater in læsæ maiestatis diuinæ vel humanæ crimen incidit, an aliqua pœna irrogetur. n. 17.

Filijs etiam naturalibus paternum læsæ maiestatis crimen nocere, item & emancipatis, licet Acc. dissentiat. num. 18.

Læsæ maiestatis crimen nõ solum si à patre, sed etiam si à matre committatur filijs præiudicat. num. 19.

Filia, cuius pater læsæ maiestatis reus fuit, ex eius bonis dotari debet. num. 20.

Filij clerici, an priuentur beneficijs propter paternum crimen, & intellectus, tex. in. c. non imputatur. 1. quæst. 4. num. 21.

Læsæ maiestatis rei morte afficiuntur, & qualiter hodie eis imponatur. num. 22.

Ciuitates multæ ob rebelliones, & læsæ maiestatis crimina morti datas & aratro circunductas, & de huius pænæ forma. num. 23.

Læsæ maiestatis rei iure Pontificio excommunicati, clerici degradati sunt & de qua degradatione accipi debeat text. in ca. si quis laicus. 22. quæst. 5. nu. 24.

Cisbertus Toletanus præsul ob læsæ maiestatis crimen sede priuatus. num. 25.

Clericus læsæ maiestatis reus, an sit seculari brachio relaxandus. num. 26.

Læsæ maiestatis vindicta iure regio quæ sit tam in committentes, quã in eorum filios. n um. 27.

Læsæ maiestatis rei morte damnantur, & quomodo est in nobilibus, & ignobilibus practicanda. num. 28.

Furcæ pæna deformis est, & impura. num. 29.

Læsæ maiestatis rei domus dirui debet & sale aspergi. num. 30.

1 EX quocunque delicto læduntur Princeps, Magistratus, & pars ipsa offensa. l. si quis in tãtam l. meminerint. C. vnde vi. l. si quis ad se fundũ. C. ad l. Iuliam, de vi, notant Canonistæ in c. 1. de restitutione spoliatorum.

2 Sed quia nõ princeps læditur principaliter, sed secundario, non quodcunque delictum appellatur læsæ maiestatis, sed illud duntaxat, in quo ipse vel respublica læditur principaliter, vt

tionem eximatur à potestate & iurisdictione principis temporalis, licet aliquid in eum principem moliatur, non incidere in crimen læsæ maiestatis, notat gloss. magna in dict. Clementina pastoralis versic. nota, & ibi. Imo. & Cardina. Boerius in tractatu de seditiosis versic. præsuppone etiam num. 2. Bossius numer. 86. & Cla. 7. vbi supra Bernar. Diez in pract. ca. 119. & ibi Salze. litera. B. infinitos refert. Sed mihi contrarium videtur verius, quia clericus quoad temporalia, & protectionē, subest principi secula. c. omnis anima de cēsibus, facit optimus text. in ca. fin. §. 1. de officio delegati, lib. 6. Et sic quotidie videmus præceptum iniungi episcopis, & iudicibus Ecclesia. vt aliquid faciant sub pœna amittendi temporalia: & ideo ratione huius originis, & subiectionis possunt crimen læsæ maiestatis committere, vt in specie docet Barbacia consi. 21 colum. 1. volu. 3.

7 Et licet hoc ita sit, verum esse agnosco, quod præcitati docent, non posse iudicem, aut principem secularem propter crimen læsæ maiestatis clericum capere, aut punire, antequam sibi à iudice Ecclesiastico remittatur, quamuis de facto aliquando principes seculares contrarium seruent, Florentiæ enim Archiepiscopum quendam fuisse suspensum testatur Clarus dict. numer. 7. & Medinæ fuit quoque suspensus Episcopus çamorensis, docet Salze. in dict. additione litera. B. in fine.

8 Committit etiam hoc læsæ maiestatis crimen, qui sciens fieri machinationem in principem non reuelauit, d. l. quisquis. §. penultimo. Idque adeo verum esse intelligit Bartol. in l. vtrum. ff. ad. l. Pompe. de parricidis, vt licet regulariter non teneatur quis delictum accusare, quod legitime probari non potest. l. nostris. C. de calumniatoribus, tamen in hoc crimine tenetur proditionem etiam improbabilem reuelare, ne ipse incidat in crimen. Ita tenet idem Bartol. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllanianum, Abbas in capit. 1. numero. 9. de restit. spoliatorum Iason in l. vt cum num. 32. & ibi Curtius Iunior numer. 60. de iustitia & iure, & praxi seruari testatur Decius in c. 1. num. 7. de officio delegati Bossius vbi sup. num. 48. Sed ego existimo hanc Bart. traditionem esse falsam, cum is qui hoc crimen defert, si legitime non probauerit tormentis

sit subijciēdus.l.3.C.ad l. Iuliā maiesta. Nullus autē tenetur se periculo aut carceris squalori exponere.l.fin.C.de accusationibus.l.neminē & ibi glo.C.de infamibus. Et ita contra Bart. docuerunt Felin.in ca.de cætero n.17.de re iudicata Decius vbi supra,& Bossius n.48.Hippoly.singulari. 164.Follerius d. versi.nu. 102. Capicius decisione 102. n.65 &.68.elegantissime decisio Pedemontana 80.nume.2.& sequentibus,dicit magis communem Cagnolus in l.culpa caret. n. 12. de reg. iur. Alci.in.l.4.§. Cato.notabili.4. ff.de verborum & facit glo.in clementina volentes. §. notari.verbo.valeant,de hæreticis.

9 Sed quamuis qui non releuauit mortis pœna puniendus nō sit, vt dixi, tamen arbitrio iudi. puniendus erit, quia reuelando potuit delictum vitare, vt tradit dict. decisio Pedemontana 80.n.6.& confirmatur ex traditis à Meno.de arbitrarijs casu 355.num.fina.

10 Puniuntur autem seuerissime hoc crimē committentes iure ciuili. Primo enim licet hodie bona ad mortem damnatorum non applicentur fisco autentica, bona damnatorum.C.de bonis proscriptorum, tamen in hoc crimine bonis omnibus priuatur.l. quisquis. C.ad l.Iuliam maiesta.autentico, vt nulli iudicum.§.fina.collatio.9.Et hæc bonorum priuatio incurritur ipso iure à die commissi criminis, vt constat ex l.fina.C. eodem titu. Vnde ab eo die censetur dominium in fiscum esse translatum l. commissa.ff.de publicanis & vectiga. Quo fit vt res quælibet ab eo post crimen alienata possit à fisco vindicari precio emptori non soluto, prout ex regula.l.2.C.de furtis docuit Bartol.in l.post contractum,& ibi Annibal.2.part.nu. 360.ff.de donationibus, Simancas de catholicis institutionibus,titul.9. num. 21. Couar. in 4.2.part.cap.6.§.8.nume.8.& huc pertinent plura, quæ de bonis hæreticorum diximus supra.cap.14.

11 Hinc etiam fit vt licet crimina extinguantur morte. l.1.& 2.C.si reus, vel accusator cap. admonere. 33. quæstio. 2.cap.causam quæ, el segundo,qui filij sint legitimi, vbi glos. tamen etiam si is,qui hoc crimen cōmisit iam decesserit, quia eius bona ipso iure fisco applicantur, poterit fiscus ab hæredibus vel alijs ea repetere gloss. singularis in l. 3. §. quod autem ff.quod quisque iuris, facit text. in cap. accusatus. §. penultimo iun

mo iuncto ca.cum secundum.ll.de hæreticis lib.6. sequuntur plures relati à Couarru.dict.§.8.numero.6.

12 Hinc etiã fructus à die commissi criminis suos non facit, gloss.notanda in autenti.de incestis nuptijs.§.1.verbo,imo inc re, quã sequũtur DD.communiter, vt diximus supra cap.15.

13 Amittit autem omnia bona,quę eo tempore habuit:futura enim non publicantur text. elegans & difficilis in. l. si mandauero tibi.§.is,cuius.ff.mãdati. Vnde in publicatione non veniunt bona quæ ex substitutione proueniunt. l. ex facto. §. fina.ff.de vulgari.

14 Neque si filius hoc crimen committat & eius bona publicentur comprehendetur ipsius legitima, si pater eo tempore viuat,docent Alexand.consil.37.volumi.1.Couarru.li.2.variarum cap.8.sub num.8.versicul. sic delinquente.

15 Et quanuis huius criminis rei sint priuati ipso iure dominio & administratione bonorum, vt diximus, licite tamen ea bona retinent quousque feratur sentẽtia declaratoria,dic.c. cũ secundũ.ll.in fine & notauimus supra cap.14.& facit gloss. singularis in capit. fraternitas 12. quæstione. 2. communiter recepta ex Couarruu.dict.§.8.numer.10.versicu.prima ratio.

16 Secũdò puniũtur:nam licet regulariter filius ex delicto patris puniendus non sit l.crimen paternum. ff.de pœnis.l.r. C.ne filius pro patre ca.crimen.1.quęst.4.tamen in huius criminis detestationem propter rationes ab Imperatore expressas,& aliam, quam adducit Mercerius lib. 2.opinionum capi. 14.filij committentis hoc crimen in perpetua viuent infamia intestabiles, bonis priuati,& incapaces successionis paternæ, & maternæ dict.l. quisquis. §. filij. Et hanc pœnam esse iustã eleganter defendunt Couar. li. 2. variarum cap.8.per totum. Simanc. dict. cap.9.num.2.& sequentibus Pet. Gregor. dict. li.35.cap. 1.numer 25.& sequentibus contra Corrasium in. l. qui liberos num.62.ff.de ritu nuptiarum,& licet constitutionem dict. §. filij. fuisse sublatam per l. sancimus. C. de pœnis doceant Budeus in l.1. ff. ad. l.Iuliam maiestatis.& Igneus in l. fina. ff. ad Syllanianum contrarium tamen verius, & receptius est, vt notauit gloss. marginalis in dict. §. filij. Sed tamen quia odiosã est & contra regulas communes semper in dubijs erit restringenda.

Vnde

17 Vnde existimo in filijs susceptis, aut conceptis ante com missum crimen, hanc pœnam locum non habere argumento.l. si quis Decurio la tercera. C. de decurionibus, lib.10.l. si cohortalis.C.de cohortalibus lib.12.l.fin.C.de his qui spōte munera subeunt, libro. 10.& ita docuit gloss. in. l. Diuo Marco. ff. de quæstionibus. Cinus, Petrus,& Ange. in dict. l. quisquis Castro.li.2.de iusta hæreticorum punitione, ca.fina. Horos. in l. emancipatum. ff. de senatoribus Anto. Gom.3. tomo variarum cap.2.num.16. Couar. li.2. variarum capit.8. num.5.versicul. 2. plures refert Gracia. regul. 55. numer. 24. Cla. vbi supra num. 1. Bossius num. 138. & apud nos hæc sen tentia probata est l.6.titu. 27.parti.2.l.fina.titul. 31. partit. 7. l.3.titul. 9.lib. 4. Ordinamenti, ideoque practicanda erit. licet in puncto iuris contraria verior sit,vt testantur Anto. Gomez,& Couarru. vbi supra Gregor. Lopez in dict. l.6. verbo, sus fijos,glo.in cap.si quis.§.filij vero.6. quæst. 1.Salice.& Albericus in dict.l.quisquis plures, quos refert Gra.dict.nu.24. eandéque distinctionē admittendā censeo in filijs hæreticorū cum Calderino consi. 3.sub.tit.de hæreticis. Præposito in ca. quo iure.8.d.col.a.penultima. Tiraq.de iure primogeniorum quæst.31.num.4.Simancas vbi supra titu.29. num. 4. Clarus, §.hæresis num.16.licet Coua.d.ca.8.nu.5. & Greg.d. reg. 55. nu.25.contrarium teneant.

18 Existimo tamen hanc pœnā etiam filios naturales compre hendere, licet in potestate patris non sint, principium Insti.de patria potestate. §. fina. Insti. de nuptijs. vt docent Cinus di. l.quisquis Claudius in l. ex facto §.si quis rogatus n. 11. ff. ad Trebellia.Cla.d.§.læsæ maiest.nu.11. Vnde nō satis mihi pro batur Accur.sententia glo.1.in dict.l. quisquis.§. emancipatio nes,existimantis hanc pœnam ad emancipatos filios non perti nere,quem sequitur Pe.Gre.d.ca.1.nu.23.

19 Item licet hæc pœna nō solum habeat locū patre delinquē te,verum & matre, vt docet Accur. verbo minus in. d. l. quisquis sequuntur Ang.de maleficijs versi.*che ha tradito* dict.n.12. Marsil.consi.53.post numerum.8.

20 Tamen in persona filiarum non procedit,his enim assignanda dos est ex bonis patris,vt docet Impe. in d.l.siquis. §.ad filias,vbi notant omnes.

Et

21 Et quamuis filij omnibus priuentur bonis, tamẽ si clerici sint nõ priuantur beneficijs ex glos. ad id singulari per text. ibi in cap. satis peruersum. 56. distin. pro qua facere videtur tex. in cap. non imputatur 1. quæst. 4. Qui secundum veram interpretationem nihil facit, quia dum loquitur de officio & beneficio Ecclesiæ intelligendus est de suffragijs, & eorum communione, Sacramentis & eorum perceptione: Quia August. ibi solum dicit pro peccatis parentum filios non esse plectendos spirituali pæna, priuatio autem beneficij Ecclesiastici in alio sensu non est spiritualis pœna, sed temporalis, vt rectè cõsiderauit Couar. dict. ca. 8. num. 6. versiculo, cæterum.

22 Tertiò puniuntur huius criminis rei mortis supplicio. l. 3, ff. ad. l. Iuliam maiestatis, l. quisquis. in principio. C. eodem titu. §. 1. Insti. de public. iudi. docent Clarus dict. §. læsæ maie. num. 8. Bossius vbi supra num. 131. quam à multis principibus, & varie fuisse impositam, refert Pe. Greg. dict. l. 35. cap. 1. à num. 9. Hodie verò ita imponi solet, quod in frusta scinduntur, vt refert Clar. dict. num. 8. & nobiles possunt suspendi non obstante priuilegio nobilitatis secundum Bald. in cap. cùm quidam, de iur. iuran. Hipp. singulari. 16.

23. Quin & ciuitates & vrbes eidem subiacent pœnæ, multas enim propter rebellionem fuisse excisas, & deletas refert Pe. Gre. d. c. 1. num. 19. & 20. & id Carthagini contigisse probat cõsultus in. l. si vsus fructus. ff. quibus modis vsus fructus amittatur ibi, & aratrum in ea inducatur. Nam sicut in condendis vrbibus solebant antiqui iunctis boue, Tauro, & vacca, aratro sulcum facere, intraque oppidum muniebant ædificabantque, & inde vrbes dicebantur ab vrbando, vrbare autem est aratro definire l. pupillus. 239. §. vrbes. ff. de verbo. signi. sic & idem mos in ijsdem euertendis obseruabatur, vt declarat Cælius Rodiginus lib. 14. lectionum antiquarum cap. 5. & constat ex Horatio lib. 1. carminũ ibi *Imprimeretque muris hostile aratrum*, & Cice. in Philippica. 1. ibi. *Vt vexillum tolleret, & aratrum circunduceret.*

24 Pontificum autem iure laici excommunicantur, & relicto seculo monasterium, vt perpetuo pæniteant, ingredi debent. Clerici verò degradandi sunt ca. si quis laicus 22. q. 5. Verum quia duplex degradatio est c. degradatio. de pænis. l. 6. & nos dixi-

diximus late supra.c,10. saepe in practica dubitatur, de qua degradatione sit accipiendus text.in dict. capit. siquis laicus, & verior sententia est verbalem tantum degradationem non verò actualem, id est, depositionem ab ordine & beneficio contra clericum esse imponendam. Ita resoluit Albertinus in ca. quoniam q.15, de hære.lib.6. Ber.Diez in practi dict. ca. 119. Curtius Iunior cons.159.num.1. Villalobos in thesauro communium opinionum liter.F.num.99. Couar.lib.2. variarum cap.20.sub num.7. Quæ sententia aperte confirmatur ex synodo Toletana.16.à sexaginta & vno Episcopis celebrata, anno. 663. quam referunt Ber.Diez.vbi supra in fine Pe. Gr. lib. 35. syntagma. c.2.num.9.

25 Vbi patres secundum canonum veterum instituta, Cisbertum Toletanæ sedis præsulem solum loco & honore priuarunt, eo quod Flauium Egicam tunc Castellæ Regem non tantum priuare regno, sed & cum alijs interimere diffiniuit.

26 Ex quibus apparet falsam esse opinionem Abb.in ca. at si clerici.in fine de iudicijs existimantis clericum pro hoc crimine degradatum tradendum esse curiæ seculari, quem sequitur Pet.Greg.dict.num.9. ex ca.nouimus.27. de verborum significa. Sed ille text.nihil facit cum loquatur de clericis degradatis propter crimen falsi: traditio autem facienda non sit, nisi specialiter exprimatur ex reg. ca. cum non ab homine. de iudicijs, & ita in proposito contra Abba. docuerunt Barbacia in dict.ca.at si clerici. finalibus verbis Bossius vbi supra num. 86. & ca. de foro competenti num.137. Iulius Clarus.li.5.sententiarum.5, fina.quæst.36.num.27.

27 Regio vero iure plures casus recensentur, in quibus committitur hoc crimen læsæ maiestat.in.l.1.titul.2.par.7.l.1. tit. 7.lib.8.Ordinamenti.l.1.titu.18.li. 8. Recopi. & iuris ciuilis pœnæ aperte confirmantur: omnia enim eius bona confiscantur.l.2. titu.7.li.8. Ordinamenti.l.2.titu. 18.libr.8. Recopilatio. excepta tamen vxoris dote, & dimidia parte bonorum quæsitorum constante matrimo.l.10.titu.9.lib.5. Recopila.

Deinde eius filij perpetua notantur infamia successione & bonis priuati, & incapaces l.2.titu.2.par. 7. vbi elegantissime Gregor.Lopez in dict.l.1.Ordinamenti.

28 Et tandem vltima mortis pœna in omnibus supra dictis ll. expressa

expressa est, quæ ita imponenda erit, vt prius ad caudam equi per terram trahatur, deinde furca suspendatur. l. 12. titu. 13. lib. 8. Ordinam.

29 Et licet ex doctrina Bald. vbi supra, hæc furcarũ pœna etiã cõtra nobiles esset practicãda, tamẽ quia deformis est, & impura, vt elegãter tradit Tiraq. in tracta. de nobilitate c. 20. n. 106. Did. Per. in d. l. 12. verbo. y enforque lo, apud nos etiã pro hoc delicto nobiles non suspendi, sed retro decapitari testantur Couar. lib. 1. variarum. ca. 9. n. 4. Did. Per. in dict. l. 1. Ordinam.

30 Et quia proditoris insignia delenda sunt, & eorum qui. ff. de pœnis, notat Bonannus singula. 476. & 669. Couar. d. nu. 4. l. apud nos. expressum est eius ædes diruendas esse in. l. 6. titu. 19. l. 6. titu. 27. part. 3. quæ pœna ita practicatur, quod diruto ædificio sal aspergitur, docet Greg. Lop. in. l. 2. verbo. *camara*, titu. 2. par. 7. Parladorius. 1. tomo rerum quotidianarum cap. 21. vbi huius consuetudinis rationem explicat.

De Ludi pœna, Caput vigesimum secundum.

Summarium ad Caput vigesimum secundum.

Ludus quid & quomodo ludis vti liceat. num. 1.

Ludus quando etiam citra veniale peccatum sacerdotibus permittatur. num. 2.

Ludus fere semper multa vitia continet, & ideo crimen dicitur, & prohibetur. num. 3.

Alearum appellatione qui ludi proprie comprehendantur. nu. 4.

Ludi qui permittantur. num. 5.

Ludus schacorum omnibus etiam clericis permissus, eadem in alijs qui pendent tantum ex industria. num. 6.

L. 8. & 9. tit. 7. li. 8. recop. declaratur. num. 7.

Ludis permissis, vsque ad quam quantitatem ludere liceat. nume. 8.

Ludenti qui pecuniam mutuam dat eam non potest repetere, & quo modo id procedat. num. 9.

Ludens ludo illicito, lucrum quod fecit restituere cogitur, licet in foro conscientia ad id non teneatur. nu. 10.
Ludentes ludo improbato arbitrio iudicis iure communi puniri. n. 11.
Ludentium receptatores nec pro iniuria aut furto sibi facto agere possunt. num. 12.
Ludens falsis chartis qui ve per vim aut blanditijs alium ludere cogit qua pœna multandus. num. 13.
Latomia apud Romanos quid. num. 14.
Clericus aleator quomodo Pontificio iure puniatur. num. 15.
Ludus taxillorum regio iure grauiter punitur. num. 16.
Ludus chartarum hodie iure regio intra duo regalia permissus, vltra prohibitus, & quomodo ludentes puniendi. num. 17.
Receptatorum ludentium iure nostro pœna. num. 18.

1 LVDVS dicitur, quod serium non est: vnde si eo vtamur, vt relaxetur animus a rebus serijs defessus, nullum crimé committimus: est enim virtus eutrapeliæ, vt docet D. Tho. 2. 2. quæst. 168. artic. 3. Ludo enim & ioco vti licet, inquit Cice. li. 1. officiorum, vt somno & cæteris quietibus, ita si grauibus ceterisque rebus satisfecerimus, & id probat late Pet. Greg. lib. 39. syntagmatum cap. 2. Parlado. 2. tomo rerum quotidianarum, cap. 7.

2 Vnde licet ex Soci. sententia libr. 4. de iustitia & iure quæstione. 5. art. 2. sacerdotibus citra mortale peccatum vt in non liceat ludis vetitis, ac præsertim religiosis, & præsulibus, tamen etiam sine veniali culpa his permittitur ludere ad recreandum animum, & absque alicuius l. iustæ violatione, vt docet Nauar. in Manuali cap. 19. num. 3.

3 Sed quia raro ludentes modum non excedunt ludus indistincte appellatur crimen in proœmio digestorű, §. fina. vbi Cagnolus num. 2. tot enim vicia ludus producit, quot sunt in taxillis puncta, docet Hostiensis in summa tit. de excessibus prælatorum. §. Clericus. Florentinus 2. part. summæ tit. 1. cap. 23. §. 6. columna. 1. & 2. Petr. Grego. dict. li. 39. cap. 3. num. 10. Paris de Puteo, & Casialupus in tractatibus de ludo Menoc. de arbitrarijs casu. 399. num. 1. elegantissime additio ad Didac. Perez in l. 37. titul. 19. lib. 8. Ordinamenti, & ideo indistincte ludus

ludus prohibetur,autẽtica alearũ vſus.C.de rel.& ſumpti.ſune.
4 Quanuis enim proprie alearum appellatione ſolum comprehendantur ludi pendentes à fortuna,vt taxillorum, & ſimiles: alea enim ipſis conſultis incertum ſignificat, vt in.l. neque emptio.8.ff.de contrahenda emptio.tamen ſub illa prohibitione omnes ludi continentur,etiam ſi à caſu ancipi, & induſtria hominum ſimul pendeant vt chartarum, tabularum & ſimiles,docet Clarus lib.5.ſententiarum.§.ludus num.2.
5 Exceptis tamen his, qui Græce ab Imper. recenſentur in dict.l.alearum vſus,quos explicat Alciatus lib.1. prætermiſſorũ col.2.Adrianus Turneus li.27.aduerſariorũ ca. 33. & generaliter omnibus,qui induſtria & ingenio hominis tantũ exercerẽtur,vt ſchacorũ,ideſt,*del axedrez*, in quo neminem diſſentire refert Benedictus Capra,reg.96.num.3.Clarus vbi ſupra.
6 Eumque ludum clericis quoque eſſe permiſſum docet glo. in autentico.de Sanctiſ.Epiſcop.§. interdicimus collatione.9. gloſ.in autentica interdicimus. C.de Epiſco.& cleric.vbi Odofredus & Albericus,Archidia.& Præpoſ.in c.Epiſcopus.35.d. Abbas in ca.clerici num.4. de vita & honeſtate clericorum Greg.Lop.in le.57.verbo,tejuelo titul.5.p.1.Salzedo in add. ad.Ber.Diez in pract.ca.70.litera A. verſiculo ſed an clerico, Parlad.dict.cap.7.Qua ratione dicendum eſt ludos,quos dicimus *de pelota,bolos,argolla*,& ſimiles,nunquam videri prohibitos cum ex induſtria ſolum pendeant.
7 Indeque interpretanda eſt l.8.&.9.tit.7. lib. 8. recopil.in quibus prohibetur, ne in ludis permiſsis ludatur habita fide, vel ſub pignore.Ludi enim permiſsi ex prædictis ſunt in quibus nihil fortuna,ſed induſtria totum poteſt.
8 Et licet hi permittantur ludi tamen precium moderatum eſſe debet:antiquo enim iure vltra vnum aureum ludere fuit prohibitum dict.leg.alearum vſus, apud nos tamen vſque ad triginta aureos ſingulis diebus extẽſa facultas eſt in dict.leg.9. tit.7.li.8.recopilat. Et cõſuetudine induci poterit,vt in his ludis permiſsis liceat vltra ſummã lege. præfixã ludere,vt docet Bald.& Salic.in dict.l.alearum vſus.Capra dict.regul.96.n.13.
9 Puniuntur autem ludentes iure ciuili, quod mutuans pecuniam ad ludendum eam deinde repetere non poteſt, dict. leg. alearum vſus,argumento l.2.ff.quarum rerum actio non detur.

. Quod intelligendum est quando is, qui mutuum dedit simul ludebat glo. quod si minor. §. penul. ff. de minoribus, glo. in l. si quis cũ sciret. ff. pro emptore, & ibi Bartol. Abbas, Imo. & alij in dict. c. clerici. Grammaticus decisi. 40. n. 3. Viui. l. 2. communium opinionum opinione. 165. Parlad. dict. 2. tomo capit. 7. n. 14. vel quando ludum vel ludentes in domo sua receptabat, secundum Imo. & Abb. vbi supra Cacialupũ in dict. tractatu de ludo quæst. 8. n. 33. Parlad. dict. numer. 14.

Secus autem esset si mutuũ fieret à tertio, vel extraneo non ludente: tunc enim & datur actio ad repetendum secundum glos. in l. fina. ff. de aleatoribus: notãt omnes vbi supra Capra dict. regula. 56. numer. 64. Stephanus Costa in tractatu de ludo, articulo 6. principali num. 1. & sequentibus.

10 Deinde puniuntur quod compellendi sunt lucrum restituere dict. l. alearum vsus. glos. verbo aleas in dict. cap. cleri. vbi canonistæ. Aufrerius decisione. 192. Guid. Papę decisione. 48. Alex. cõsilio. 77. in fine volumine. 5. quod intelligendũ est, si à parte petatur. Acquisita enim in ludo etiã à l. improbato in foro cõscientię non sunt restituẽda, vt ex multis probat Coua. in reg. peccatum 2. parte. §. 4. Meno. dict. casu. 399. numer. 8. Clarus vbi supra num. 7.

11 Et tandẽ licet alia pœna legibus expressa nõ sit, puniẽdos esse arbitrio iudi. testatur Cacialupus dict. tractatu de ludo. nu. 60. Clarus num. 6. & Meno. nume. 7.

12 Receptatores autem ludentium, hoc est, qui domum & aleas paratas habent ad ludendum, (nam si semel & incidenter id euenisset non diceretur receptatores, vt docet Paris de Puteo dict. tractatu. nume. 46. Meno. vbi supra nume. 18.) nulla certa pœna tenentur cum nec ludentes ipsi teneantur, dict. l. alearum vsus, docet Meno. nume. 16. Est tamen hoc iure statutum vt si qua eis iniuria irrogetur, aut furtum fiat, denegetur actio leg. 1. ff. de aleatoribus docent Pe. Gre. dict. ca. 3. num. 4. Meno. hius numer. 23. & casu 400. nu. 16. vbi refert ità fuisse de facto iudicatum, Cepola cautela 55.

13 Quod si ipsi ludo admixtum sit aliud delictum falsitatis, puta quod falsis chartis, aut taxillis ludit, tunc ex magis recepta opinione pro qualitate personæ punitur pœna iudici arbitraria, vt notat Bald. in rubrica numero. 2. C. de conditione ob tur-

ob turpem causam Paris de Puteo tractatu de ludo. numer. 45. Et hoc siue falsitas sit latens siue occulta, vel clara, docet Meno. contra antiquiores dict. casu. 399. nu. 11.

Eademque pœna imponenda erit, si aleator per vim sociũ compulit ad ludendum, vel etiam blanditijs & suasionibus ex dict. l. 1. §. fin. ff. de aleatoribus, & hoc casu est in carcerem detrudẽdus, vt docet cõsultus in dict. §. fin. ibi, aut in latomias.

14 Latomia enim carcer erat apud Romanos à Tarquino Superbo inuentus, vt ex Alex. & alijs docet Meno. vbi supra numer. 14. Et his casibus tenetur ad restitutionem pecuniæ in animæ iudicio, vt docet Couarru. dict. reg. peccatum. 2. part. §. 4. num. 7.

15 Pontificum autem iure clericus publicus aleator beneficiũ obtinere non potest, & si ei conferatur, collatio erit nulla. ca. 1. 34. distin. notant. DD. in cap. inter dilectos de excessibus prę latorum Meno. dict. casu 399. num. 3. Bec. Diaz in practi. ca. 70. num. 2. Pet. Greg. dict. ca. 3. num. 14. Quod si iam est bene ficiatus, & aleę indulget mitiori pœna plectendus est, vt notat Abb. in dict. ca. inter dilectos: nisi admonitus non desistat, dic. ca. inter dilectos, iuncta glos. verbo, ad aleas, in cap. clerici. de vita & honestate clericorum. Tunc enim deponendus est, vt constat ex canone. 42. Apostolorum ca. Episcopus. 35. distinctione, vbi hoc notant Domin. & Præpositus, Abbas, Bernar. Diez & alij vbi supra Syluester in summa, verbo ludus versi. quarto quęritur.

16 Regio vero iure ludus taxillorũ adeo improbatus est, vt qui eos fecerit vel vendiderit extra Regnum exulare debeat per biennium, & domus publicetur, in qua fecerit, vel vendide rit, eademque pœna tenetur, & qui ad eos luserint, hoc addito vt mulcta viginti millium marabetinorum imponatur, & omnem pecuniã perdant, quam inuenti fuerint ludẽtes l. 7. tit. 8. lib. 7. recopilat quæ pœna nouissima pragmatica extensa est, contra eos, qui ludunt à los bueltos. l. penultima titu. 7. li. 8. re copila. in nouo quaderno.

17 Qui vero chartis luserint, si duo regalia non excedant, nulla tenentur pœna l. 11. tit. 7. lib. 8. Recopila. Si vero dict. summam excedant tenentur lucrum restituere parti intra. 8. dies petenti. l. 2. titu. 7. li. 8. recopila. quibus elapsis summam de-

perditam non recuperant, nisi sint scholares, vt tradit Salzedo in additio. ad Bern. Diez dict. cap. 70. litera. F.

Vnde pro prima vice damnandi sunt pœna de seyscientos marauedis, pro secunda en mil y dozientos, pro tertia, en mil y ochocientos, & si non habent vnde soluant carcerantur, per decem dies, pro secundo, per viginti, pro tertio, per triginta, ita disponente. l. 2. titu. 10. li. 8. ordinamenti l. 2. titu. 7. li. 8. recopila. & ita practicatur: non tamen amittunt pecunias, cum quibus fuerint deprehensi ex. l. 11. titul. 7. lib. 8. recopilat. tradunt plura Salzedo vbi supra additio. ad Dida. Perez in. l. 37. titu. 19. li. 8. Ordinamenti Auenda. de exequendis mandatis, 2. parte. cap. 9. Auiles in capitu. prætorum cap. 29. verbo, *juegos*, verbo, *tableros*, Doct. Paz in praxi. 1. tomo. 8. part. capit. vnico, num. 12.

18 Receptatores autem, neque furti, neque iniuriarum agere possunt. l. 6. titu. 14. part. 7. & deinde puniuntur pœna *de cinco mil marauedis, por cada vez* ex l. quarta, titulo decimo, lib. 8. Ordinamenti. l. 3. &. 5. titu. 7. libr. 8. Recopilationis.

De mouente limites, Caput vigesimumtertium.

Summarium ad caput vigesimumtertium.

Limites agris apponi qua de causa introductum. nu. 1.

Numa Pomp. agris lapides in finibus apponi iussit eosque Ioui terminali sacrauit. num. 2.

Limites siue terminos mouens occultans, vel tollens grauiter delinquit & seuere puniri debet. num. 3.

Limitum motor qualiter Romuli & Numæ legibus plexus. nu. 4. & qualiter sequentium Imperatorum. num. 5.

Limites tollens vt lapides furetur qua pœna afficiatur & quid si mouerit vt sui agri fines extendat. num. 6.

Limites mouens, vt agrorum terminos obscuret qualiter puniendus. num. 7.

Limites mouens Pontificio iure arbitrarie punitur. num. 8.

Limites mouens iure regio qualiter puniatur. num. 9.

Limites mouens non gaudet Ecclesiæ immunitate. 10.

QVEM-

1 QVEMADMODVM limina introitus exitusque domibus præstant, similiter limites agris introitus exitusque præbent, quos aliquãdo terminos appellamus, vt in titul. ff. de termino moto. Cum enim magna inter vicinos iurgia & lites ex limitibus, & occupatione proximorum agrorum orirentur, vt constat ex Virgilio lib. 12. Æneidos ibi.

Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Cap. forus de verborum signifi. fines concludi certaque quadam nota distingui oportuit, & ne quæ alterius essent agri vsurparentur insignia quædam apponi, quorum memoria posteros doceret vt ex Iulio Frontino docet Pet. Gregor. li. 39. syntagmatum cap. 13. num. 4.

2 Vnde Numa Pompilius Romanorum Rex statuit vnumquemque fines suos circunscribere, & finibus apponere lapides, quos sacrauit Ioui Terminali, & fines ipsos terminos vocauit, vt autor est Diony. Alicarna. li. 2. idemque l. Manilia seu Mamilia cauit, vt refert Anto. Augu. lib. singulari de ll. cap. de Mamilia pagina. 103. Et hæc circunscribendi agros consuetudo hucusque durauit, licet termini varij sint, vt itinera, fossæ, riui, aliquando quoque lapides, quod & apud Romanos obtinuisse testis est Ouidius lib. 2. Fastorum ibi.

Termine siue lapis, siue es defossus in agro
Stipes, ab antiquis tu quoque nomen habes.

3 Vnde qui eos limites aut terminos mouet, occultat, vel tollit grauiter delinquit, vt habetur Deuteronomij cap. 19. & 27. Prouerbiorum. 22. capi. tanta. 86. distinct. capit. in. ll. 12. quæst. 2. Ideoque grauiter puniendos docent Plato. lib. 8. de. ll. Bossius in practica titul. de termino moto. Petrus Gregor. dict. cap. 13. Jul. Clar. libr. 5. sententiarum. §. fina. quæstio. 83. num. 10. Menoch. de arbitra. casu. 393. per totum.

4 Romulus autem primus omnium statuit, vt qui vicini terminos occupasset, is cui voluisset eripere, totũ agrum vsur-

 pan-

pantis in pœnæ locum acciperet, vt refert Plutarc. problem-mate.14. quam pœnam probauit Constantinus in.l.4. C. finium regundorum, in eum qui terminum mouerit pendente controuersia finium, & ante diffinitum negotium à iudice. Numma vero Pompi. mouentem limites sacrum Deo esse sanciuit his verbis. *Qui terminum exarasset ipsus & boues sacri sunto*; vt constat ex Diony. vbi supra Anto. Aug. dict. lib. 1. de ll. ad. ll. regias sub Numma Pompilio. l. 5.

5 Deinde Caius Cæsar pœnam pecuniariam quinquaginta aureorum pro singulo termino indixit, vt constat ex. l. lege agraria. ff. de termino moto. Postea vero Nerua decimus tertius Imperator sanciuit, in seruos & seruas terminorum motores capitale supplicium; in liberas vero personas pœnam pro qualitate personæ. l. fina. §. alia quoque. ff. de termino moto. Postremo Adrianus decimusquintus Imperator pœnā induxit relatam in. l. 2. ff. de termino moto, quam constat esse corporalem: & in hoc eam probauit Alexand. Seuerus vigesimus quartus Imperator, reseruando iudi. arbitrio qualitatem pœnæ, vt habetur in. l. 1. C. de accusationibus. Et ad hanc Alexand, constitutionem referendus est Modestinus in. l. 1. ff. de termino moto.

Ex his apparet terminorum motores diuersimode pro varietate temporum & constitutionum puniri. Sed adhibenda distinctione.

6 Aut enim quis mouet terminos non vt protendat fines, sed vt lapides ipsos furetur, & tunc pœna furti, non amotionis terminorum inducitur, cum delicta ex animo, & proposito delinquentis distinguantur. l. qui iniuriæ. ff. de furtis. Ita docent Salicetus in dict. l. 1, C. de accusatio. Abbas in capitulo ex literis, in fine de probatio. Hieronymus à Monte in tractatu finium regundorum capit. 34. num. 7. Iulius Clarus, & Menoch. vbi supra. Nisi lapides quos furatur terminales esse sciat: tunc enim vt fur item & vt motor punietur, verberibus scilicet. l. 2. in fine. ff. de termi. moto. Aut quis eo animo terminos mouet, vt sui agri fines extendat, & tunc iudicis arbitrio pro qualitate personæ punietur dict. l. 2. docent supra relati. Quod si eo animo faciat non vt suos, sed vt vicini fines in dānum alterius vicini extendat, quia vicino suo negotium facit casti-

castigatur,& in opus publicum per biennium datur, dict. l. 2. versiculo, si vero sic intelligenda, vt testatur Menochi. numero.22.

7 Aut ideo mouet terminos, non vt in vicini agrum fines suos extendat, sed vt litem de finibus inter eos pendentem in sui fauorem faciat definiri, atque ita agit vt obscurentur limites, hoc casu ex constitutione Neruæ relata in dict. l. fina. §. alia quoque pœna adhuc arbitraria pro conditione personæ, & factorum violentia imponitur, vt docet Abbas in dict, capit. ex literis num.30. Plotus in. l. si quando nume.726. C. vnde vi. Sed ego existimo Romuli. l. hoc casu durare cum constitutione Constantini comprobata sit in dict. l. 4. C. finium regundorum.

8 Pontificum autem iure, de hoc crimine agitur in cap. ex literis de probationibus, nulla tamen certa pœna expressa est, & ideo testatur ibi, Abbas num.13. contra clericos mouentes limites pœnam iudic. arbitrariam locum habere ex. l. 1. &. 2. ff. de effracto. sequuntur ibi Decius in fine, & Bald. in. l. 1. C. de accusationibus.

9 Regio vero iure, qui terminos mouerit, vt alienum occupet incurrit mulctam quinquaginta solidorum auri fisco applicandam, & præterea amittit ius, si quod habet in eo fundo, quod si nullum ius in eo hebet tenetur reddere occupatum, & tantundem de suo. l. 30. titu. 14. part. 7. quod si alia de causa limites moueat, recurrendum est ad indi. arbitrium, quoniam ea. l. part. solum prædicto casu procedit, vt notauit ibi Gregor. Lop. verbo *cinquenta maravedis*. Iure fori si scienter moueat terminos, tenetur iterum eosdem reponere suo loco, & occupatum restituere, & tantundem de suo simul cum decem marabetinis applicandis domino fundi. Quod si arando, vel ignoranter moueat nullam meretur pœnam, sed tantum suis expensis tenetur reponere. l. 6. titu. 4. libr. 4. fori, & vide. l. 104. del estilo.

10 Et nouissimo iure non gaudet immunitate Ecclesiæ. l. 3. titu. 2. lib. 1. Recopilationis.

De notario falsum committente, Caput vigesimumquartum.

Summarium ad caput vigesimumquartum.

Tabelliones qua de causa introducti.num.1.
Tabelliones olim varijs nominibus eppellati.num.2.
Tabelliones olim serui publici dicebantur, & quare.num. 3.
Tabellionum munus olim vile, hodie honorificum est.num.4.
Instrumentis tabellionum magnam fidem dari, & quomodo, ea fides posit tolli.num.5.
Falsi crimen committere eum qui cum non sit Tabellio vel non legitime creatus sit, instrumenta conficere audet.num.6.
Falsitatem in notarijs (quorum tres sunt species) graue crimen esse, & quando eam committere dicantur.num.7.
Falsi reus est Tabellio, qui signum in titulo regio Tabellionatus appositum mutat, & an tunc ordinaria pœna falsi teneatur. nu.8.
Tabelliones quæ obseruare debeant, ne incidant in pœnam priuationis.num.9.
Falsi notarij quæ sit pœna de iure ciuili.num.10.
Falsi damnatus licet non posit noua instrumenta conficere, ea tamen de quibus antea fuerat rogatus, recte perficit. n.11.
Falsum immunitatis instrumentum conficiens notarius cremandus est. num.12.
Falsarij pœnæ de iure canonico.num.13.
Falsi crimen iure regio qualiter puniatur.num.14.
Fori vel styli leges quando obseruentur.num.15.
Manus vbi pro pœna amputanda est, de sinistra intelligitur, quod tamen in notarijs falsis secus est.num.16.

1 VT esset rerum, gestorumque probatio certa, quę fidem sine dubio faceret, creari cæperunt tabelliones, quos vulgo appellamus *escriuanos*, qui partium conuentiones, morientium iudicia, & acta iudiciorum in scriptis redigerent, vt docuit eleganter Pet. Gregor. lib. 47. syntagma. cap. 42. num. 23. & col-

& colligitur ex autentico de tabellionibus collatione. 4. & ex principio titulo. 19. partit. 3. & ex l. 1. titulo octauo, libro primo, fori.

2 Et licet varijs nominibus antiquitus appellarentur, vt constat ex. l. præcipimus, l. in offerendis. C. de appellatio. & rubri. ca. C. de tabularijs libro decimo. l. si librarios. ff. de reg. iuris. l. scriniarios. C. de testamento militis, & vbique gloss. & DD.

3 Principio tamen huius instituti officij, serui publici appellabantur, vt constat ex. l. non aliter. 18. ff. de adoptio. l. 2. ff. rem pupilli. l. 2. C. de adoptio. non quod reipu. seruiant. & omnibus possint stipulari contra. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum, & inde inuiti compellantur quæcunque instrumenta ad partis requisitionem conficere vt docet Gregor. Lopez in. l. 4. verbo, fagan las cartas titul. 19. part. 3. Rojas in Epithome successionum cap. 10. num. 30. Doct. Paz in praxi. 1. tomo adnotatione vltima num. 19. & 20. sed quia quæcunque ciuitas seruos ipsiusmet ciuitatis, vel reip. huic muneri solebat adhibere, siquidem id postmodum Archadij. l. vetitum fuit, in l. generali. 3. C. de tabularijs li. 10. Vnde qui post eam constitutionem de iure ciuili scripserunt, non seruos sed personas publicas eos appellare cæperunt. l. Orphanotrophos. 30. C. de episco. & cleri. §. cum autem. Instituta de adoptio. agnouit Duare. in Rubr. ff. de seruitutibus, in principio.

4 Hinc primo fit quod licet officiū tabellionis de iure ciuili esset vile, quia seruus publicus erat, tradunt gloss. Bartol. & Platea in. l. vniuersos. C. de Decurio. lib. 10. Pala. Rub. in repetitione c. per vestras notabili. 3. §. 10. n. 7. Greg. Lop. vbi supra, & Montaluus in dict. l. 1. fori. non obstantibus l. 1. C. de mandat. is Principum l. laudabile. C. de aduo. diuer. Iudi. quia in eligendæ sunt de notarijs principum, quos appellamus *secretarios de camara*, secundum supradictos: tamen hodie apud nos prædictum tabellionis officium honorificum est. l. 14. titu. 19. parti. 3. l. 4. titu. 8. lib. 1. fori, ibi, *e honrado*, vbi Montal. & Greg. hoc limitant in tabellionibus regijs, quos appellamus *escriuanos reales*, sequitur Paz vbi supra num. 7.

5 Secundo ex prædictis fit, quod cum ad indubitatam probationem inuentum fuerit tabellionis officium eius instrumen-

to omnimodo fides erit adhibenda, non secus acsi testibus probaretur. l. in exercendis. C. de fide instr. Adeo vt non aliter instrumenti fides tollatur, quam si duo testes in eo contenti in contrarium testificentur cap. tam literis de testibus, vel quatuor extranei, docet gloss. in cap. cū Ioannes, verbo, quodcūque de fide instrumentorum, explicant eleganter Couar. l. 2. variarum cap. 13. num. 10. Menoch. de arbitra. casu. 105. Paz dict. annotatione vltim. nu. 33. Azeue. in l. 13. tit. 25. li. 4 recopila. à nu. 36. Montal. in l. 18. tit. 8. lib. 1. fori. & comprobatur ex l. 32. titu. 11. part. 5. Quod in ciuilibus intelligendum est; in criminalibus enim ex dicto ipsius testis examinati instrumenti fides vacillat vt ex l. fina. C. de probat. docent supra relati.

6 Tertiò ex dictis fit, eum, qui tabellio non est, vel est quidē non tamen creatus præcedente forma l. 1. & 2. titu. 25. li. 4. re copilationis, si conficiat instrumentum, vt falsarium esse puniendū pœnis, de quibus infra vt constat ex dict. l. 2. vbi Azeuedo numero 7, & 8. Paz vbi supra numero. 40.

7 Vltimò ex prædictis omnibus deducitur grauissime delin quere notarios, quorū tres species proponit Azeue. in rub. d. titu. 25. à nu. 17. qui falsum aliquid attestantur, vel cōmittant falsitatem. Dicūtur autem falsitatē cōmittere cū contra veritatem aliquid attestantur, falsum enim nihil aliud est, quam ve ritatis mutatio. l. quid sit falsum. ff. de falsis.

8 Et inter plures casus, in quibus à notario cōmittitur falsum, quos recensent Ioan. de Canis in libello de tabellionibus. c. de pœnis notariorū per totū, Bossius in practica, tit. de falsis n. 15. & sequentibus, Clarus li. 5. sententiarum. §. falsum. non omittendus est, si signū quod in titu. regio tabellionatus apposuit, in aliquo instrumento mutauerit, vt docet Bal. in proœmio. C. nu. 4. Azeue. in l. 12. nu. 13. & 14. tit. 25. li. 4. Recop. Sed quamuis in hoc & alijs casibus habeatur notarius pro falsario, non tamē puniēdus est pœna ordinaria falsi, nisi vere falsarius sit, docet glo. in l. 1. ff. de receptatoribus, Bal. in ca. nōnulli. §. sunt & alij, de rescriptis Azeue. in l. 2. nu. 9. d. tit. 25.

9 Et plura quæ tabelliones obseruare debent, ne incidant in pœnā priuationis videbis in l. 1. 2. 8. & 14. d. tit. 25. l. 11. & 12. tit. 1. li. 4. recopi. l. 2. titu. 8. li. 1. recopi. l. 31. tit. 16. & li. 2. recopi.

recopi. l.26. tit. 8. lib. 4. recopil. l. 13. tit. 9. lib. 3. recopil. l.30. tit. 6. lib. 3. recopi. le. 34. tit. 18. lib. 6. recopil. l.6. tit.2. lib.7 recopila. l.20. tit.3. lib. 7. recopila. l.8. tit. 9. par. 2. l.23. tit.11. parti.3.

10 Puniuntur autem notarij falsum instrumentum conficientes iure ciuili perpetua infamia. l. Lucius. ff. de his, qui notantur infamia missione officij, sic vt ad ipsum nunquam de cætero reuertatur, notat glo. per tex. ibi in l. si aliquid. C. de susceptoribus li. 10. glo. & Bar. in l. si quis. §. 1. ff. de edendo text. cum glo. in autenti. de armis in fine verbo solicitudine, collatione. 6.

11 Et licet damnatus de falso, non possit amplius instrumenta cõficere, quia officio priuatur, vt diximus, tamen poterit ea instrumenta perficere, de quibus antea fuerat rogatus, vt docent in terminis Orosius in l. Barbarius nu. 20. ff. de officio prætoris, & in l. si quis. §. cogentur num. 4. ff. de edendo. Castillo in l. 50. Tauri nu. 7. Azeue. in dict. l. 23. li. 4. recopi. nu. 7. Et præterea puniũtur pœna falsi, quæ deportatio est, & bonorum publicatio l. 1. §. fina. ff. de falsis. l. vbi. C. eodem titulo notant Clarus dict. §. falsum nu. 21. Menoch. de arbitrarijs casu. 306. in principio.

12 Nisi falsum immunitatis instrumentũ cõficiant: tunc enim cremãdos esse Imperatores decreuerunt in l. 1. C. de immunitate nemini concedenda li. 10. plura tradunt Couarru. in pract. cap. 19. cum sequẽtibus Dida. Per. in l. 2. tit. 5. l. 2. ordinamenti Pe. Gre. li. 36. syntagmatum ca. 3. n. 2. & sequentibus.

13 Pontificũ autem iure notarij apostolici eisdem pœnis subiacebunt si falsum instrumentum conficiant argumento ca. 1. & 2. de noui operis nuntiatione. Et episcopos posse proprios notarios suis officijs propter falsitatem priuare, clare deducitur ex Bal. consi. 350. volum. 1. Ber. Diez in pract. c. 58. nume. 5. vbi Salze. litera. F.

14 Regio autẽ iure, si notarius falsum committat circa quantitatem centum quadrantium bonæ, & antiquę monetæ, sibi amputãtur manus, si vero circa maiorem summam mortis pœnam incurrit ex. l. 1. titu. 12. li. 4. fori.

15 Sed quia ex. ll. fori, vel styli nõ aliter iudicare licet, quã si probatum sit eas. ll. in eo casu obseruari, vt testãtur Greg. Lop. gloss.

gloss.fina. in.l.3.titu.3.parti.5.Anton. Gomez. in.l. 1. Tauri. Lara in l.si quis à liberis.§. si mater, num. 80. ff. de liberis agnoscendis, Paz in praxi.1.tomo adnotatione vltima numer. 30.in dubio recurrendum erit ad aliam pœnam alijs. ll. expressam, quibus indistinctè imponitur pœna amputationis manus, cum infamia & amissione officij.l.fina.titu.19.part.3.l.6. titu.7.par.7.

16 Qua in re erit aduertendum, quod licet iure communi quando manus est amputanda, veniat amputanda sinistra ex gloss.in autentica, sed nouo iure.C. de seruis fugitiuis, Ias.in l.de quibus num.36.ff.de ll. hoc tamen casu dextera erit amputanda, vt docet Hippolyt. singulari. 218. Montaluus in dict.l.1.fori.& Gregorius in dict. l.finali.

De occidente proditorie, Caput vigesimumquintum.

Summarium ad caput vigesimumquintum.

Homicidium proditoriè factum grauius esse & quando proditorie fieri dicatur.num.1.

Occidere proditorie cum etiam videri, qui facie ad faciem alium nihil tale cauentem occidit.n.2.

Occidens inimicum etiam si à tergo percutiat proditor non dicitur & quare.num.3.

Occidere proditorie videntur, qui rixa ad hoc facta, mediantem occidunt.num.4.

Homicidium proditorie factum graue crimen censeri & qualiter puniatur iure ciuili.num.5.

Homicidæ proditorij pœna iure Pontificio.num.6.

Homicidæ proditorij iure regio qualiter puniantur.num.7.

Occidens proditorie neque Ecclesiastica immunitate gaudet neque à sententia appellare potest.num.8.

Occidere proditorie qui vult etiam si crimen non perficiat vt homicida puniendum.num.9.

HOMI-

1 HOMICIDII pœna, quam supra c.15. tradidimus augeri solet, si fiat homicidiũ non in rixa, sed ex proposito, vel proditorie, hoc est, *à trayciõ*. Dicitur autem homicida proditorius, qui insidiosa industria aliquẽ interfecit tex. sic intelligendus in ca. 1. de homicidio, hoc est, qui absq; causa rixæ, aut inimicitię alterum nihil tale sibi præcauentem interimit, vt colligitur ex gloss. iuncta textui in ca. clericus. 46. distin. l. propter insidias. C. qui accusare non possunt. l. fin. C. de delatoribus libro. 10. l. 4. ff. ad l. Iuliã. maiesta. ca. si cupis. 15. q. 1. explicant Bartol. in. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. Lucas de Pena. in dict. l. fina. & in l. 1. C. de petitionibus bonorum sublatis li. 10. Couar. lib. 2. variarum cap. 20. num. 7. Cassaneus in consuetudines Burgundiæ Rubr. 1. num. 60. & 61. Anto. Gom. 3. tomo variarum capit. 3. num. 5. Dida. Per. in l. 1. titu. 3, lib. 5. Ordinamenti. & in principio titu. 7. lib. 8. Ordinamenti. & in l. 12. titu. 13. eodem libr. versicul. proditor ergo. Plaça de delictis, cap. 21. Menoch. de arbitrarijs, casu. 361. num. 26. Azeued. in. l. 3. num. 10. titu. 2. li. 1. recopi. Pet. Greg. li. 35. syntagmatum cap. 5. num. 2.

2 Ex quibus primo deducitur, non solum eum, qui amicum, aut saltem non inimicum à tergo percutit proditionem committere, sed & eum, qui facie ad faciem eundem percusserit nulla præcedente rixa, aut contentione, cum ille nihil tale sibi præcaueret, docent Anto. Gom. Couar. & Azeued. vbi supra Pla. d. cap. 21. num. 5.

3 Secundo ècontrario deducitur, eum, qui inimicum suum occiderit, etiam si à tergo percutiat non esse proditorem homicidam, cum inimicus sibi præcauere debuisset, vt testantur in terminis Bart. in dict. §. delinquunt. Bald. in cap. 1. quibus modis feudum amittatur columna. 4. Anca. Felin. & Marian. Socinus in dict. ca. 1. Ange. in §. interdum num. 6. Insti. de hæreditatibus, quæ ab intest. Gerardus singulari. 14. Et ita apud milites ex. l. *duelli* obseruari testatur Azeued. in dict. li. 3. num. 11, Sed apud nos contrarium verius est attenta. l. fina. titu. 7. l. 10. titul. fina. lib. 8. Ordinamen. quibus is censetur proditor, qui aliquem offendit extra pugnam, vel rixam, & ita contra Bartol. & alios docent Couarruuias. Anto. Gomez, Plaça, &

alij supra, licet difficulter id praxi reciperetur propter contrariam militum consuetudinem, vt asseuerat Azeuedo dict. numero. 11.

4 Tertiò deducitur, quod quamuis ex dispositione dict. l. regiæ homicidium in rixa perpetratum non censeatur proditorium, tamen si aliqui præuia inter eos facta fraudulentia pactione incipiant rixari, vt alium sic secure occidant inter eos mediantem sine dubio dicentur homicidæ proditorij, & proditorum pœnis punientur, cum percussus non potuerit sibi cauere, & ita fuisse de facto iudicatum testatur Did. Per. in dict. l. 12. verbo. *a traycion*, versiculo proditor ergo pagina. 178. colum. 1.

5 Hi igitur homicidæ, quia abominabiles sunt Deo, hominibus, & iuri vt testantur Hippoly. singulari. 16. Cassanc. dict. Rub. 1. num. 61. grauius reliquis puniuntur.

Iure autem ciuili, quia pro simplici homicidio mortis pœna imposita est, vt resoluimus dict. c. 15. quam constat esse summam l. capitalium. ff. de pœnis, iuncto Paulo lib. 5. sententiarum titu. 17. nulla. l. grauior pœna contra proditores inuenitur imposita: ideo forte quod mortis pœna solum gladio imponi poterat l. aut damnum. 8. ff. de pœnis.

Posteriores tamen aduertentes homicidium proditorium grauius esse, vt diximus in principio, adiecta qualitate, eam homicidij pœnam ita auxerunt, vt proditores prius per terram ad caudam equi ignominiose trahantur, deinde suspendantur & in frusta scindantur, vt docet Lucas de Pena in. l. final C. de delatoribus, li. 10. & vsu esse receptum refert Cassaneus dict. Rubric. 1. num. 6.

6 Pontificum vero iure contra clericos pœna imposita videtur in capit. 1. de homicidio: ex quo affirmauit Abbas ibi clericum homicidam proditorium causa cognita à iudice Ecclesiastico actualiter fore degradandum & tradendum iudici secu. etiam nulla data incorrigibilitate, interpretando text. in cap. clericus. 46. dist. qui degradationis pœnam imponit de degradatione actuali: quam sententiam repetit idem Abb. in capitul. at si clerici numero. 39. & in cap. cum non ab homine de iudicijs, vbi Alcia. numero. 22. sequitur Felin. in capit. 1. numer. 49. de constitu. Guil. Bene. post repetitionem

cap.

cap. Raynuntius in quæst. de homicidio. Sed mihi verius videtur propter hoc crimen non data incorrigibilitate non esse clericum actualiter degradandum, sed tantum verbaliter, id est, deponendum ab ordine & beneficio. Et ita de verbali degradatione esse accipiendum dict. cap. clericus. 46. dict. idque ex reg. dict. ca. cum non ab homine, & cap. tuæ de pœnis & ex ca. clerici de excessibus prælatorum. deinde quia dictum ca. 1. de homicidio loquitur contra laicos, quos priuat eo casu immunitate Ecclesiæ. Et ita contra Abb. docuerunt Azeue. in. d. cap. cum non ab homine, col. 9. Decius in dict. cap. at si clerici colu. fin. Ber. Diez in prac. c. 96. in fine, & ibi Salze. addit. 2. Couarr. lib. 2. variarum ca. 20. num. 7. Pla. dict. ca. 21. nu. 13. & ita obseruandum est, nisi aliud casus postulet, inspectis loci, temporis, & qualitatibus personarum.

7 Regio autem iure homicidæ proditorij, per terram ad caudam equi ignominiose sunt trahendi, & deinde furca suspendendi, & confiscantur eorum bona pro dimidia parte. l. 7. titu. 7. l. 12. titu. 13. l. 16. tit. fin. l. 8. Ordinam. l. 2. titu. 12. lib. 4. fori. l. 7. &. 10. titu. 23. li. 8. Recopil. Hæc tamen furcarum pœna, licet nobiles amittant nobilitatem Pla. vbi supra n. 9. contra eos locum nõ habebit, vt resoluimus supra, ca. de læsę maiest.

8 Deinde priuantur immunitate Ecclesiæ. l. 3. titu. 2. ll. 1. Recopi. & facultate appellandi à sententia condemnatoria. l. 16. titu. 23. part. 3.

9 Et licet regulariter non soleat puniri affectus, nisi sequatur effectus l. cogitationis. ff. de pœnis, & diximus supra in ca. de assassinio, tamen in hoc proditionis crimine puniendus erit eadem pœna ordinaria, dum tamen procedat ad aliquem actũ proximum, puta quod percutiat, docent Ant. Gom. dict. cap. 3. num. 5. Plaça nu. 4. & Couarr. num. 7.

De Occidente veneno, Caput vigesimumsextum.

Summarium ad Caput vigesimumsextum.

Veneno occidentis grauius delictum, grauioremque pœnam esse & quare. num. 1.

Vene-

Venenum vnde dictum & in bonam ac malam partem posse, communiter tamen in malam accipi. num. 2.

Venenum propinans etiam delicto non perfecto tenetur, & quare secus tamen esse in non propinante licet alium actum remotum fecerit. num. 3.

L. 1. in fin. D. ad l. Pompeiam de parric. intelligitur. num. 4.

Venenum dantes quando primum apud Romanos damnati, & apud Persas qualiter punirentur. nu. 5.

Venena dantes vendentes vel occidendi causa domi habentes qualiter iure ciuili puniti. num. 6.

Veneno occidens iure Pontificio vt puniatur & an sit actualiter clericus propter hoc crimen degradandus. num. 7.

Venenum si clericis in calice propinetur grauius delictum fit. num. 8.

Robertus Siciliæ Rex, veneno in Eucharistia porrecto occisus fuit. num. 9.

Veneno occidens iure regio olim bestijs tradi iubebatur, hodie pœna proditionis punitur. num. 10.

Veneno quem interfectum esse qualiter probetur, remissiue. num. 11.

AVGETVR etiam homicidij pœna & crimen si veneno fiat, l. 1. C. de maleficis, & mathematicis. Et merito cum proditionis delictum & hoc casu committatur, vt ex. l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllanianum docuerũt Bald. in l. nemo colum. 2. C. de summa Trinitate, & in l. cum fratrem. C. de his, quibus vt indignis, Couarru. lib. 2. variarum cap. 20. num. 7. versic. tandem his. Follerius in practica versiculo, item quod sororem venenauit, numer. 3. Bernar Diez in practica cap. 95. num. 1. & ibi Salzc. additione prima Anto. Gom. 3. tomo variarum c. 3. num. 7. Pla. de delictis cap. 20. in principio Pe. Gregor. lib. 36. syntag. cap. 18. numero. 6. in fine.

2 Dicitur autem venenum ideo, quod statim per venas it, vt tradit Rebuf. in l. qui venenum. 236. ff. de verbo. signifi. & inde medicamenta dicuntur venena dict. l. qui venenum. Et inde hoc vocabulum, & bonũ & malum esse potest l. 3. §. 1. ff. de sicarijs. Communi tamen loquendi vsu in malam partem semper accipitur, vt notat Rebufus vbi supra, & ex veneno medicamenta

menta

menta fieri probat tex.in.l.quod sæpe.§.veneri.ff. de contrahenda emptione.

3 Ex præmissis autem deducitur, quod cum is, qui veneno tentat occidere proditionem committat, vt diximus non solùm pœna inferius referenda tenebitur, si homicidium sequatur, sed etiam quando venenum propinauit, medicamentis tamen adhibitis, vel alia ex causa mors sequuta non fuit.

Tunc enim quia fecit actum proximum consummationi criminis, & vltimum agendum ab occidente eadem ordinaria pœna tenebitur, vt gloss. verbo, ad mortem in capitulo primo, de præsumptionibus docuerunt ibi Baldus: Bossius in praxi titulo de homicidio num. 13. & titulo de mandato ad homicidium num. 14. Bernard. Diez, dict. cap. 95. numer. 2. & ibi Salzedo additione. 2. Pla. & Foll. vbi supra Couarr. in Clementina si furiosus. 2. part. in initio num. 11. Menoc. de arbitrarijs casu. 360. num. 47. Pet. Gregor. dict. cap. 18. num. 17. Anto. Gomez dict. cap. 3. num. 6. in fine. Et ita obseruandum, & practicandum est, licet contrarium velint Hippoly. in. l. 3. ff. de sicarijs. Alexand. in apostillis ad Bartol. in l. 1. ff. ad. l. Pompeiam, de parricidijs. Gramma. decisione. 2. num. -. Folle. vbi supra num. 32. Iulius Clarus. §. homicidium numer. 14. & alij communiter, asserentes tantum pœna extraordinaria eo casu puniendum. Quorum opinio tunc obseruanda erit quando solum venenum emit, præparauit, alium ve actum remotum fecit, non vero propinauit, vt rectissime docuerunt Couarruuias, Plaça, Menoch. & Salzedo, vbi supra.

4 Neque obstat l. 1. in fine. ff. de parricidijs, quæ etiam hoc casu mortis pœnam imponit, quia intelligenda est, prout loquitur, quando filius emit venenum, vt patri daret. Tunc enim propter immanitatem criminis, & maximam reuerentiam patri debitam, filius morte mulctatur, vt docuit Anto. Gom. dict. ca. 3. num. 7. in fine, licet male Pla. existimet nullam specialitatem in ea. l. 1. contineri.

5 Hoc autem crimen primum cæpit vindicari apud Romanos, anno ab vrbe condita 423. Compertum enim fuit matronas Romanas insano quodam consilio venenata quædam medicamēta coxisse, & damnatæ fuerunt. 162. vt docet Liuius li. 8. Apud Persas veneficorum capita inter duo saxa contunde-

bantur, vt refert Alexand. ab Alexand. lib. 3 dierum ca. 5. Balduinus in. §. item l. Cornelia num. 38. Insti. de public. iudi.
9 Iure autem ciuili pœna. l. Corneliæ, de sicarijs, quæ capitalis est tenentur alterum venenantes, venenum vendentes, vel hominis necandi causa domi habentes. l. 3. §. eiusdem. ff. de sicarijs. §. eadē l. Insti. de publi. iudicijs. Quæ autem pœna sit. l. Corneliæ explicat Consultus in dict. l. 3. §. legis & nos explicauimus supra cap. 15.
7 Pontificum autem iure ea pœna locum habet; quæ & pro homicidio esset imponenda, id est, depositionis ab ordine, & beneficio, vt diximus dict. cap. 15. Cæterum, quia grauius est veneno occidere, digne post depositionem grauiori detrusione & longiori opus est, vt tradit Bernar. Diez, dict. capit. 95. Et quia supra resoluimus pro homicidio proditorio pœnam degradationis actualis & traditionis curiæ seculari, non esse imponendam contra Abb. & alios, idem hic repetendum est.
8 Nisi ex circunstantia delictum aggrauetur, puta, quod clericus aliquem tentauit occidere, vel occidit veneno in calice propinato, id enim duobus monachis contigisse refert Bernar. Diez vbi supra.
19 Et Imperator Robertus vtriusque Siciliæ Rex interfectus fuit die. 15. Augusti anno. 1313. Eucharistia entoxicata, vt refert Molineus in consuetudines Parisienses 1. par. titul. 1. in principio num. 99.
10 Regio vero iure huius criminis reus bestijs traditur deuorandus, vt in l. 7. titu. 8. partita. 7. Cæterum quia hæc pœna in desuetudinem abijt, vt testatur Ange. in dict. l. 3. §. legis Gregor. Lopez in dict. l. 7. verbo, *à los leones*, hodie imponetur pœna quæ pro alio homicidio proditorio esset imponenda, iuxta notata in capit. supra proximo, cum & hoc homicidium proditorium sit, & in terminis docent Antó. Gomez, & Plaça vbi supra.
11 Qualiter autem probetur, quem interfectum esse veneno, vide eosdem Anto. Gomez. num. 9. Pla. num. 10.

De

De parricidij pœna, Caput vigesimum-septimum.

Summarium ad caput vigesimumseptimum.

Parridium olim quodcumque homicidium dici, hodie ad parentum interfectores hoc nomen trahi. num. 1.
Parricidij nomen & pœnam etiam filijs spurijs conuenire. num. 2.
Parricidij olim occidens quem libet ex ascendentibus tenebatur, secus qui liberos occidisset, & quare nunc etiam hos teneri. num. 3.
Parricidij reum esse non solum eum qui parentes, sed & qui fratrem aut sororem vel transuersalem vsque ad quartum gradum, item vxor quæ maritum vel maritus qui vxorem occiderit, & an in sponsis de futuro id quoque procedat. num. 4.
Parricidij an teneatur qui iudices vel magistratus occiderit. nu. 5.
Parricidæ Solonis & Romuli legibus non puniebantur certa aliqua pœna & quare. num. 6.
Parricidium apud Romanos quando primum perpetrari & qualiter vindicari cœperit. num. 7.
Parricidæ pœna more maiorum quæ fuerit, & eius imponendæ ratio num. 8.
Parricidij pœna more maiorum inducta, qui punirentur & declarata l. diuus, ad l. Pompe. de parr. num. 9.
Parricidij pœnæ iure Pontificio, tam in pœnitentiali, quam in contentioso foro quæ. num. 10.
Parricidæ hodie apud nos culei & serpentum pœna, vt olim puniuntur, prius tamen suffocari debent. num. 11.

1 QVODCVNQVE homicidiū vocabatur olim parricidium; dicitur enim quasi paris hominis excidium, vt ex Festo, & Plutarcho docent. Pla. de delictis cap. 22. num. 2. Pet. Grego. lib. 36. syntagma. cap. 24. in principio, postmodum tamen per abusionem interfectio matris, aut patris dicitur parricidium, quasi per syncopam parenticidium.
2 Ex quibus primo constat, non solum filium, qui patrem legitimum & naturalem occidat, pœna infra referenda puniendum,

dum, sed & eum qui spurius & bastardus est, cum vere & hic filius sit: facit doctrina textus & ibi Bartol. in l. hos accusare. §. fina. ff de accusatio. docent in specie Bald. in capit. naturales, numer. 12. si de feudo fuerit controuersia, Alexand. in. l. ex facto. 5. § quis rogatus num. 43. ff. ad Trebellia. Fortunius Garcia de vltimo fine iuris illatione secunda Clarus lib. 5. sententiarum. §. parricidium. num. 2.

3 Secundo deducitur, quod licet occidens ascendentem in infinitum parricidij pœna plectatur, vt docet gloss. verbo, pœna, in l. 1. ff. de parri. & verbo, sustinebit m. §. alia Insti. de publi. iudicijs, tamen longe aliud erat in occidente liberos, siquidem iure eos poterat occidere. l. in suis. ff. de liberis & posthu. & constat ex dicta allusione vocabuli. Sed postmodum ea pœna in parentes extensa est, qui liberos occiderint, ex l. 1. C. de his, qui parentes vel libe.

4 Quinimo ad occidentem fratrem, sororem, vel transuersalem: vsque ad quartum gradum extensa est, vt constat ex dict. l. 1. ff. de parricidijs, & in maritum interficientem vxorem, vel è contra dicta. l. 1. docet gloss. verbo. iuxta modum in cap. fin. de statu monachorum, gloss. verbo, existimes in cap. admonere. 33. quæst. 2. conducunt notata per Carrerium in practica titul. de homicidio num. 149. Ant. Gomez. 3. tomo variarum ca. 3. num. 3. Pla. dict. cap. 22. num. 30. Qui dum num. 31. interpretatur idem obtinere in sponsis de futuro ex l. sciendum. ff. de parricidis, quam ita esse interpretandam affirmat, mihi lapsus videtur ex his, quæ supra cã. 1. de sponsa de futuro adulterium non committente resoluimus.

5 Existimo etiam opinionem Accursij in autentico, vt iudices sine quoquo suffragio. §. illud existimantis eandem pœnam in occidentem magistratum, vel iudicem locum habere, cum loco parentum sint, aut falsam esse, aut hodie non practicari.

6 Hoc autem immane crimen committentes Solonis. ll. nulla certa pœna tenebantur, sicut nec Romuli, quia non sperauerunt legislatores vllum futurum parricidam.

7 Sed tandem anno. 600. ab vrbe condita Lucius Hostius primus omnium patre occiso parricidium commisit, indeque cæpit hoc crimen seuere vindicari. Tripliciter enim iure ciuili

 puni-

punitur, aut l. Cornelia de sicarijs, quæ caput etiam habebat de parricidis, vt constat ex l. fina. ad l. Corneliam de falsis in C. Theodor. cuius pœna recensetur in l. 3. §. legis. ff. ad l. Corneliam de sicarijs, aut l. Pompeia. de parricidijs, cuius pœna capitalis fuit l. pœna, versiculo qui alias. ff. de parrici. aut tandem more maiorum punitur.

8 Hæc autem pœna talis fuit, quod parricida virgis sanguineis verberatus culeo deinde insuitur, cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & simia. deinde in mare profundum, aut flumen proximum culeus iactatur. Cuius imponendæ pœnæ rationem explicat eleganter Cicero in oratione pro Roscio Amerino, Ias. in l. ius ciuile num. 28. ff. de iustitia, & iure Petr. Gregor. dict. cap. 24. Plaç. dict. c. 22. Forcatulus in neciomantia. dialogo. 24. Couarr. in Clementina si furiosus. 2. part. in initio n. 12.

9 Cæterũ hoc iure solum is ea posteriori pœna tenebatur, qui ascendentem aliquem occidisset, cæteri enim alias personas occidentes tantum l. Pompeia. aut Cornelia puniebantur, dict. l. pœna versicul. fina. Vnde intelliges text. in l. Diuus. ff. de parricidijs, in quo putabant Doctores propter patriam potestatem patrem occidentem filium mitius fuisse punitum.

10 Pontificum autem iure matricida pœnitere debet per decem annos iuxta formam ca. latorem. 33. quæstione. 2. Si filios quis occiderit in monasterium ad peragendam pœnitentiam reculditur ca. 1. de his, qui occiderunt. Quod intelligendũ est in foro pœnitentiali.

In contentioso enim si contra clericum procedatur, ex his quæ resoluimus in capitulis præcedentib. verius puto solum depositionem ab ordine, & beneficio, & detrusionem in monasterium, aut hodie damnationem ad triremes locum habere, vt contra plures resoluunt Maria. Socin. in dict. ca. 1. Ber. Diez dict. ca. 96. in fine.

11 Regio autem iure approbata est pœna, legis, pœna. ff. de parricidijs in l. 12. titu. 8. part. 7. Et licet Bald. & Salicetus in dict. l, 1. C. de his qui parentes, affirment hanc pœnam in vsu non esse, apud nos tamen quotidie practicatur, vt referunt Iul. Clar. Couarru. Petr. Greg. vbi supra Gomez. 3. tom. variarum ca. 3. num. 3. solum hoc immutato, quod prius strangulantur, vt testantur Clarus & Gomez vbi proxime.

De periurij pœna Caput vigesimum-octauum.

Summarium ad caput vigesimumoctauum.

Iuramentum vt licitum sit quæ debeat habere.num.1.
Iuramentum si extra iudicium temere vel indiscrete fiat, an possit & quo respectu periurium dici.num.2.
Periurium propriè quid sit & qualiter diffiniatur.num.3.
Iurisiurandi apud Romanos variæ formulæ & quæ præcipua & frequenter. num.4.
Periurij pænas contra eum qui mendacium iuramento attestatur competere, & quis mendax quotque mendacij species sint.num. 5.
Periurus an sit qui falsum iurat, putans esse verum & quid in eo qui verum putans esse falsum iurauerit.num.6.
Periurum esse qui contra promissionem iuratam venit & quare.nu.7
Periurij crimen grauissimũ & an & quo respectu homicidio grauius appelletur.num.8
C.1.13.distinct.intelligitur.num.9
Periurium apud omnes nationes seuere vindicatum, apud Romanos acriter semper per censores coercitum.n.10
Lex.2.C.de reb.cred.& iur.iur.explicatur.num.11
Satis, dictio quo sensu apud bonos authores accipiatur.nu.12
Periuriũ quod nulli damnũ affert, tẽporalibus pænis nõ coercetur.n.13
Periurium qui fecerit delato sibi à parte in iudicio iuramento litis decisorio an aliqua pæna afficiatur.num.14
L.si duo patroni.§.fin.de iur.iuran.declaratur.num.15
Periurij pænis non subditur qui iuramento de calumnia præstito falsum iurauit. Secus in eo calumniæ iuramento quod de veritate dicenda appellatur.num.16
Periurij pænæ non procedunt contra eum qui in criminali causa positioni, aut inquisitioni respondens deierauit & quare. num.17.
Periurij neque culpam neque pænam incurrit is, qui needum sibi manifestatis indicijs veritatem celaret.num.18
Lex.final.D.de crimine stellionat.declaratur.num.19
Periuri iure ciuili quando infames fierent.num.20
Lex si quis maior.C.de transact.& l.Lucius.D.de his qui not.infam. quomodo accipienda.num.21

Periuri omni honore, & dignitate priuantur. nu. 22
Periurus qui quod promisit non implet, in quibus puniatur. nu. 23.
Periuris olim fustigatio pro pœna erat, hodie mitræ impositio: & vnde hoc originem traxerit. n. 24
Lex. si duo patroni. §. fin. declaratur. num. 25
Romani supplicij in loco titulum apponebant, qui supplicij causam cōtineret. num. 26
Periurium qui fecit in iuramento assertorio qualiter puniatur. nu. 27
Periuri iure pontificio tam in pænitentiali quam in iudiciali foro seueris pœnis afficiuntur, & quæ illæ sint. num. 28
Periuri pœna, quod amplius adiurandum non admittatur, quādo procedat num. 29
Periuri, iure cano. infames sunt & quomodo hoc accipiendū sit. nu. 30
Beneficij collatio periuro facta nulla est ipso iure, quod tamen in damnato per sententiam solum procedit. 31
Clerici periuri officijs & beneficijs priuantur, & an ipso iure: & qui sint huius rei effectus. 32
Periurij pœnæ iure regio. num. 33
Periurus an sit qui homagio vulgo pleyto omenage, *contrauenerit. num. 34*
Homagij præstandi forma, & an in eo aliquid Deo vel per Deū iuretur. num. 35
L. 26. titu. 11. par. 3. declaratur. num. 36.
Periurus non est qui contra fidem præstitam venit nisi fides Christi interposita sit. num. 36
Periurij pœnæ quando principaliter de eo agitur sunt imponendæ, secus si incidenter. num. 37
Periuri & ab Ecclesiastico & à seculari iudice puniri possunt. nu. 38.

1 QVodcunq; iuramentū, vt licitū sit, tres comites habere debet, veritatem, iudiciū, & iustitiam ca. etsi Christus. 4. Iacob. de iure iurando cap. animaduertendū 22. quæst. 1. docet D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 3, Abb. & Canonistæ in dict. c. etsi Christus Corras. in Prçludijs. l. admonēdi n. 7. ff. de iure iurādo.
2 Sed si deficiat iudicium, quia temerè & indiscrete iuratur, vel iustitia quia iuratur illicitum, licet semper & indistinctè peccetur aliquando mortaliter, aliquando tantum venialiter c.

qui sacramento 22.quæst.4.c.verũ de iure iurando glos.in summa.22.quæst.2.Syluest.verbo,periurium nu.1. non tamen prõ priedicitur periurium, sed tunc demum [illegible] deficit veritas, docet Diuus Thomas.2.2.quæst.98.artic.1.ad primum.

Secundario tamen & illud dicitur periurium, videtur enim etiam tunc veritas deficere: nam qui iurat illicitũ ex hoc ipso falsitatẽ incurrit, quia obligatus est contrariũ facere, & qui iurat indiscrete maximo subiacet periculo falsitatẽ cõmittendi, vt declarat eleganter D.Thom.vbi proxime, & in quinto sententiarũ distinctione.39.art.4. Iuxta quam distinctionem intelligendus est text.in dict.ca.animaduertendum,gloss. verbo, iustitia in dict.c.etsi Christus,& Syluest.vbi supra qui quolibet comite deficiente periurium committi affirmarunt.

3 Vnde propriè periuriũ est mẽdaciũ iuramento firmatũ D. Tho.& omnes Theologi in tertio sentẽtiarũ distinctione. 79. Bald.in l.fin.C.de rebus creditis,Boerius decisione. 305. Tiber.Decia.cons.48.n.30.volu.3.Clar.li.5.sententiarum.§.periurium,in principio Menoch.de arbitra.casu. 319. in initio.

4 Indeq; inter varias iurandi formulas,quibus vtebantur Romani,quas referunt Alex.ab Alex.li.5.Dierũ genia. c. 10.Briso.li.8.de formulis pag.807.Duar.in titulũ de iure iurando, c. 11.Per.Greg.li.50.syntagma.ca.8.nu.4.(cuilibet enim licebat proprium aliquod & peculiare iurisiurandi genus vsurpare,ex quo intelliges l.nõ erit.5.§.Diuus de iure iurãdo)ea frequẽtior erat,vt iuraturus per Iouẽ,(lapidẽ scilicet tenens,)his vteretur verbis: *si sciens fallo,qui me despicit,salua vrbe,arceque bonis eijciat,* vt ego hunc lapidem,vt ex Festo docet Corrasius vbi supra. n. 2.Briso.pag.811.Calepinus in dictionar.verbo, silex,ad quam Allusisse videtur Consultus in leg.qui iurasse.26.ibi, *quia sciens fallere non videatur*, de iure iurando vt aduertunt Cuia. li. 1. obseruationũ ca.21.Rebar.li.5.variorũ ca.5.in fine, & text. in ca. ecce dico.22. quæst. 5. ibi *qui super lapidem falsum iurat periurus est*, id est, qui per Iouem iurabat lapidem in manu tenebat, vt tenet contra glossam ibi, agnouit Tiraquellus in additionibus ad Alexandrum ab Alexandro dict.ca.10.litera. V.

5 Ex his primo deducitur pœnas periurij infra referendas contra eum dumtaxat locũ habere, qui mendacium iuramento attestatur, mendacij autem octo species referuntur, in c. primum.

mum est. 22. q. 2. à Magistro sententiarum in 3. di. 38. vbi S. Thom. & Theologi. Et quia vt quis videatur mentiri, requiritur animus fallendi c. beatus, c. nequis. 22. q. 2. hic etiam animus in periurio requiretur ca. 1. eadem causa & quæst. vnde absque dolo periurium committi nō potest. teste Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsulis, recepto communi ter ex Iaso. in l. videamus numer. 7. ff. de in litem iurando. Claro dict. §. periurium num. 9.

6 Indeque qui iurat falsum quod tamen putat esse verum, licet mendacium iuramento attestetur, immunis erit à culpa c. 1. de scrutinio, nisi ignorantia esset crassa, aut supina iuris, vel facti, tunc enim peccaret argumento. l. neque supina, l. regula. §. sed facti. ff. de iuris & facti igno. l. ea quæ. ff. de contrahenda emptio. Et vtroque casu excusaretur à pœna ex prædictis, & quia tunc solum temerarie iurare dicitur cap. homines. 22. q. 2. Quo fit, vt è contra qui verum iurat putans esse falsum, quia animū fallēdi habet, dicatur peierare vt dic. c. homines. pœnęque infra relatæ locum habeant docuit Pet. Gregor. dict. lib. 50. cap. 10. num. 2.

7 Postremò ex dictis efficitur, vt qui contra promissionem iuratam venerit periurus dicatur, c. querelam de iure iuran. l. si quis maior. C. de transactio. iuramento enim falsum fuit attestatus & contraueniendo in dolo fuit, vt notant Bald. & communis in d. l. si quis maior.

8 Secundò ex prædictis deducitur, quod cum in periurio Deus adducatur in testem, in iudicem falsitatis l. final. §. si actor in fine. C. de iure iurando, ac proinde Deus ipse principaliter lædatur, grauissimum est periurij crimen gloss. verbo, deierauit in cap. 2. de re iudica. lib. 6. Comparatur enim homicidio & sodomiæ in autentico, vt non luxurientur homines, imo & his omnibus esse grauius probat text. in capit. ille qui. 22. quæstione. 5. Diuus Thomas quodlibeto primo articulo. 18. Cardinalis in Clementina. 1. §. final. quæstione. 14. de sponsalibus Ripa. in cap. 2. numero. 2. de rescript. Abbas in capit. sicut de testib. Tiberius Decianus dict. consilio. 48. num. 30. neque dissentit Couar. in ca. quamuis pactum 1. par. §. 7. nu. 1. Menoch. de arbitra. casu. 3 19. nu. 2. licet contra dicat gloss. in dict. cap. ille qui. & in ca. 13. distinctio...

9 Nam text.in eo capit.1.quo fundatur nihil probat,cum loquatur de eo qui iurauit homicidium committere, & sic non tenetur iuramentum obseruare cap.cum iuramento de homicidio cap. Quintauallis de iure iurando. Vel dici potest grauius peccatum esse periurium homicidio: homicidium tamen esse grauius malum:malum enim dicitur à nocendo, plus autem nocet homicida,quam periurus,vt in dict.ca.1.vt cum text eleganter acceperunt Archi.& Turrecre.ibi, & plura in hujus criminis detestationem videbis apud Afflictum in tractatu de iure promissos.§.4.numero.2.Petrus Gregorius dict.lib.50. capitu.10.à numer.5.Salzedo in additio.ad Bern.Diez in practica cap.92.litera.A. Auenda. de exequendis mandatis.2.part. cap.27.num.1.

10 Vnde apud omnes nationes quibusdam tamen exceptis, quibus nulla iuramenti religio fuit, grauissimum semper fuit contra proprium ius iuran. venire, vt constat ex Alexand. ab Alexan.dict.lib.5.ca.10.in fine, & apud Romanos de re nulla Censores grauius iudicabant,quam de iure iurando violato teste Tullio libro tertio,de officijs,summa enim eis iuramenti religio,& inuiolata fuit, vt refert Aulus Gellius libro septimo, noctium Atticarum cap.28.

11 Neque obstat text.in l.secunda.C.de rebus creditis, vbi nulla perjurij pœna videtur in foro iudiciali: quia relictis varijs interpretationibus ad eum text, quas referunt Accurs. & Doctores ibi Padilla in le.si quis maior à num.1.C. de transactio.Couar, Auenda.& Meno.vbi supra Clarus lib.5.sententiarum.§.fina.q.45.lib.2.disputationum ca.37. Cuia.libr. 2. obseruationum c.19.& li.8.c.7.Rebar.li.2.variorum c.3.Robertus lib.2.sententiarum ca.20.Ioan.Gutier. de iuramento confirmat.prima par.ca.47.num.16. vere resoluendum est in ea.l. non probari aliam vltionem præter diuinam pro periurio nó esse,neque id significat verbum satis, sed potius significat pro vt alibi sæpe,idem quod multum aut valde., vt in l.si debitor. 45.§.in fidei commissoria ibi,satis iniuriam facit. ff. de fidei commissa.liberta.l.fina.ff.ad Turpilianum.l.si alius.7. §. bellissime ibi,nisi ex magna & satis necessaria causa.ff. quod vi aut clam.l.scio.4.ff.de in integrum restitutione.

12 Quo sensu passim dicimus satis inutile,satis iniquum, & Cice.

Cicc. varijs in locis hac significatione vsurpari testatur Thesaurus Ciceronis versiculo.satis,& ita sensus dic.l.2.est, Deus satis, id est, multum & valde vltor. est iurisiurandi contemptæ religionis, grauissimisque pœnis solet hoc crimen vindicare.

13 Sunt tamen aliqui casus,in quibus periurium pœnam temporalem non meretur.Primus est in periurio, nemini damnoso vt quando quis iurat non comedere carnes,vel ieiunare,vel abstinere à ludo,docet gloss. & communis in dict.le.2.Couarr. Auen.& Menochius & alij vbi supra Iason in lege. si duo patroni.§.final.ff.de iure iurando.

14 Secundus erit in iuramento iudiciali litis decisorio, quod defertur à parte parti,de quo in le.quod si deferéte 21.ff.de dolo & in le.actori. C. de rebus creditis,cuius violatio solum Deum habet vltorem,vt in dict.le.secunda, quia sufficit ei periurij pœna,vt in le.nam sufficit.ff.de dolo.& probatur in l.26. titu.11.part.3.glo.final.in ca.quicunque.6.quæstione. 1.recepta communiter ex Boerio decisione.305.num. 4. Cla. dict.§. periurium.in fine. Neque obstat huiusmodi periurium valde esse nociuum parti quia respondet Vlpianus in d.l.quod si deferente partis conuentione remissum esse:tacite.enim transigere censetur,qui parti iuramentum defert.

15 Item non obstat huic sententiæ text.in l. duo patroni. §. fin.ff.de iure iuran: Quia vel superior sententia intelligẽda est quando per Deum pars, cui delatum fuit iuramentum iurauit: tunc enim Deum habet vltorem dict. l. 2. secus si per Principem,quia tunc Princeps ipse puniet,vt in dict.§.fina. ita tradiderunt Robert. & Rebar. vbi supra. Vel accipiendus est ille text.non de iuramento iudiciali voluntario, sed de iuramento promissorio de futuro,vt constat ex litera.

16 Tertius casus erit in iuramento calumniæ ad excludendã malitiam præstito,quanuis enim contra veritaté iuretur actionem,vel persecutionem,exceptionem, vel recusationem non esse malitiosam periurij pœnæ locum non habebunt glos.verbo, religione in principio Insti. de pœna teme e litigantium, recepta communiter ex Bald.consil. 299. lib. 5. Rebuf. in tractatu de pacificis possessoribus num. 219. Couarruu. dicto.§.7. num.7. Menoch. vbi supra num. 28. Auend. num. 16. in fine.

Quod

Quod si periurium committatur in iuramento calūniæ, quod appellatur de veritate dicenda, per quod scilicet, positionibus respondetur propter magnum ipsius partis præiudicium seuere puniendum erit, vt resoluunt Auenda. vbi supra num. 17. Couarru. Menoch. & alij.

17 Exceptis tamen criminalibus caūsis, in quibus etsi reus respondendo inquisitioni, aut positionibus deierauerit impunitus erit, nemo enim tenetur seipsum prodere cap. quis aliquando versic. item illud de pœnite. d. 1. l. 1. ff. de bonis eorum qui ante sententiam & in proposito docent Clar. dict. §. fina. quæst. 45. Auend. vbi supra Rodericus Xuarez in declaratione l. 4. titu. de las juras, li. 2. Ordinamenti n. 16.

18 Quinimo, & hic reus excusaretur à culpa, si antequam sibi manifestentur indicia, quæ sunt contra eū etiam exacto iuramēto veritatem celaret, vt docet D. Thomas. 2. 2. quæstione. 69. articulo. 1. vbi Caiet. Soto de ratione tegendi, & detegendi secretum, secundo membro quæstio. 7. Doctor Paz in praxi, primo tomo. 5. parte. capitu. 3. §. 4. n. 11.

19 Neque obstat huic resolutioni tex. in l. fina. ff. de crimine stellionatus, vbi propter periurium veritatis pœna exilij imponitur, quia licet gloss. ibi Cuia. & Rebar. vbi supra tentauerint criminis non periurij pœnam esse eos, tamen rectè reprehēdit Meno. dict. casu. 319. n. 11. & est verius periuriū de quo ibi, neque esse de calumnia neque iudiciale, sed extraiudiciale in cōtractu pignoris adhibito ad decipiendū creditorem, quo casu nō negamus periuros debitis pænis afficiendos vt ibi.

20 Puniuntur autem periuri iure ciuili varijs pœnis. Primo enim efficiuntur infames. Scribit enim Cice. lib. 2. de legibus in hæc verba: *Periurij pæna diuina exitium, ciuilis dedecus*, & probatur in l. si quis maior C. de transactio. vbi glos. & communis.

21 Est tamen practicanda solum in eos, qui super iuramento promissorio de futuro deierauerint, quo casu loquitur tex. in dict. l. si quis maior. Secus autem si periuriū esset assertorium, idest, de præterito, vel præsenti vt ex l. e. Lucius ff. de his qui notantur infamia: docet ibi glo. in cap. quicunque. 6. q. 1. D. Tho. 2. 2. q. 98. art. 3. ad tertium, Bar. Bal. & alij in dict. l. si quis maior Guido Papæ decis. 178. nu. 1. Clarus dict. §. periurium num. 1. Abbas. in c. testimonium & ibi Felinus nu. 20. de testi

de testibus Couarru.dict.§ 7.num.4. Cassaneus in consuetudines Burgun.rubri.10.§.12.num.26,Iason in dict.l.si duo.§.fina.ff.de iure iurando.& ita erit obseruandum licet contradicat Padilla in dict.leg.si quis maior.num.19.

22 . Ex qua pœna oritur secunda. Nam cum infamibus portæ dignitatum patêre non debeant regula.infamibus in.6. leg. 2. C.de dignita.lib.12 periuri omni priuantur honore & dignitate leg.quoties.C.de dignitati.

23 Item in hoc periurio promissorio periurus pœnam contractus soluit, & actionem omneque conuentionis commodū amittit dict.leg.si quis maior.vbi Doctores.Iason in. §. item si quis num 63.Insti.de actio.Selua in tractatu de iure iuran q.vltima.iuxta quam pœnam accipienda est glos.verbo causa in ca. paruuli.22.quæst.5.existimans periurum non admitti ad agendum recepta ex Iaso.in dict.leg.si duo. §. final num. 2. Cassaneo dict.§.12.num.30.intelligenda est enim si agat ex eo contractu super quo commisit periurium:alias enim non reperitur,quod periurus repellatur ab agendo, vt docuit Alexander in dict.leg.si quis maior columna final.sentit Abbas in cap.intelleximus in fine de iudicijs Ripa in cap.2,num.4.de rescrip.

24 Denique hic periurus corporali pœna fustigationis punitur,dict.l.si duo patroni.§.fina. Quam tamen pœnam hodie in vsu nō esse,sed periuros mitrari docuit Angelus in dict. §.fi.& ibi Iason numero fina.Tibe.Decia.consilio.48.n.30.li.3.Ripa in dict.cap.2.num.8.Petrus Gregorius lib.50.syntagmatum c. 11.num,2.& hanc mitræ pœnam cum infamiæ sit, ortum habuisse existimauit Angel.à dict. §. fina. ibi *& ei supcrindici* sed vt Iason in fine aduertit text.ille venit à remotis.

25 Illa enim verba veterem Romanorum morem in sumendis de criminosis supplicijs designant.

26 Cum enim damnatis pœnas imponebant in loco supplicij titulum affigebant, qui causam supplicij contineret, vt & populus breuiter admonitus pœnæ causam intelligeret, & ex hoc more imposita fuit inscriptio cruci Christi, vt doctè admonuit Alciatus libr 4.dispunctionum capitulo secundo.Vnde in illis verbis solum significauit Consultus periuro fustibus castigato,inscriptionem esse ponendam in loco supplicij, qua indicaretur reum ob temerarium iusiurandum plecti.

17 Qui verò periurium commiserit super iuramento assertorio, id est de præsenti, vel præterito, quia stellionatus crimen committit l. fina. ff. de crimine stellionatus. extraordinaria, id est, arbitrio iudicis punietur, l. 2. ff. illo titulo Iudex tamen vsque ad exilium arbitrabitur, vt in dict. l. fin. docet Couar. dict. §. 7. sub n. 4.

28 Pontificum autem iure in foro pænitentiali puniuntur per iuri ieiunio quadraginta dierum in pane & aqua, capitulo qui cunque. 6. quęst. 1. eademque pænitentia, quæ adulteris & homicidis imponitur capitulo prędicandum. 22. quæst. 1. In foro autem iudiciali grauius puniuntur, amplius enim non admittitur ad iurandum dic. c. quicunque c. paruuli. 22. q. 5. c. testimonium c. sicut, de testibus glo. in l. 3. §. l. Iulia ff. de testibus, quod obtinet non solum in sibi fauorabilibus, puta, quęd ei non deferatur iuramentum in defectum probationis iuxta l. admonendi ff. de iure iuran. docuit in specie Socinus consilio 136. post numerum nonum. li. 1. Meno. de arbitrarijs. casu 190. numero. 12. vel quod eius iuratoriæ cautioni non stetur, vt tradit Iason. in l. 1. ff. qui satisdare cogantur. Cassaneus dict. §. 12. numero. 29. Mascar. de probatio. conclusione. 1158. nu. 2. sed & in odiosis, non enim admittitur ad testificandum gloss. verbo adulterij. in cap. pertuas, de simonia, dicit communem Albericus in l. Lucius num. 3. ff. de his qui notantur infamia. Clarus dict. §. periurium num. 7.

29 Habebitque locum hęc pœna etiã si nondũ per sẽtẽtiam condemnatus sit de periurio, vt docuit Bal. in l. si vteris. C. de fide instrumentorum, recepto ex Cassaneo dict. nu. 29. Pe. Gre. d. ca. 11. nu. 4. licet contradicat Auiles in capitula prætorũ c. 48. verbo. punitio. n. 7.

30 Item sunt & hoc iure infames cap. infames, ca. quicunque 6. quæst. 1. ca. si quis conuictus. 22. quæ. 5. gloss. verbo, periurij in cap. querelam de iure iurando, vbi Abbas, & communis in qua infamia admittenda erit cõmunis distinctio, quam supra de iure ciuili fecimus ex Abba. ibi & sentit decisio rotæ prima de iure iurando in antiquis.

31 Ex qua pœna oritur alia, quod scilicet, collatio beneficij Ecclesiastici facta periuro est ipso iure nulla, vt text. in ca. accedens, de accusationibus. docuerunt Innocentius in ca.

constitutus, el segundo, de appellationibus Abb. in dict. ca. querelam. capella Tolosana decisione. 17. Decius in cap. dilecti colu. 2. de exceptionibus. Verum ego hanc pœnam adhibita distinctione admitterem. Cum enim periurus solum notetur infamia canonica, quæ facti est cũ pœnitentia tollatur, & regula illa, collationem factam infami esse nullam ipso iure solum obtineat in infamia iuris, non vero facti, vt docuit Abbas in cap. inter dilectos, num. 6. de excessibus prælatorum, idem Abbas in cap. super eo, ad finem de electione. Feli. in ca. 2. num. 4. de rescrip. Nauarrus in ca. si quando colum. 52. eodem titu. Selua de beneficio 3. part. q. 3. col. 5. existimarem tunc esse collationem nullam ipso iure, cum fieret periuro iam per sententiam condemnato: tunc enim incipit teneri infamia ciuili ac proinde inficitur ipso iure ei facta collatio, vt in specie docuerunt Rebufus de pacificis possessoribus numero. 221. Couarru. in dict. cap. quanuis pactum 1. par. §. 7. num. 3. Bern. Diez in practica ca. 92. num. 4. & ibi Salzedo litera C.

32 Postremò clerici periuri deponuntur ab ordine & priuãtur beneficijs ca. presbyter. 81. d. ca. querelã, ca. cum quidã. de iureiuran. c. cũ nõ ab homine, de iudicijs. & in hoc cõueniũt omnes: disputãt autẽ latissime an hæc priuatio beneficij inducatur ipso iure contra periuros, an per sententiam, hoc est, an sententia condẽdatoria requiratur. In quo verior & receptior sententia est, periurum non priuari ipso iure, sed per sententiam, vt probatur in dict. ca. querelam, in cap. 2. de rescrip. cap. peruenit. de fide iussoribus, docuit gloss. 1. in cap. illud. de excessibus prælatorum; & in ca. fin. ne prælati vices suas, docet Abb. & communis in dict. ca. querelam. Abbas & alij in dict. ca. 2. vbi latissime Ripa. à num. 13 Bernar. Diez dict. cap. 92. num. 3. & ibi Salzedo Couarr. dict. §. 7. num. 3. Menoch. dict. casu 319. num. 4. & ita obseruandum est, licet contrarium velit Barbacia in dict. ca. 2. de rescript. & in dict. capi. cum non ab homine. Rebufus vbi supra num. 218. cuius fundamentis respondet Ripa. vbi supra. Effectus autem maximus est propter acquisitionem fructuum, & liberam renuntiationem vsque ad sententiam, vt late diximus supra cap. 15. Quanuis enim Dominicus consil. 105. colum. 2. & Probus in additionibus ad mo-

nachum

nachum in ca.ad Apostolicæ num.12.de re iudica.lib. 6. putauerint posse superiorem non admittere renuntiationem beneficij factam à periuro quousque causa terminetur, contrarium tamen superiori ratione probandum erit, vt docte considerauit Salzedo vbi supra & plures alias pœnas contra periuros cumulant Cassaneus dict.§.12.à num.26.Ripa.in dic.ca.2. de rescript.à num.2.Dida.Perez in l.1.titu.4.li.3.Ordinamenti.verbo.positioesn colum.918.

33 Regio vero iure periuri notantur infamia.l. 26. titu. 11. part. 3. l.2.titu. 5. part. 7. Et præterea si periurium fiat super iuramento iudiciali delato à parte parti, licet de iure partitarum esset impunitum ex dict.l.26.tamen hodie punitur pœna *de seyscientos marauedis*.l.2.titu.6.l.10. titu. 19.libr. 8. Ordinamen.l.2.titu.17.lib 8.recopilationis, quas hoc casu accipiendas testantur Villalobos in antinomijs iuris litera.P.num. 11. & Olanus in concordia antinomiarum litera.P. numer. 26. Et prætereà hoc casu actor falsum iurans causam amittit, reus vero habetur pro confesso,vt in.l.42 capitul. 12.lib. pragmaticarum Regum Catholicorum, quam refert Didacus Perez in dict.l.1.verbo.positiones,col.919. in fine. Quod si periurium committatur super iuramento promissorio,in pœnam priuatur periurus omnibus bonis Cameræ Regis applicandis.l.1. titul.6.lib.8.Ordinamenti.l.1.titu.17. libr. 8. recopila. quam eleganter explicant Auenda.dict.2.part.ca.27. à nu.8.& Auiles in cap.præto.cap.48.si vero periurium sit assertorium arbitrio iudicis iuxta damnum & offensam proximo illatam & personæ qualitatem punietur.

34 Aduertas autem primo quod licet apud Hispanos in vsu ad huc vigeat quædam forma præstandi fidem, maximè inter nobiles,quæ latine homagium vt in cap.fina.de reg. iur. vulgari autem lingua, *pleyto homenage* appellatur, & ideo species iuramenti videatur *dict.cap.fina.* cap.grauem de excess. prælato.tamen etsi quis homagio contrauenerit, non dicitur periurus, neque supra relatis pœnis afficietur, vt docuit eleganter Gregor in.l.26.verbo.ó le fiziere titu.11.part. 3. Auenda. dict.cap.27.num.7.Dida.Perez in dict.l.1.titu.6.lib. 8. Ordinamenti colum na.286.Padilla in l.si quis maior numer. 36.C. de transactio.

35 Et

31 Et ratio certa est, quia ad committendum periurium requiritur necessario quod præcedat iuramentum: ad iuramenti autem substantiam, quod Deus adducatur in testem capitu. etsi Christus, de iure iurando. In homagio autem nihil per Deum neque Deo iuratur, vt constat ex eius forma, quam tradit tex. in.l.4.titul.26.parti.4.l.25. titul. 16.parti. 3. Auenda. & Dida. Perez vbi supra Couarruu. in dict.cap. quamuis pactum. 1. part.§. 1. nume. 1. Neque obstat text. in dict.l.26.partit.3. vbi si quis homagio contrauenerit appellatur periurus, quia l. illa intelligenda est referendo singula singulis: quod vbi interuenit iuramentum fit pœna periurij, vbi vero homagium, sola infamia, vt in l.2.titul.5.parti.7.ad quam se refert, vt eam l. acceperunt supra relati.

36 Ex quibus apparet falsam esse gloss. sententiam in capit. clericus. capitu. de iure iurand.& in capitu. querela. ne prælati vices suas, existimantis eadem periurij pœna puniendum, qui contra fidem præstitam venerit ex capit. iuramenti, 22.quæst.5.capit.ad aures de his, quæ vi, quam sequi videtur Archi.in summa. 22. quæstio. 1. relatus à Feli.in dict.ca.querelam, nisi eo casu accipiatur, quo quis fide Christi interposita contractum seruaturum promisit, vt docuit Couar.dict.1.p. §.2. nu. 2. Padilla in dict. l.si quis maior.num.33.& Dida.Per. vbi supra Auenda.dict.c.27.nu.6.

37 Secundo aduertas supra relatas pœnas solum eo casu imponendas, quo agitur principaliter de periurij crimine, id est, per accusationem, secus si incidenter, vt probat text. in capit. 24 in fine.de ordine cognitionum, capitulo primo, de exceptio. declarat latè Auiles dict. capit. 48. verbo. otros jueces, num.2.

38 Vltimò aduertas laicos periuros non solum posse à iudic. seculari superioribus pœnis puniri, vt in capit. lex debet. 22. quæstione. 5.sed & à iudi. Ecclesiast. capit. nouit. de iudicijs. Est enim crimen mixti fori, vt docent Ioannes Andreas in c. licet mulieres, de iure iurand. lib. 6. Auenda. vbi supra nume. 1. Couar. in 4.2.part. ca.6. num. 20. Salzedo ad Bernar. Diez dict. cap. 92. additio.3.& est communis secundum Xuarez in communibus opinionibus, verbo periurium nu.95.

De Raptu virginum, Caput vigesimumnonum.

Summarium ad caput vigesimumnonum.

Rapere verbum, ad res & ad personas refertur. num. 1.
Raptus, quid proprie significet, & vnde dicatur. num. 2. 1.
Raptus, vt commissus dicatur motio de loco ad locum requiritur num. 3.
Raptoris pœnas non incurrit qui in propria domo mulierem etiam vi adhibita corrumpit. num. 4. & qua pœna afficiatur. num. 6.
C. fin. in fine. 36. quæst. 1. interpretatur. num. 5.
Raptus mulieris sub spe matrimonij raptori consentientis iure canonico impunitus, ciuili damnatus & quare. num. 7. & quid si fœmina nullos parentes aut propinquos habet num. 9
Raptus pœnis etiam is tenetur, qui donis, & suasionibus, mulierem pellexerit vt sibi consentiat, & Solonis hac de re lex. nu. 8
Raptus etiam tenetur fœmina virum rapiens & huius rei exemplum. num. 10
Raptus vt quis teneatur honestas in rapta persona requiritur, vnde meretricis raptus non ita punitur. num. 11
Meretrix an compelli possit ad sui copiam faciendam. nu. 12.
Raptus meretricis an aliqua pœna plectatur, & quæ ea sit. nu. 13
Meretricis fenestram vel ianuam infringens qua pœna teneatur. num. 14
Meretrix quæ dicatur & an ea quæ semel aut bis in corpus peccauit, rapta, ordinarijs pœnis sit locus num. 15
Raptus non committitur si commodioris coitus gratia mulier de loco ad locum moueatur. nu. 16.
Raptus vt committatur, oportet mulierem libidinis causa fuisse seductam num. 17
Raptus pœnas an incurrat is qui mulierem causa eam cognoscendi rapuerit licet postea id fecerit. num. 18
L. 1. tit. 10. lib. 4. for. & l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. explicantur. num. 19
Raptor & ei opem ferentes impune in ipso rapiendi actu à cognatis vel propinquis mulieris occiduntur. num. 20

Raptus.

Raptus pœna iure ciuili mors & amissio bonorum est, sine personarum distinctione. num. 21
Raptor raptam iure ciuili ducere non poterat, hodie potest & quomodo num. 22
Rapta hodie postquam potest raptori nubere, an bona amittat quæ ei si non nupsisset raptori iure ciuili applicabantur. nu. 23.
Raptæ parentes si ab accusatione desistant deportantur. num. 24.
Raptus pœna & nouo & antiquo pontificum iure quæ sint & declaratur Concil. Trid. sess. 24. c. 16. num. 25
Raptus pœna iure regio fori pecuniaria erat partitarum vero mors & amissio bonorum num. 26
Raptus si in eremo committatur est casus, de la hermandad. *nu. 27.*
Raptorum pœna quæ mors est an cesset si raptor raptam vxorem ducat nu. 28

1 RAPERE verbum commune est ad res, & ad personas: nã & qui personam rapit raptor dicitur, in rubrica, de raptoribus. ff. vi bonorum l. si quis ex domo. ff. de furtis, & qui personam abducit proprium raptorum raptum committit l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri. docent Rebufus in rubrica de verborum signific.

2 Et hoc casu raptus dicitur à corrumpendo ca. 1. 36. q. 1. is enim committit raptum, qui de loco ad locũ per vim mulierẽ aut virũ amouet abducendi animo, libidinis causa, quæ omnia probantur in dict. l. vnica, & in ca. lex illa. verbo, raptus. 33. quæst. 1.

3 Ex qua descriptione primo deducitur ad hoc, quod raptus committatur requiri quod motio fiat de loco ad locum, vt ex dict. l. vnica, & verbo, raptus ibi, à domo patris abducitur, docuerunt Bal. in l. sed eximendi in principio, vbi Alexand. in l. eum qui. ff. ne quis eum, qui in ius. Bossius in practica titu. de raptu mulieris num. 3. Vibius lib. 1. communium opinionum, opinione 158. Petrus Greg. li. 36. syntagma. ca. 33 num. 1.

4 Vnde & si quis in propria domo, vel lecto mulierem per vim cognoscat, raptum non committit, neque infrarefferendis pœnis punietur, vt in specie docuerunt Albericus in 2. pa.

statutorum quæst. 31. &.66.Bossius in.4. Guido Papæ singulari.1007.Marsilijs singulari.65.& probatur in l.mariti lenocinium.29.§.fina.ff.de adulte. Et ita obseruandum est, licet contrarium defendat Rebu.in l.Marcellus verbo, rapere. ff. de verbo.signifi.

5 Neque obstat text.in ca.fin.in fine.36.q.1.vbi & is appellatur raptor, qui per vim virginem stuprauit, quia cum, vt diximus quidquid vi eripitur rapi dicatur l. si eximendi. ff. ne quis, eum, qui in ius vocatus est. l.3. §. non solum.ff.de incendio, ruina, & qui virginem stuprauit raptor dici poterit, non virginis, sed virginitatis, vt ibi:nos vero de raptu virginum disputamus: ex quibus apparet eum qui per vim cognouit mulierem, cum non committat raptum, vltimo mortis supplicio non esse plectendum. Probat enim l. 3. verbo, præterea. ff. ad l. Iuliam. de vi. & argumento à contrario sensu text. in. l. qui vacantem eodem titul. §. item lex Iulia. de vi. Instituta de publicis iudicijs, & in specie docent Albericus in. l. raptus, quæstione. 1. & ibi Paulus numero quarto. C. de episcop. & clericis.

- Idem Albericus in dict.l.vnica. columna finali, & ibi Marsilijs nu.12.idem Marsilijs dict. singulari.65.

6 Sed eorum opinio in hoc falsa est, quia licet non committatur raptus cōmittitur tamen rapina, quę mortis pœna dicta est, vt probat tex. iuncta glo. verbo, sine vi, in dict.§.ité.l.Iulia.de adulterijs, Instituta de publicis iudicijs, docet Baldus in dicta.l.si quis non dicam rapere quæstione finali Antonius Gomez in.l.80. Tauri numero.41.Rebuf.vbi supra Clarus libro. 5.sentētiarum.§. fornicatio n.33.&.§.raptus n.1.Greg.Lopez in l.3.verbo.o faziendo titul.20.partit.3. Et apud nos ex hac l. partitæ ita erit practicandum.

7 Secundò deducitur ad committendum raptum vim quoque requiri dict.cap.lex illa.verbo.raptus.36. quæst. 1. ibi, violenter, notant omnes in dict.l.vnica.Idque ipsius verbi significatio postulat, cum rapi solum dicatur, quod vi eripitur, dict.l.si eximendi dict. l.3.§.non solum.

Vnde si fœmina propria voluntate consentiens rapiatur, quia ibi nulla vis intercedit, nō committetur raptus cap. cum causa de rap. cuius tex. decisio intelligenda est, quando inter

eos

eos præcessit tractatus matrimonij,& ea ratione consensit rapta se rapi. Hoc enim casu iure canonico, cui in hoc standum est, vt rectè docuit Maria. Socinus in dict.cap. cum causa nu. 5.hoc crimen cessat. Iure ciuili etiam si nuptiarum conuentio præcessisset raptoris punietur pænis, vt in dict.l.vnica, & dicemus infra.Regulariter autem,etiam si à principio, vel posteà fœmina raptori consensit, quia parentibus dissentientibus vis infertur,hoc committitur crimen, dict.c.lex illa, cap. de raptoribus.36.q.1.cap.nullus.36.q. 2. docent Albericus in dict.l.raptores num.7. Clarus dict. §. raptus num.3.Mascar. notabili.98.Mascar.de probationibus.conclusione.1254.nu.26. Bosius vbi supra num. 5. Marianus Socinus in dict. cap. cum causa,& ibi canonistæ Petrus Gre.dict.cap.8.num.2.

8 Ex quibus apparet multò fortius raptum committi, vbi suasionibus donis aut alijs amatorijs artibus, mulier viro consensit, habent enim vim persuasoria verba l.1.§.persuadere.ff.de seruo corrupto. Imo Solon grauius puniuit eum qui verbis pellexit mulierem, quam qui vi, vt refert Plutar.in Solone & conducunt notata per Mascar. de probatio.consi. 141.à num. 26.& in specie docent Verberanus in viatorio iuris titulo de raptoribus. Clarus & Bosius vbi supra.Quod si nullis præcedentibus donis,& suasionibus mulier ipsa libera,& spontanea voluntate consentiat,vt rapiatur non punietur iste raptor, vt docuit Bal.in dict. l. vnica verbo, vlterius oppono, cuius sententia admittenda est quo ad pænam ordinariam, extraordinariè etiam hoc casu punietur, vt docuit Bosius vbi supra n. 7. & faciunt fundamenta Maria. Soci.in dict.ca.cum causa num. 1.

9 Vno autem casu indistinctè vera esset Bal.doctrina,quando scilicet fœmina, neque parentes aut propinquos haberet, sub quorum esset potestate: tunc enim si raptui non donis & suasionibus, sed libera voluntate consentiret excusaretur à pæna raptus. volenti enim & scienti non fit iniuria leg. nemo videtur de regu. iuris leg.cum donationis. C.de transactionibus l.1.§. vsque adeo.ff.de iniurijs.& in specie docet Hippolitus in dict.l.vnica. num. 36. Carrerius in practica. §. circa quartam nu. 284. Mascardus dic. conclusione 1254.n.29.Sed quia in dubio mulier semper præsumitur seducta blanditijs, & suasionibus viri, vt apertè probatur in dict.l. vnica tene-

bitur hoc casu raptor probare, neque suasiones neq; dona intercessisse ipsamque vltro consensisse, recte aduertit Mascardus num.30. quæ probatio satis difficilis est, nisi ipsamet confiteatur, arg. gloss. verbo. cōfessus in l. penultima. C. de fideiusso. docet Bosius vbi sup. n.7.

10 Tertio ex illa descriptione deducitur fœminas quoq; si viros rapiant, raptum cómittere, & pœnis infra referēdis p' ectēdas, vt voluit glo. verbo, spósam, in dict. l. vnica, quā sequuntur: Marsili ibi n.223. & in. l. si quis viduā n. 6. ff. de quæstio. Ant. Gom. in dict. l. 8. Tauri n.37. Ange. in dict. l. vnica, in fine. Vbi refert se vidisse Florentiæ quandam meretricem comburi, quæ adolescentulū rapuerat, & ita est obseruandum, licèt contradicat Clarus dict. §. raptus num. 6. & Grillandus, de diuersis criminibus lib.3. quæst.10. num.23. plures autem fœminas hoc commisisse crimen constat ex Tiraquello de vtroque retractu tomo.1. §.20. n.5. & de legibus connubialibus l.9. n. 112.

11 Quarto deducitur, quod raptus requirit honestatem ex parte raptæ dicta. l. vnica in principio ibi, raptores virginum honestarum, notant Carrerius dict. § circa quartum. num.276. Mascar. vbi supra nu.10. Vnde si quis rapuerit meretricē non incidere in crimen & pœnam raptus testatur glo. 1. in dict. l. vnica argumento le. in. l. quæ adulterium. C. de adulterijs, & l. verum, vbi Bar. ff. de furtis, sequuntur Grāmaticus decis. 107. num.5. Cephalus con. 140. li.1. Grillandus de pœnis omnifariam coitus quæst.10. n. 25. Cla. & Mascar. vbi suprà Anton. Gomez n.45. Et ratio est, quia meretrix non præsumitur vim pati à cognoscente.

12 Cum ex sententia Decij in l. nemo inuitus, ff. de reg. iur. meretrix compelli possit ad faciendam sui copiam, quemadmodum caupones, & stabularij, quem tamen recte reprehendunt Couar. lib.3. cap.14. Plaça de delictis cap.34. n.9.

13 Constat autem ex prædictis sine vi raptum non committi. Quod vsque adeò verū intelligebat Alcia. responso. 469. n. 2. & Bero. quæst.317. n.8. vt existimauerint omnino esse impunitum, quod tamen falsum est. Licet enim nō cōmittatur raptus, arbitrio tamē Iudicis puniendum esse recte docuit Bal. in l. penultima ff. de rerum diuisione. Menochius de arbitrarijs casu 291. à num.2.

14 Quod

14 Quod euidenti argumento probatur. Is enim qui fenestras, vel ianuam meretricis infringit, licet furti ex eo sequuti non teneatur dict.l. verum ff.de furtis & ibi Bar. tenetur tamen actione iniuriarum, pœna Iudici arbitraria, secundum qualitatem iniuriæ, & damni, vt docet Grillandus dict. quæst.10.num. 26. Meno.num. 5. ergo multo fortius tenebitur si eam rapiat.

15 Sed quia ea solum meretrix est, quæ passim & sine delectu multorum libidini inseruit cap. vidua, vbi glo. 34. d.l.palam.§.rectissime ff. de ritu nuptiarum, glo. verbo, publicas in cap.inter opera, de sponsalibus, declarant eleganter Meno. vbi supra numer. 7. Couar.in.4. 2. part.cap.8.numer. 4. latissime Mascardus de probatio. conclusione. 1254. à nu. 4. dubitari contingit, an idem admittendum sit, si ea quæ non meretrix est, sed semel, aut iterum in corpus peccauit rapiatur. Et glo. verbo viduam in. §. item lex Iulia. Instituta de publi.iudicijs, existimauit, & hoc casu raptum cessare, & clarius Pau.de Castro consilio. 305.& Hippolytus singulari. 74. num. 4. Mas. dict.conclusione. 1254.nu. 32. Quorum sententia admmittenda est non vt omnino excusetur à raptu, sed vt mulieri incumbat onus probandi violenter & contra propriã voluntatem abductam., quæ enim semel cognita est non præsumitur per vim rapta secundum Carrerium vbi supra num. 283.& Mascar. dict.num. 32. ea autem id probante pœna raptus locum habebit, facit doctrina Bossij vbi supra num. 10.

16 Quinto ex dict.descriptione deducitur raptum eo animo fieri oportere, vt in alio loco contra voluntatem suorum retineantur. Vnde si cõmodioris coitus causa, mulier de loco ad locum etiam per vim moueatur, non committi raptum docuerunt Bertrandus consilio. 39. volumine. 6. quem sequuntur Clarus dict. §. raptus num. 1. Vibius lib. 1. communium opinionum, opinione. 158. Mascardus vbi proxime n. 20. & sequentibus.

17 Vltimò infertur, quod vt pœnæ infra referendæ contra raptores locum habeant, oportet raptum committi causa libidinis, vt ex dict.l. vnica probatur ibi, *cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit*, docent DD. ibi communiter Anto. Gom. Iulius Cla. Vibius & Masc. vbi supra.

18 Hinc fit,vt raptorem puniri eum qui fœminā eo animo rapuit,vt eam cognosceret,licet postea non cognouerit, vt e l.qui cætu.§.qui vacantem.ff.ad l.Iuliam de vi l.1.§. fina. ff. de extra ordinarijs criminibus c.de raptoribus 36.q.1. docuerunt Bal.in l.raptores oppositione.1.C.de episco. & cleri. Bosius in praxi titul.de raptu mulieris nu.14. Cassaneus in consuetudines Burgundiæ rubrica 1.nu. 40. Anto. Gom. in dict. l. 80. Tauri num.40.Sed contrarium probari videtur in dict.l.vnica ibi,maxime cum virginitas,& in versiculo,quæ multo magis, & in cap.raptus 36.quæst.1.vbi raptus à corrumpendo dicitur: ex quibus in rapiente,sed non corrumpente locum non habere pœnas dict.l.vnicæ, sed aliam extraordinariam docuerunt Anania in dicto ca.cum causa,columna penultima,Boerius de cis.316.post num.4.Silua nuptialis lib.4.num.46. versic. 2.limitatur,& apud nos approbata est hæc opinio in l.1.titulo 10. libr.4.fori.

Vnde dicendum est priorem opinionem veram esse, quoties copula non fuit sequuta,ideo quod raptor non potuit ipsa rapta potiri.

Secunda vero opinio admittenda erit, si raptor pœnitentia ductus à corruptione abstinuerit. Tunc enim, licet videatur crimen raptus perfectum,tamen mitiori & extraordinaria pœna punietur,vt eleganter distinguit Marsilijs in dict.l. vnica numer.254.Clarus dicta.§.raptus num.3.Antonius Gomez dict. num.40.in fine Couarruuias in clementina si furiosus.2.parte in initio num.8.Menoc. de arbitrarijs,casu.360.nu. 32. Mascardus vbi supra num.37.

19 Et iuxta hanc distinctionem ego interpretandā existimo l.1.titu.10.li.4.fori.& l.si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri.nam quod ibi dicitur pœna raptoris puniendum non solum qui rapit,sed qui tentat rapere intelligendum est de eo, per quem non stat,quominus perficiat, vt eleganter interpretatur Couarruuias vbi supra num.6.Mascar.dict.num.37. & facit glos.in principio insti.de vi bonorum raptorum.

20 Puniuntur autem raptores seuerissime iure ciuili.Si enim in ipso raptu deprehendantur possunt impune propria autoritate à propinquis,vel cognatis ipsius raptæ occidi dict.l. vnica versicul.ne igitur.

Et

Et hæc eadem pœna imponitur ibi contra auxilium præbentes inuasionis tempore.

21 Et hæc mortis pœna à iudicibus sine distinctione personarum, vel raptæ, vel raptoris imponenda est ex dict. l. vnica. l. si quis non dicam, l. raptores. C. de episco. & cleri. l. qui cœtu. §. qui vacantem. ff. ad l. Iuliam de vi. §. item l. Iulia. de vi. Instituta de publicis iudicijs, bona quoque eorũ, licet regulariter bona ad mortem damnatorum eo iure fisco applicarentur, autentica bona damnatorum. C. de bonis proscriptorum, ipsius raptæ dominio si ingenua sit applicantur dict. l. vnica versicul. & si quidem ancillæ.

22 Nisi matrimonium rapta contrahat cũ raptore: tunc enim eis priuatur ex eodem versicul. autentico, de mulieribus raptis, in principio, ideo certe quod iure ciuili rapta contrahere non potest, cum raptore dicta. l. vnica versiculo, nec sic facultas, vbi notant omnes.

Quæ probibitio contrahendi matrimonium licet aliquandiu durauerit etiam Pontificio iure ca. de puellis ca. placuit. 36 quæst. 2. postmodum tamen Pontificum sanctionibus sublata fuit, vt constat ex ca. fina. de raptoribus ca. tria, ca. denique 36. quæst. 2. docent Clar. dict. § raptus, num. penultimo, Anto. Gomez in dict. l. 80. Tauri num. 43. Couar. in 4. 2. par. ca. 3. §. 9. n. 1. Diuus Thomas. 2. 2. quæst. 154. art. 7. ad tertium.

Hodie autem quandiu rapta in potestate raptoris manserit, nullum inter eos consistere potest matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta in eius matrimonium consenserit, obseruabitur dispositio dic. ca. fin. de raptoribus, ita disponente Concilio Tridentino Sessione. 24. ca. 6. de reformatione matrimonij.

23 Est tamen dubium, an si rapta iuris canonici permissione vtatur, & raptori nupserit, amittat bona raptoris, quæ eius dominio iure ciuili applicabantur si raptori nõ nupsisset. Ei enim nubens ex dispositione iuris ciuilis ea bona amittebat dict. autentico de raptis mulieribus ca. cum secundum. ll. de hæreticis li. 6. & glo. ibi verbo. certoque casu, putabit etiam hodie si raptori nubat bonorum emolumento priuari, quam sequitur Ant. in ca. 1. de sponsalibus & ibi Felinus num. 15. & Salicetus in dict. l. vnica num. 12.

Sed quia pœna, quæ potest impedire matrimonium, pro non imposita habetur. l. Titia. ff. de verborum, & priuatio bonorum per legem acquisitorum posset impedire raptæ consensum, verius docuit gloss. in ca. de puellis. 36. quæst. 2. etiam si ipsa nubat raptori, bona tamen eius lucrari, & comprobant Abb. Aretinus, & Decius num. 34. in ca. Eccles. de constitutionibus idem Decius in. l. nuptias num. 11. de regulis iuris Pala. Rub. in repetitione ca. per vestras notabili. 3. §. 20. numero. 8. Couarr. in. 4. 2. part. ca. 3. §. 9. numer. 2. Grego. Lop. in l. 3. verbo, cassasse, titul. 20. par. 7.

24 Et denique parentes raptæ, si ab accusatione raptoris desistant, & sic iustum dolorem deponant transigendo hoc iure deportantur dicta. l. vnica versiculo, nisi etenim.

25 Pontificum autem iure raptores eorumque fautores à cōmunione suspenduntur ca, raptores. 36. q. 2. & laici anathematizantur, clerici à proprio decidunt gradu, id est, ab ordine, & beneficio deponuntur ca. 1. ca. si quis virginem, cap. nullus, eadem causa & quæstione. Quæ pœnæ à Concil. Triden. dic. ca. 6. Sess. 24. confirmantur: sunt enim raptores ipso iure excōmunicati perpetuo infames, proprijs dignitatibus priuantur: Clerici vero à proprio decidunt gradu, & tenentur insuper raptam arbitrio iudicis dotare. Quam Tridentini sanctionem eo tantum casu obtinere interpretatur Salzedo in additio. ad Ber. Diez in praxi. ca. 78. quo raptus caussa contrahendi matrimonij committeretur, alias alia pœna pro modo culpæ plectendos esse affirmat.

Sed ego indistincte excommunicationis & cæteras pœnas locum habere existimo, cum ex iuribus supra relatis constet antiquis sanctorū patrum sanctionibus easdem pœnas impositas fuisse, quas concilium innouare voluisse, verosimile est.

26 Regio vero iure antiquo raptores, si raptam cognouerint vltimo supplicio plectuntur: si autem copula nō sequatur pœna pecuniaria plectuntur, *de cien marauedis*, quinquaginta Regi, & quinquaginta applicandis raptæ. Et si rapta nupta fuerit licet non cognoscatur à raptore ponitur in potestate viri, vt de eo eiusque bonis disponat prout voluerit l. 1. 2. & 3. titu. 10. lib. 4. Fori. Partitarum autem iure contra raptores, & eorum fautores pœna mortis indicta est, & bona applicantur raptæ, nisi

nisi cõtrahat cũ raptore:tũc enim applicantur fisco l.3. tit.20. part.7 Quæ pœna pro solo conatu ad actus exteriores deducto locum habet,licet non perficiatur raptus l.2.titu.31. part.7.

27 Quod si raptus committatur in eremo, vel raptor fugiat ad eremum est casus de la hermandad,& ideo punitur pœna sagitæ l.2.titu.13.li.4.recopilationis.

28 Aduertas autẽ pœnam mortis omni iure impositã aduersus raptores cessare,si raptã ducat in vxorẽ,ex dict.ca.fina. de raptoribus,alias enim parũ prodesset validitas matrimonij, vt ex c.2.de adulterio docuerunt Calderinus in dict.c. fin. Paulus in l.raptores. C. de episcop. & cleri. Et ita fuisse Salmanticæ practicatum refert Anto.Gomez in dict.l.80.Tauri num.43.

Sed in puncto iuris contraria sententia verior est, vt docuit Greg.Lopez in di.l.3.verbo,casasse titul.20.par.7. Ant.Gom. vbi supra Clarus dict.§.raptus in fine. Apud nos autem prior opinio practicanda erit ex.l.22.titu.1.par. 7, disponente quod facta concordia inter partes non imponatur pœna corporalis.

De Sacrilegij pœna,Caput trigesimum.

Summarium ad Caput trigesimum.

Sacrilegij crimen,læsæ maiestatis crimine grauius est.num.1

Sacrilegium vnde dicatur, & eius vera diffinitio.nu.2

Sacrilegij reus est qui virginem Deo sacram cognoscit & quare. n.3

Sacrilegiũ committit qui violentas in clericum inijcit manus & qualiter hic ciuili Pontificio & regio iure puniatur.num.4.

Clerici percussor excommunicatur, & cui sit eius absolutio reseruata num.5

Clerici percussor pecuniaria vltra excommunicationẽ,pœna mulctatur num.6

Sacrilegij crimen misti fori est & an idem in sacrilego clerici percussore procedat.num.7

Sacrilegus à seculari iudice punitus an possit de nouo ab Ecclesiastico puniri.num.8

Sacrilegium committit iudex qui immunitatem Ecclesijs à iure concessã violat reosque ad eas confugientes extrahit, & quibus pœnis omni iure puniatur.num.9

De Raptu virginum, Caput vigesimumnonum.

Summarium ad caput vigesimumnonum.

Rapere verbum, ad res & ad personas refertur. num. 1.
Raptus, quid proprie significet, & vnde dicatur. num. 2.
Raptus, vt commissus dicatur motio de loco ad locum requiritur num. 3.
Raptoris pœnas non incurrit qui in propria domo mulierem etiam vi adhibita corrumpit. num. 4. & qua pœna afficiatur num. 6.
C. fin. in fine. 36. quæst. 1. interpretatur. num. 5.
Raptus mulieris sub spe matrimonij raptori consentientis iure canon. impunitus, ciuili damnatus & quare. num. 7. & quid si fœmina nullos parentes aut propinquos habet num. 9
Raptus pœnis etiam is tenetur, qui donis, & suasionibus, mulierem pellexerit vt sibi consentiat, & Solonis hac de re lex. nu. 8
Raptus etiam tenetur fœmina virum rapiens & huius rei exemplum. num. 10
Raptus vt quis teneatur honestas in rapta persona requiritur, vnde meretricis raptus non ita punitur. num. 11
Meretrix an compelli possit ad sui copiam faciendam. nu. 12
Raptus meretricis an aliqua pœna plectatur, & quæ ea sit. nu. 13
Meretricis fenestram vel ianuam infringens qua pœna teneatur. num. 14
Meretrix quæ dicatur & an ea quæ semel aut bis in corpus peccauit, rapta, ordinarijs pœnis sit locus num. 15
Raptus non committitur si commodioris coitus gratia mulier de loco ad locum moueatur. nu. 16.
Raptus vt committatur, oportet mulierem libidinis causa fuisse seductam num. 17
Raptus pœnas an incurrat is qui mulierem causa eam cognoscendi rapuerit licet postea id fecerit. num. 18
L. 1. tit. 10. lib. 4. for. & l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. explicantur. num. 19
Raptor & ei opem ferentes impune in ipso rapiendi actu à cognatis vel propinquis mulieris occiduntur. num. 20

Raptus

Raptus pœna iure ciuili mors & amisſio bonorum eſt, ſine perſonarum diſtinctione.num.21
Raptor raptam iure ciuili ducere non poterat, hodie poteſt & quomodo num.22
Rapta hodie poſtquam poteſt raptori nubere, an bona amittat quæ ei ſi non nupſiſſet raptori iure ciuili applicabantur. nu. 23.
Rapta parentes ſi ab accuſatione deſiſtant deportantur. num.24
Raptus pœna & nouo & antiquo pontificum iure quæ ſint & declaratur Concil. Trid. ſeſſ.24.c.16.num.25
Raptus pœna iure regio fori pecuniaria erat partitarum vero mors & amisſio bonorum num.26
Raptus ſi in eremo committatur eſt caſus, de la hermandad.nu. 27
Raptorum pœna quæ mors eſt an ceſſet ſi raptor raptam vxorem ducat nu.28

1 RAPERE verbum commune eſt ad res, & ad perſonas: nã & qui perſonam rapit raptor dicitur, in rubrica, de raptoribus. ff. vi bonorum l. ſi quis ex domo. ff. de furtis, & qui perſonam abducit proprium raptorum raptum committit l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleri. docent Rebufus in rubrica de verborum ſignific.

2 Et hoc caſu raptus dicitur à corrumpendo ca.1.36. q. 1. is enim committit raptum, qui de loco ad locũ per vim mulierẽ aut virũ amouet abducendi animo, libidinis cauſa, quæ omnia probantur in dict. l. vnica, & in ca. lex illa. verbo, raptus. 33. quæſt. 1.

3 Ex qua deſcriptione primo deducitur ad hoc, quod raptus committatur requiri quod motio fiat de loco ad locum, vt ex dict. l. vnica, & verbo, raptus ibi, à domo patris abducitur, docuerunt Bal. in l. ſed eximendi in principio, vbi Alexand. in l. eum qui. ff. ne quis eum, qui in ius. Boſsius in practica titu. de raptu mulieris num. 3. Vbius lib. 1. communium opinionum, opinione 158. Petrus Greg. li. 36. ſyntagma. ca. 33 num. 1.

4 Vnde & ſi quis in propria domo, vel lecto mulierem per vim cognoſcat, raptum non committit, neque infra referendis pœnis punietur, vt in ſpecie docuerunt Albericus in 2. pa.

statutorum quæst. 31. &.66. Bossius in. 4. Guido Papæ singulari.1007. Marsilijs singulari.65.& probatur in l.mariti lenocinium.29.§.fina.ff.de adulte. Et ita obseruandum est, licet contrarium defendat Rebu.in l.Marcellus verbo, rapere. ff. de verbo.signifi.

5 Neque obstat text.in ca.fin.in fine.36.q.1.vbi & is appellatur raptor, qui per vim virginem stuprauit, quia cum, vt diximus quidquid vi eripitur rapi dicatur l. si eximendi. ff. nequis eum, qui in ius vocatus est. l.3.§. non solum.ff.de incendio, ruina, & qui virginem stuprauit raptor dici poterit, non virginis, sed virginitatis, vt ibi: nos vero de raptu virginum disputamus: ex quibus apparet eum qui per vim cognouit mulierem, cum non committat raptum, vltimo mortis supplicio non esse plectendum. Probat enim l. 3. verbo, præterea. ff. ad l. Iuliam. de vi. & argumento à contrario sensu text. in. l. qui vacantem eodem titul. §. item lex Iulia. de vi. Instituta de publicis iudicijs, & in specie docent Albericus in. l. raptus, quæstione. 1. & ibi Paulus numero quarto. C. de episcop. & clericis.

Idem Albericus in dict.l.vnica. columna finali, & ibi Marsilijs nu.12.idem Marsilijs dict.singulari.65.

6 Sed eorum opinio in hoc falsa est, quia licet non committatur raptus cõmittitur tamen rapina, quę mortis pœna dicta est, vt probat tex. iuncta glo.verbo, sine vi, in dict.§.ité.l.Iulia.de adulterijs, Instituta de publicis iudicijs, docet Baldus in dicta.l.si quis non dicam rapere quæstione finali Antonius Gomez in.l.80. Tauri numero.41.Rebuf.vbi supra Claros libro. 5.sentẽtiarum.§. fornicatio n.33.&.§.raptus n.1.Greg.Lopez in l.3.verbo.o faziendo titul.20.partit.3. Et apud nos ex hac l. partitæ ita erit practicandum.

7 Secundò deducitur ad committendum raptum vim quoque requiri dict.cap.lex illa.verbo.raptus.36. quæst. 1. ibi, violenter, notant omnes in dict.l.vnica. Idque ipsius verbi significatio postulat, cum rapi solum dicatur, quod vi eripitur, dict.l.si eximendi dict. l.3.§.non solum.

Vnde si fœmina propria voluntate consentiens rapiatur, quia ibi nulla vis intercedit, nõ committetur raptus cap. cum causa de rap. cuius tex. decisio intelligenda est, quando inter

M cos

eos præcessit tractatus matrimonij,& ea ratione consensit rapta se rapi. Hoc enim casu iure canonico, cui in hoc standum est, vt rectè docuit Maria. Socinus in dict.cap. cum causa nu. 5. hoc crimen cessat. Iure ciuili etiam si nuptiarum conuentio præcessisset raptoris punietur pænis, vt in dict.l.vnica, & dicemus infra. Regulariter autem, etiam si à principio, vel posteà fœmina raptori consensit, quia parentibus dissentientibus vis infertur, hoc committitur crimen, dict.c.lex illa, cap. de raptoribus.36.q.1.cap.nullus.36.q.2. docent Albericus in dict.l.raptores num.7. Clarus dict. §. raptus num.3. Mates.notabili.98. Mascar.de probationibus conclusione.1254.nu.26. Bosius vbi supra num.5. Marianus Socinus in dict. cap. cum causa,& ibi canonistæ Petrus Gre.dict.cap.8.num.2.

8 Ex quibus apparet multò fortius raptum committi, vbi suasionibus donis aut alijs amatorijs artibus, mulier viro consensit, habent enim vim persuasoria verba l.1.§.persuadere.ff.de seruo corrupto. Imo Solon grauius puniuit eum qui verbis pellexit mulierem, quam qui vi, vt refert Plutar.in Solone & conducunt notata per Mascar. de probatio.consi. 141.à num. 26.& in specie docent Verberanus in viatorio iuris titulo de raptoribus. Clarus & Bosius vbi supra. Quod si nullis præcedentibus donis,& suasionibus mulier ipsa libera,& spontanea voluntate consentiat,vt rapiatur non punietur iste raptor, vt docuit Bal.in dict. l. vnica verbo, vlterius oppono, cuius sententia admittenda est quo ad pænam ordinariam, extraordinariè etiam hoc casu punietur, vt docuit Bosius vbi supra n.7. & faciunt fundamenta Maria. Soci.in dict.ca.cum causa num.1.

9 Vno autem casu indistinctè vera esset Bal.doctrina, quando scilicet fœmina, neque parentes aut propinquos haberet, sub quorum esset potestate: tunc enim si raptui non donis & suasionibus, sed libera voluntate consentiret excusaretur à pæna raptus. volenti enim & scienti non fit iniuria leg. nemo videtur de regu. iuris leg.cum donationis. C.de transactionibus l.1.§. vsque adeo.ff.de iniurijs.& in specie docet Hippolitus in dict.l.vnica. num.16. Carrerius in practica. §. circa quartam nu. 284. Mascardus dic. conclusione 1254.n.29. Sed quia in dubio mulier semper præsumitur seducta blanditijs, & suasionibus viri, vt apertè probatur in dict.l. vnica tene-

bitur hoc casu raptor probare, neque suasiones neq; dona intercessisse ipsamque vltro consensisse, recte aduertit Mascardus num.30. quæ probatio satis difficilis est, nisi ipsamet confiteatur, arg. gloss. verbo. cōfessus in l. penultima. C. de fideiusso. docet Bosius vbi sup. n.7.

10 Tertio ex illa descriptione deducitur fœminas quoq; si viros rapiant, raptum cōmittere, & pœnis infra referēdis p'ectēdas, vt voluit glo. verbo, spōsam, in dict. l. vnica, quā sequuntur Marsili ibi n.223. & in. l. si quis viduā n. 6. ff. de quæstio. Ant. Gom. in dict. l. 8. Tauri n.37. Ange. in dict. l. vnica, in fine. Vbi refert se vidisse Florentiæ quandam meretricem comburi, quæ adolescentulū rapuerat, & ita est obseruandum, licèt contradicat Clarus dict. §. raptus num. 6. & Grillandus, de diuersis criminibus lib.3. quæst.10. num.23. plures autem fœminas hoc commisisse crimen constat ex Tiraquello de vtroque retractu tomo.1. §.20. n.5. & de legibus connubialibus l.9. n. 112.

11 Quarto deducitur, quod raptus requirit honestatem ex parte raptæ dicta. l. vnica in principio ibi, raptores virginum honestarum, notant Carrerius dict. § circa quartum. num.276. Mascar. vbi supra nu.10. Vnde si quis rapuerit meretricē non incidere in crimen & pœnam raptus testatur glo. 1. in dict. l. vnica argumento le. in. l. quæ adulterium. C. de adulterijs, & l. verum, vbi Bar. ff. de furtis, sequuntur Grāmaticus decis. 107. num.5. Cephalus con.140. li.1. Grillandus de pœnis omnifariam coitus quæst.10. n. 25. Cla. & Mascar. vbi suprà Anton. Gomez n.45. Et ratio est, quia meretrix non præsumitur vim pati à cognoscente.

12 Cum ex sententia Decij in l. nemo inuitus, ff. de reg. iur. meretrix compelli possit ad faciendam sui copiam, quemadmodum caupones, & stabularij, quem tamen recte reprehendunt Couar. lib.3. cap.14. Plaça de delictis cap.34. n.9.

13 Constat autem ex prædictis sine vi raptum non committi. Quod vsque adeò verū intelligebat Alcia. responso. 469. n. 2. & Bero. quæst. 317. n. 8. vt existimauerint omnino esse impunitum, quod tamen falsum est. Licet enim nō cōmittatur raptus, arbitrio tamē Iudicis puniendum esse recte docuit Bal. in l. penultima. ff. de rerum diuisione. Menochius de arbitrarijs casu 291. à num.2.

14 Quod

14 Quod euidenti argumento probatur. Is enim qui fenestras, vel ianuam meretricis infringit, licèt furti ex eo sequuti non teneatur dict.l. verum ff.de furtis & ibi Bar. tenetur tamen actione iniuriarum, pœna Iudici arbitraria, secundum qualitatem iniuriæ, & damni, vt docet Grillandus dict. quæst.10.num.26. Meno.num.5. ergo multo fortius tenebitur si eam rapiat.

15 Sed quia ea solum meretrix est, quæ passim & sine delectu multorum libidini inseruit cap. vidua, vbi glo. 34. d.l.palam.§.rectissime ff. de ritu nuptiarum, glo. verbo, publicas in cap.inter opera, de sponsalibus, declarant eleganter Meno. vbi supra numer. 7. Couar.in.4. 2. part.cap.8.numer. 4. latissime Mascardus de probatio. conclusione. 1254. à nu. 4.dubitari contingit, an idem admittendum sit, si ea quæ non meretrix est, sed semel, aut iterum in corpus peccauit rapiatur. Et glo. verbo viduam in. §. item lex Iulia. Instituta de publi.iudicijs, existimauit, & hoc casu raptum cessare, & clarius Pau.de Castro consilio. 305.& Hippolytus singulari. 74. num.4. Mas. dict.conclusione. 1254.nu. 32. Quorum sententia admittenda est non vt omnino excusetur à raptu, sed vt mulieri incumbat onus probandi violenter & contra propriã voluntatem abductam, quæ enim semel cognita est non præsumitur per vim rapta secundum Carrerium vbi supra num. 283.& Mascar. dict.num. 32. ea autem id probante pœna raptus locum habebit, facit doctrina Bossij vbi supra num. 10.

16 Quinto ex dict.descriptione deducitur raptum eo animo fieri oportere, vt in alio loco contra voluntatem suorum retineantur. Vnde si cõmodioris coitus causa, mulier de loco ad locum etiam per vim moueatur, non committi raptum docuerunt Bertrandus consilio. 39. volumine. 6. quem sequuntur Clarus dict. §. raptus num. 1. Vibius lib. 1. communium opinionum, opinione. 158. Mascardus vbi proxime n. 20. & sequentibus.

17 Vltimò infertur, quod vt pœnæ infra referendæ contra raptores locum habeant, oportet raptum committi causa libidinis, vt ex dict.l. vnica probatur ibi, *cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit*, docent DD. ibi communiter Anto. Gom. Iulius Cla. Vibius & Mas. vbi supra.

18 Hinc fit, vt raptorem puniri eum qui fœminā eo animo rapuit, vt eam cognosceret, licet postea non cognouerit, vt e l. qui cætu. §. qui vacantem. ff. ad l. Iuliam de vi l. 1. §. fina. ff. de extra ordinarijs criminibus c. de raptoribus 36. q. 1. docuerunt Bal. in l. raptores oppositione. 1. C. de episco. & cleri. Bosius in praxi titul. de raptu mulieris nu. 14. Cassaneus in consuetudines Burgundiæ rubrica 1. nu. 40. Anto. Gom. in dict. l. 80. Tauri num. 40. Sed contrarium probari videtur in dict. l. vnica ibi, maxime cum virginitas, & in versiculo, quæ multo magis, & in cap. raptus 36. quæst. 1. vbi raptus à corrumpendo dicitur: ex quibus in rapiente, sed non corrumpente locum non habere pœnas dict. l. vnicæ, sed aliam extraordinariam docuerunt Anania in dicto ca. cum causa, columna penultima, Boerius de cis. 316. post num. 4. Silua nuptialis lib. 4. num. 46. versic. 2. limitatur, & apud nos approbata est hæc opinio in l. 1. titulo 10. libr. 4. fori.

Vnde dicendum est priorem opinionem veram esse, quoties copula non fuit sequuta, ideo quod raptor non potuit ipsa rapta potiri.

Secunda vero opinio admittenda erit, si raptor pœnitentia ductus à corruptione abstinuerit. Tunc enim, licet videatur crimen raptus perfectum, tamen mitiori & extraordinaria pœna punietur, vt eleganter distinguit Marsilijs in dict. l. vnica numer. 254. Clarus dicta. §. raptus num. 3. Antonius Gomez dict. num. 40. in fine Couarruuias in clementina si furiosus. 2. parte in initio num. 8. Menoc. de arbitrarijs, casu. 360. nu. 32. Mascardus vbi supra num. 37.

19 Et iuxta hanc distinctionem ego interpretandā existimo l. 1. titu. 10. li. 4. fori. & l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri. nam quod ibi dicitur pœna raptoris puniendum non solum qui rapit, sed qui tentat rapere intelligendum est de eo, per quem non stat, quominus perficiat, vt eleganter interpretatur Couarruuias vbi supra num. 6. Mascar. dict. num. 37. & facit glos. in principio insti. de vi bonorum raptorum.

20 Puniuntur autem raptores seuerissime iure ciuili. Si enim in ipso raptu deprehendantur possunt impune propria autoritate à propinquis, vel cognatis ipsius raptæ occidi dict. l. vnica versicul. ne igitur.

Et

Et hæc eadem pœna imponitur ibi contra auxilium præbentes inuasionis tempore.

21 Et hæc mortis pœna à iudicibus sine distinctione personarum, vel raptæ, vel raptoris imponenda est ex dict.l.vnica. l. si quis non dicam, l.raptores.C.de episco.& cleri. l. qui cætu.§. qui vacantem.ff.ad l.Iuliam de vi.§.item l.Iulia.de vi. Instituta de publicis iudicijs, bona quoque eorũ, licet regulariter bona ad mortem damnatorum eo iure fisco applicarentur, autentica bona damnatorum.C.de bonis proscriptorum, ipsius raptæ dominio si ingenua sit applicantur dict.l.vnica versicul. & si quidem ancillæ.

22 Nisi matrimonium rapta contrahat cũ raptore: tunc enim eis priuatur ex eodem versicul. autentico, de mulieribus raptis, in principio, ideo certe quod iure ciuili rapta contrahere non potest, cum raptore dicta.l.vnica versiculo, nec sic facultas, vbi notant omnes.

Quæ probibitio contrahendi matrimonium licet aliquandiu durauerit etiam Pontificio iure ca.de puellis ca.placuit.36 quæst.2.postmodum tamen Pontificum sanctionibus sublata fuit, vt constat ex ca.fina.de raptoribus ca.tria, ca. denique 36. quæst.2.docent Clar.dict.§.raptus, num.penultimo, Anto.Gomez in dict.l.80.Tauri num.43.Couar.in 4.2.par.ca.3.§.9.n. 1.Diuus Thomas.2.2.quæst.154.art.7.ad tertium.

Hodie autem quandiu rapta in potestate raptoris manserit, nullum inter eos consistere potest matrimonium. Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta in eius matrimonium consenserit, obseruabitur dispositio dic.ca. fin. de raptoribus, ita disponente Concilio Tridentino Sessione. 24.ca.6.de reformatione matrimonij.

23 Est tamen dubium, an si rapta iuris canonici permissione vtatur, & raptori nupserit, amittat bona raptoris, quæ eius dominio iure ciuili applicabantur si raptori nõ nupsisset. Ei enim nubens ex dispositione iuris ciuilis ea bona amittebat dict.autentico de raptis mulieribus ca.cum secundum.ll.de hæreticis li.6.& glo.ibi verbo.certoque casu, putabit etiam hodie si raptori nubat bonorum emolumento priuari, quam sequitur Ant. in ca. 1. de sponsalibus & ibi Felinus num. 15. & Salicetus in dict.l.vnica num.12.

Sed quia pœna, quæ potest impedire matrimonium, pro non imposita habetur. l. Titia. ff. de verborum, & priuatio bonorum per legem acquisitorum posset impedire raptæ consensum, verius docuit gloss. in ca. de puellis. 36. quæst. 2. etiam si ipsa nubat raptori, bona tamen eius lucrari, & comprobant Abb. Aretinus, & Decius num. 34. in ca. Ecclesi. de constitutionibus idem Decius in. l. nuptias num. 11. de regulis iuris Pala. Rub. in repetitione ca. per vestras notabili. 3. §. 20. numero. 8. Couarr. in. 4. 2. part. ca. 3. §. 9. numer. 2. Grego. Lop. in l. 3. verbo, cassisse, titul. 20. par. 7.

24 Et denique parentes raptæ, si ab accusatione raptoris desistant, & sic iustum dolorem deponant, transigendo hoc iure deportantur dicta. l. vnica versiculo, nisi etenim.

25 Pontificum autem iure raptores eorumque fautores à cōmunione suspenduntur ca. raptores. 36. q. 2. & laici anathematizantur, clerici à proprio decidunt gradu, id est, ab ordine, & beneficio deponuntur ca. 1. ca. si quis virginem, cap. nullus, eadem causa & quæstione. Quæ pœnæ à Concil. Triden. dic. ca. 6. Ses. 24. confirmantur: sunt enim raptores ipso iure excōmunicati perpetuo infames, proprijs dignitatibus priuantur: Clerici vero à proprio decidunt gradu, & tenentur insuper raptam arbitrio iudicis dotare. Quam Tridentini sanctionem eo tantum casu obtinere interpretatur Salzedo in additio. ad Ber. Diez in praxi. ca. 78. quo raptus causa contrahendi matrimonij committeretur, alias alia pœna pro modo culpæ plectendos esse affirmat.

Sed ego indistincte excommunicationis & cæteras pœnas locum habere existimo, cum ex iuribus supra relatis constet antiquis sanctorū patrum sanctionibus easdem pœnas impositas fuisse, quas concilium innouare voluisse, verosimile est.

26 Regio vero iure antiquo raptores, si raptam cognouerint vltimo supplicio plectuntur: si autem copula nō sequatur pœna pecuniaria plectuntur, *de cien marauedis*, quinquaginta Regi, & quinquaginta applicandis raptæ. Et si rapta nupta fuerit licet non cognoscatur à raptore ponitur in potestate viri, vt de eo eiusque bonis disponat prout voluerit l. 1. 2. & 3. titu. 10. lib. 4. fori. Partitarum autem iure contra raptores, & eorum fautores pœna mortis indicta est, & bona applicantur raptæ, nisi

nisi cõtrahat cũ raptore:tũc enim applicantur fisco l.3. tit.20. part.7 Quæ pœna pro solo conatu ad actus exteriores deducto locum habet,licet non perficiatur raptus l.2.titu.31. part.7.
27 Quod si raptus committatur in eremo, vel raptor fugiat ad eremum est casus de la hermandad,& ideo punitur pœna sagitæ l.2.titu.13.li.4.recopilationis.
28 Aduertas autẽ pœnam mortis omni iure impositã aduersus raptores cessare,si raptã ducat in vxorẽ,ex dict.ca.fina. de raptoribus,alias enim parũ prodesset validitas matrimonij, vt ex c.2.de adulterio docuerunt Calderinus in dict.c. fin. Paulus in l.raptores. C. de episcop. & cleri. Et ita fuisse Salmanticæ practicatum refert Anto.Gomez in dict.l.80.Tauri num.43.

Sed in puncto iuris contraria sententia verior est, vt docuit Greg.Lopez in di.l.3.verbo,casasse titul.20.par.7. Ant.Gom. vbi supra Clarus dict.§.raptus in fine. Apud nos autem prior opinio practicanda erit ex.l.22.titu.1.par. 7, disponente quod facta concordia inter partes non imponatur pœna corporalis.

De Sacrilegij pœna, Caput trigesimum.

Summarium ad Caput trigesimum.

Sacrilegij crimen, læsæ maiestatis crimine grauius est.num.1

Sacrilegium vnde dicatur, & eius vera diffinitio.nu.2

Sacrilegij reus est qui virginem Deo sacram cognoscit & quare. n.3

Sacrilegiũ committit qui violentas in clericum injicit manus & qualiter hic ciuili Pontificio & regio iure puniatur.num.4.

Clerici percussor excommunicatur, & cui sit eius absolutio reseruata num.5

Clerici percussor pecuniaria vltra excommunicationẽ,pœna mulctatur num.6

Sacrilegij crimen misti fori est & an idem in sacrilego clerici percussore procedat.num.7

Sacrilegus à seculari iudice punitus an possit de nouo ab Ecclesiastico puniri.num.8

Sacrilegium committit iudex qui immunitatem Ecclesijs à iure concessã violat reosque ad eas confugientes extrahit, & quibus pœnis omni iure puniatur.num.9

Pœna

Pœna pecuniaria qua afficitur iudex reũ eximens ab Ecclesia cui applicetur, & an hodie Ecclesiæ hanc pœnam exigere possint. n.10
Iudex Ecclesiæ immunitatem violans hodie arbitrarie punitur. n.11. & aliquando publica pœnitentia ei indicitur, & de eius forma. num.13
Leges vbi varias apponunt in vno delicto pœnas, arbitrio iudicis quã ponat relinquitur. num.12
Sacrilegus est qui rem sacram, de sacro furatur, & idem si profana de sacro surripiat. Contra communem. num.14
L. diui. D. ad. l. Iul. pecul. explicatur. num.15
Sacrilegij pœna iure ciuili mors est, & quatenus liceat iudici suum arbitrium in ea interponere. num.16
L. 4. §. mandatis & l. sacrilegij. 6. ad. l. Iul. pecul. declarantur. num. 17
Sacrilegij pœna iure pontificio in vtroque foro quæ esset, tam in clericis quam in laicis. num.18
C. conquesti de sent. excom. declaratur. num. 19
Sacrilegij pœnæ regio iure quæ sint. num. 20

1 CVM grauius multo sit diuinam, quam humanam lædere maiestatem ca. vergentis de hæreticis, rectè significauit Consultus in. l. 2. ff. ad l. Iuliam maiestatis grauius esse sacrilegium læsæ maiestatis crimine, & in expresso docuit Ludouicus Montaluus de reprobatione sententiæ Pilati num. 64.
2 Dicitur autem sacrilegium, quasi rem sacram lædere, vel legere, teste D. Isidoro lib. 10. etymologiarum cap. 18. Diuo Thom. 2. 2. quæstione. 99. artic. 1. Montalto vbi supra nu. 50. Legere enim aliquãdo furari significat, vt tradit Seruius in ecloga Virgilij. 9. Prateius de verbis iuris. versicu. sacrilegi sunt. Indeque inter plures sacrilegij diffinitiones, quas cumulauit gloss. in ca. sacrilegium 17. quæstione. 4. Verior, & receptior est, quod sacrilegium sit sacræ rei violatio, vel eiusdem vsurpatio, quam probauit D. Thom. 2. 2. quæstione. 99. articulo. 1. Syluester in summa verbo sacrilegium Pau. Grillandus de pœnis omnifariam coitus quæstione. 1. num. 5. Bernard. Diez in practica ca. 87. & ibi Salzedo additione 1. & recte Paul. in. l. sacrilegij. 9. ff. ad l. Iuliam peculatus, scripsit ad sacrilegium con-

considerandum esse, an res sacra sit, vt declarat Pet. Greg. lib. 33. syntagmatum ca. 14. in principio.

3 Ex qua diffinitione deducitur primo sacrilegiũ cõmittere, qui virginem Deo dicatã carnaliter cognouerit, corrumpit enim rem sacram ca. impudicas. 2. quæstione. 1. l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cleri. glo. in virginibus. 27. q. 1. D. Th. dict. q. 99. artic. 3. ad tertium, Bal. in l. si nondum. C. de furtis, Grillandus dict. q. 1. nu. 4. & 10. Ber. Diez vbi supra Menoc. de arbitrarijs casu. 389. nu. 22. Et de huius sacrilegij pœnis egimus iam supra ca. 5.

4 Secundò deducitur eum quoque, qui clericum læserit manus scilicet, in eum violẽtas inferendo sacrilegium committere cap. si quis suadente. 17. quæstione. 4. docet Bald. in dict. l. si nondum Berna. Diez dict. cap. 87. Menoch. vbi supra numer. 15. Imo hoc grauius est cæteris sacrilegijs secundum D. Thom. dict. quæst. 99. articulo. 3. Grillandum dict. quæstio. 1. num. 9. Imo etsi læsio non fieret in persona clerici, sed in vestibus, puta eas lacerando, idem esset admittendum ex glos. in dic. ca. si quis suadente, recepta cõmuniter ex Inno. in ca. nuper. de sententia excommunicati. Bar. in l. 1. §. hoc autem. ff. de noui operis nũtia. Marsilijs singulari. 188. Menoc. vbi sup. num. 107. Hic autem sacrilegus punitur iure ciuili pœna capitis l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cleri. ca. in primis. §. si quis. 2. q. 1. Et nouiori iure exilij pœna ordinaria est, nisi alij qua in percussione concurrant, puta, quod diuina celebrẽtur, quod sit in Ecclesia, & quod diuinũ officium perturbetur, vt ex autẽtica, sed nouo iure. C. de episco. & cle. docuit ibi Bal. receptus ex Menoch. vbi supra num. 15.

5 Iure autẽ pontificio verberans vel vulnerans clericum ipso iure, est excommunicatus, neque absolui potest, nisi à Romano Pontifice dict. cap. si quis suadente. 17. quæst. 4. cap. nõ est dubium, cum sequentibus de sententia excommunicationis, cap. religioso, cap. eos qui, cap. cum quis, eodem titulo li. 6. l. 4. titulo 9. partit. 3. declarat eleganter Nauar. in Manuali cap. 27. num. 76. Didacus Perez in l. 1. titulo. 3. li. 1. ordi. armenti, columna 104. vers. priuilegiatus etiam. Hodie autem ex priuilegijs concessis per bullam cruciatæ potest sacrilegus à quocunque sacerdote absolui, & iure communi ab episcopo

pluribus

pluribus casibus absolui potest, quos refert text. & gloss. in ca. mulieres de sententia excommunicationis, & ibi communis, Nauarr. vbi supra num. 88.

6 Sed quia pœna excommunicationis spiritualis est ca. nemo contemnat. 11. quæst. 3. sacrilegus autem spiritualia contemnit, inductum est, pœna quoque pecuniaria mulctari, vt citius resipiscat ca. quisquis inuentus 17. quæst. 4. Et ita in Ecclesiasticis tribunalibus obseruari testatur D. Tho. dict. quæst. 99. art. 4. Salzedo in additionibus ad Ber. Diez dicto cap. 87. additione. 1. in fine.

7 Aduertas autem, quod etsi sacrilegij crimen mixti fori sit ca. cum sit generale de foro competenti, l. 7. titulo. 5. libr. 1. fori. l. 10. titulo. 18. part. 3. ideoque possit Ecclesiasticus vel secularis Iudex ex præuentione cognoscere secundum Abba. in dicto capit. cum sit generale num. 27. vbi communis decisio Pedemontana 103. num. 7. Clarus libr. 5. sententiarum. §. fina. quæst. 37. Montaltus vbi supra à nu. 52. tamen in hac specie sacrilegij, de qua loquimur solum Ecclesiasticum punire posse sensit gloss. verbo, ab Ecclesia in autentica, item nulla. C. de episco. & cle. sequitur Bar. in l. 1. num. 44. C. de summa Trini. Maranta in speculo aduocatorum 6. part. num. 141. Sed ex generalitate dict. ca. cum sit generale, verius multò mihi videtur, & hoc casu mixti fori esse, vt aduertit Clarus vbi supra. Guido Papæ decis. 562. num. 3.

8 Illud tamen non negabo, quod etsi secularis iudex super crimine processerit, laicumque códemnauerit, poterit de nouo Ecclesiasticus contra eum propter sacrilegium procedere ad pœnas canonicas sacrilegij, teste Couar. li. 2. variarum ca. 20. num. fina. decisio Pedemontana 103. num. 7. Quæ sententia non solum habet locum, quando secularis solum de crimine principali pronunciauit, Sed & quando laicum de sacrilegio puniuit: vt receptum apud Ecclesiastica tribunalia testatur Salzedo vbi supra litera B. versiculo, alij vero, licet contrarium defendant Socinus in ca. postulasti nu. 16. de foro competenti. Rolandus Valle consilio. 24 num. 13. lib. 2.

9 Tertio ex prædicta diffinitione deducitur, quod cum omnibus Ecclesijs & locis sacris in eorum fauorem, & debitam reuerentiam hoc priuilegium concessum sit, quod nullus pos-

sit

sit inuitus cuiuscunque criminis reus etiam à proprio iudice ab inde extrahi, l. 1. & sequentibus. C. de his, qui ad Ecclesias confugiunt. cap. inter alia de immunitate Ecclesiarum capit. miror, cap. reum. 17. q. 4. exceptis tamen nonnullis, qui hoc priuilegio non gaudent, quos recenset text. in dict. capit. inter alia, & in cap. fina. de immunitate Ecclesiarum l. 3. & 4. titulo. 11. partita. 1. l. 3. tit. 2. lib. 1. recopilatio. Couar. lib. 2. variarum cap. 20. Ber. Diaz in practica cap. 123. & ibi Salzedo. Remigius de Goni de immunitate ecclesiarum prima fallentia cum sequentibus Clarus libr. 5. sententiarum. §. fina. quæstio. 30. Quesada quæstionum iuris capit. 1. Azeuedo in dict. l. 3. & fina. li. titu. 2. libr. 1. recopila. D. Paz in praxi primo tomo capit. 3. §. 3. per totum, & huius immunitatis originem eleganter tradiderunt Remigius vbi supra Calepinus in dictionario, verbo asylum, Cortasius li. 5. miscellaneorum cap. 23. Ioannes de Vischis in tractatu de immunitate ecclesiæ num. 70. Si Iudex secula. de facto inuitum extrahat de ecclesia, quia locum ipsum sacrum lædit eius immunitatem corrumpendo, committit sacrilegium capit. frater, cap. quis quis 17. quæst. 4. l. 4. titu. 11. part. 1. docent Bald. in l. si nondum C. de furtis, Grillandus vbi supra quæst. 1. num. 4. Ideoque poterit ab eccles. Iudice puniri ex Ioanne de Vischis vbi supra numer. 2. D. Paz dict. §. 3. numer. 15. & probatur in dict. cap. miror. De iure autem ciuili punitur pœna vltimi supplicij l. fina. C. de his, qui ad ecclesias confugiunt, vbi communis. Ioannes Igneus in repetitione legis primæ in principio num. 42. ff. ad Syllania. De iure autem canonico quod in hac reseruandum est, alia pœna imponitur, videlicet, excommunicationis, quo vsque reum ecclesiæ restituat dict. cap. maior & pecuniaria. 30. librarum argenti, & restitutione damni dict. cap. quis quis 17. quæst. 4. & publica pænitentia capitulo si quis contumax, eadem causa & quæstione. Docent Abbas in dict. cap. penultimo, columna fina. de immuni. eccle. Magnerius in l. nemo de domo num. 29. ff. de regulis iuris. Ioannes de Vischis vbi supra nu. 65. D. Paz dict. §. 3. num. 16. & approbantur de iure Regni in l. 4. titu. 11. parti. 1. & hodie in concilio Tridentino sessione. 25. ca. 20. de reformatione.

10 Aduertas autē, quod pœna illa pecuniaria applicanda est

Ecclesiæ à qua extractus fuit criminosus argumento capituli si quis in atrio.17.quæst.4.& docuit in expresso glos. in capitulo sacrilegium & in dict. capitulo si quis contumax, eadem causa & quæstione sequuntur Archidia. ibi & Ioann. de Vis. numer.66.

Secundo aduertas, quod quia Ecclesia raro exigit illam pœnam pecuniariam per desuetudinem perdidit ius eam exigendi, vt firmat glos. verbo connubio. in c. cum multæ.15. quæst. vltima recepta cõmuniter ex Claro dict.§.fina. q. 30. num.1. Paz & Ioan. de Vis. vbi supra.

11 Vnde glos. in dict. ca. si quis contumax affirmauit pœnam in hoc crimine esse arbitrariam, & Hostiensis in summa hoc titul.§. qua pœna, & Archidia. in dict. ca. quisquis. Quorum opinio vera est quoad quantitatem cõdemnationis: nã cũ in dict. capitulo quisquis imponatur pœna triginta librarum argenti, & in dict. ca. si quis contumax nongentorum solidorum, poterit Iudex arbitrari.

12 Cum enim iura varias pœnas imponunt optio datur Iudici, vt notat Abbas in c. at si clerici. §. de adulteriis, de iudiciis, & in ca.2. in fine de cohabitatione clericorum & mulie.

13 Tertio aduertas quod etiam hodie aliquando imponitur pœna publicæ pœnitentiæ, quam inducit tex. in dict. capitulo, si quis contumax. contra seculares Iudices. Et licet olim plures solemnitates obseruarentur in publica pœnitentia, quas omnes recenset text. in ca. in cap. 50, distinctione, tamen hodie hæc pœnitentia Iudicibus imponitur, vt dum res sacra celebratur, ipsi assistant nudis pedibus sine pallio & manibus lucernam tenentes, sed raro id patiuntur supremi Iudices, nisi propter magnum & notabile scandalum.

14 Quarto ex prædictis deducitur sacrilegium committere eum, qui rem sacram de loco sacro fuerit furatus l. sacrilegii. 9.ff. ad l. Iuliam peculatus, capitulo quis quis 17. quæst. 4. glo. in capitulo sacrilegium, eadem causa & quæst. Imo hoc proprie esse sacrilegium probat eiusdem etymologia supra relata, & diffinitio Consulti in dict. l. sacrilegii & docent Bart. in l. Diui num.1.ff. ad l. Iuliam peculatus, Meno. de arbitra. casu. 389. num.2. & plures ex infra referendis. Sed an idem sit, si res profana è loco sacro surripiatur à Doctoribus controuertitur, & diuer-

& diuersum esse probat tex. in. l. Diui. ff. ad. l. Iuliam pe- culatus & contrarium tex. in capitulo quisquis. 17. quæst. 4. Vnde crebrior sententia fuit differentiam constituentium inter ius ciuile & canonicum, vt illo attento sacrilegium nō sit. Ex iure autem canonico sacrilegij pœnæ locum habeant, ita glos. in dict. capitulo quisquis. & in dict. l. Diui & in. l. si nondum C. de furtis sequuntur Bar. Bal. & Salicetus ibi Grillandus dict. quæst. 1. numer. 5. Clarus lib. 5. sententiarum. §. sacrilegium numer. 1. Meno. vbi supra Bosius in practica tit. de sacrilegijs in principio. Iacobus de Belo visu in practica rubrica de furtis & latronibus numer. 46. Hieronymus Zanetus de differentijs vtriusque iuris num. 128. Sed ego verius esse existimo nullam in hoc casu fuisse ciuilis & pontificij iuris differentiam, sed sine vlla distinctione semper sacrilegium committi.

Idque vt sentiam moueor primo autoritate Ciceronis lib. 2. de legibus, vbi hæc verba habentur. Sacrilego pœna est neque ei soli, qui sacrum abstulerit, sed etiam ei qui sacro commendatum. Secundo ex l. vt facta. 16. §. locus. ff. de pœnis vbi Consul scripsit locum facere vt idem vel furtum vel sacrilegium sit. Et ita contra cōmunem alijs rationibus tentauit Cuiacius li. 13. obseruationum ca. 19. Pet. Gre. li. 33. syntagmatū cap. 14. n. 8. & apud nos hæc opinio certa est ex l. 10. titu. 18. partita. 7. Et generali consuetudine receptum esse, vt omnis sacrilegus, siue rem sacram de loco sacro, siue non sacrā de loco sacro subripuerit, semper puniatur pœna mortis tradidit Iodocus in practica cap. 11. n. 6. Cla. dic. §. sacrilegium n. 1.

15 Neque obstat tex. in dict. l. Diui, qua mouetur communis quia quod ibi scribitur furti non sacrilegij actionem esse, intelligendum est, quo ad repetitionem competentem priuato, cuius res subtracta fuit, quo ad punitionem enim delicti & publicam emendationem non negat ibi Consultus sacrilegiū committi. Et eadem interpretatione accipiendus est tex. in l. si nondum C. de furtis. Ex qua opinione apparet, quod cum res ipsa sacra, vel locus sacer sufficiat vt dicatur sacrilegium, idem quoque esse admittendum, si res sacra de loco non sacro surripiatur, vt probat text. in dic. capitulo quisquis & docent Doctores vbi supra.

16 Puniuntur autem hoc sacrilegium committentes seuerissime iure ciuili, mortis scilicet pœna l. sacrilegij 9. ff. ad legem Iuliam pecula. l. aut facta. 16. §. locus. ff. de pœnis l. 1. in principio. ff. ad. l. Iuliam maiesta, iunctis his, quæ supra cap. 21. diximus docent glo. & Bar. in dict. l. sacrilegij, glo. verbo sacrilegij in cap. felicis de pœnis lib. 6. Ludoui. Montaltus in tractatu de reprobatione sententiæ Pilati dubio. 1. num. 63. Bossius dict. titulo de sacrilegijs numer. 6. Anto. Gomez 3. tomo variarum cap. 5. num. 11. Ex quibus apparet falsam esse opinionem Meno. dict. casu. 389. num. 4. Clari dict. §. sacrilegij nu. 4. Pe. Grego. dict. lib. 33. cap. 14. existimantium hoc iure sacrilegij pœnam esse arbitrariam.

17 Neque obstat tex. in l. 4. §. mandatis, & in. l. sacrilegij. 6. ff. ad l. Iuliam pecula. quia quod ibi scribitur Iudicem posse arbitrari interpretandum est circa genus mortis, & modum illius pœnæ: poterit enim vel ad bestias damnare vel viuos comburere, vel furcis suspendere. Quæ interpretatio euidenter probatur in dict. l. sacrilegij. 6. ibi *& scio multos etiam*. Ex æquitate tamen licebit Iudici propter minimum rei valorem, vel delinquentis minorem ætatem mitiorē pœnam imponere, ex Boerio decisione. 254. Meno. vbi supra n. 6. Cla. dict. n. 4.

18 Pontificum autem iure in foro pænitentiali seuera pænitentia puniuntur, quam refert tex. in cap. de viro 12. q. 2. In foro autem contentioso pœna excommunicationis ferendæ puniuntur, vt constat ex canone. 71. Apostolorum dict. capitulo, quisquis, capitulo indigne 12. q. 2. docet Abbas & communis in capitulo fina. de furtis. Nam licet is qui sacrilegium in personam committit, sit excomunicatus ipso iure vt supra, tamen is qui id committit in rem non est excomunicatus glo. in dict. capitulo: sacrilegium Montaltus vbi supra in principio num. 16.

19 Neque obstat tex. in capitulo conquesti de sententia excomunicationis, vbi iubentur denuntiari & sic præsupponitur quod sint excōmunicati capit. pastoralis. §. verum de appella. quia ibi agitur de his, qui cum effractione res ecclesiæ surripuerunt: cū enim hæc duo concurrunt sunt ipso iure excōmunicati, vt docet Nau. in manuali c. 17. n. 95. & c. 27. n. 97 Salzedo in additionibus ad Ber. Diez dict. cap. 87. littera D.

Item

Item sunt infames, capitulo infames. 6. q. 1. & pecuniaria pœna mulctantur dict. ca. quisquis, & perpetuo carceri aut exilio mancipantur, capitulo attendēdū 17. quæst. 4. In clericis autem est crimen dignum depositione ab ordine & beneficio, vt docet Bonacosa in communibus opinionibus versiculo sacrilegium impertinenter ad id allegans Socinum in capit. Ecclesia num. 45. de sortilegijs. ibi enim non sacrilegos, sed sortilegos deponendos esse tradit. Potest tamen probari eius doctrina ex sententia Abbatis in capitulo tuæ, de pœnis à nobis suprà relata & probata in capitulo de falsa moneta.

20 Regio vero iure in alijs speciebus sacrilegij pœna arbitrio Iudicis imponenda est, attenta qualitate personæ, conditione rei status & ætatis ex. l. 12. titu. 18. par. 1. In eum autem, qui rem non sacram de loco sacro abstulerit pœna imponitur triginta librarum argenti ipsi loco applicanda, dominoq; rem ipsam & nouem plus restituere debet le. 10. titu. 18. par. 1. In eum autem qui rem sacram de loco sacro furatur, mortis pœna imposita est ex. l. 18. titu. 14. part. 7. quam apud nos sine aliqua distinctione, an res sacra magni, vel parui valoris sit practicari testantur Greg. Lopez ibi glos. 9. Anto. Gom. 3. tomo variarum capitulo quinto numero. 11.

De Sepulchro violato Caput trigesimumprimum.

Summarium ad caput trigesimumprimum.

Sepulchra violare sacrilegij species est. num. 1
Sepulchrum quis locus dicatur & vnde ita nominetur. num. 2
Sepelire mortuos vel vrere in vrbe cur. l. duod. tab. prohibitum. num. 3.
Sepulchrorum cura & religio maxima apud Romanos. num. 4
Debitorum cadauera à creditoribus pro debitis quantumuis liquidis & paratam executionem habentibus, detineri non possunt. nu. 5
Iusta & funera mortuis facientes, in ius vocari non posse, num. 6. & cur funeralia sacrificia Iusta dicantur. num. 7
Funeralia sacra olim nouem diebus durabant, & qualiter fierent. n. 8.

1 AD sacrilegij crimen pertinere videtur sepulchrorum, & sepultorum, rerumque, quæ eorum sunt, violatio l. 1. §. Pergit 5. C. de sepulchro violato.
2 Locus autem vbi cadauer, ossave hominum sepulta sunt sepulchrum appellatur, teste Festo Pompeio li. 16. de lingua Latina, ex eo sic dictum, quasi seorsum à pulchro propter fœtorem, qui illo concluditur.
3 Qua ratione verosimile est legem duodecim tabularum his verbis, *Hominē mortuum in vrbe ne sepelito, neue vrito*, vt referūt

Alexãder ab Alexãdro libro sexto dierum cap.14.& ibi Tiraquel.littera G. Ant. Aug. libro singulari de ll.ad. ll.12.tabularũ.l.44.prohiberi e Romanos cadauera in vrbe sepelire,nõ vt Cicero putabat lib.2. de ll.propter ignis periculum probat l.3.§.Diuus.ff.de sepulchro violato l.mortuorum C.dereligiosis.Post modum tamen cineres eorum qui triumphassent summorumque ducum & Virginum Vestalium in vrbem ferri,& in foro condi licebat,vt testantur Alex. ab Alexand.vbi supra Plutarc. in problematibus capit.79.

4 Fuerunt autem Græci, & Romani in mortuis sepeliendis extruendisque sepulchris religiosissimi, vt constat ex Valerio Maxi.lib.1.capitulo de somnis & lib.5. cap. 4.Meno.de arbitrarijs casu 387.nume.3.& sequentibus.& merito: nam à Deo ipso laudantur cadauera sepelientes Geneseos cap. 23. & lib. 2. Regum cap.2. & Tobiæ cap.1.2.& 12.

5 Hinc iure ciuili inductum est, pro nullo debito detineri posse corpora à creditoribus, ne sepeliantur l.cum sit iniustum & autentica item qui.C. de sepulchro violato,quod praxi receptum est, quamuis debitum sit liquidum, etiam per instrumentum guarentigium ex l.13.titu.9.par.7.l.11.titu.16.lib.3. ordinamenti,& ibi Dida.Per.Guiller.Bene.in capitulo Raynutius verbo mortuo itaque el primero num. 56. Coua. lib.2.variarum capi.1. nu.10.Anto. Go. secundo tomo cap. 11. num. 55. Baeça de inope debitore num.19.Licet contrarium docuerit glo.in capitulo ei qui.§.si quis ausus.2.quæst.6.quã sequuntur Ange.in autentico vt defuncti seu funera.§.1.Felinus in capit. sicut Iudæi de Iudæis. Hippol.sing.199. imo hoc casu punitur l.Iulia de vi pub.l.qui cætu ff.ad l. Iuliam de vi Meno. dict.casu.387.n. 20.& casu.393.

6 Hinc etiam eodem iure inductum est,eos, qui Iusta mortuis faciunt in ius vocari nõ posse. l.2.in fine.ff.de in ius vocando Dicuntur autem Iusta facere qui exequias vel sacrificia pro mortuis faciunt.l.pro hærede.20.ff.de adqui.hære.

7 Funeralia enim sacrificia appellãtur Iusta quod iuste bis impendãtur,qui de nobis viuẽtes bene meruerũt,vt cõtra glos.in dict.l.2.docuit ibi Horosius n.19.Corra.lib.1. miscella ca.12, vel quod hæc solemnia à l.12. tabula. descenderent vt tradiderunt Berrucius, & Brisonius de verbis, Iuris verbo iusta.

8 Quia vero huiusmodi solemnia per nouem dies durabant, septem enim diebus cadauera domi seruabantur & calida abluebantur aqua, octauo autem die vt homines ad honestandas exequias conuenirent, euocabatur populus ad funus per præconem, nono vero condebatur, vt ex Seruio docet Ioan. Rosinus libr. 5. Romanarum antiquitatum cap. 29. Tiraquel, in adnotationibus ad Alex. ab Alex. libr. 6. dierum cap. 14. littera. C. secunda.

9 Nouiori iure tempus nouem dierum præfixum est, ne possint interim in ius vocari, autentico, et cum de appellatione cognoscitur. §. meminimus collatione 8. & in autentica sed neque. C. de sepulchro violato. actusque cum ipsis celebratus est ipso iure nullus, vt in dict. iuribus l. fina. titu. 13. par. 1. l. 13. titu. 9. par. 7. docent Ripa in tractatu de peste. titulo de remedijs præseruatiuis num. 104. Meno. vbi supra num. 22. Vnde apparet recte Accursium & recentiores in dict. l. 2. huiusmodi priuilegium ad familiares tantũ defuncti pertinere docuisse, & in persona hæredum vel vxoris tantum vel liberorum practicari testantur Albe. ibi & Corra. dict. cap. 12. n. 8.

10 Eadem quoque ratione apud eos sepulchra violare graue delictum fuit l. enim. 12. tabul. vt Cicero lib. 2. de ll. testatur, cautum erat. nequis sepulchra deleret, neue alienum inferret. Quam legem suis edictis, pœnis, constitutionibus Prætores & imperatores in dies auxerunt, vnde plures sunt huius criminis distinguendi casus.

Priorẽ, si quis in sepulchrum alterius cadauer deferat inuito domino l. 3. §. si quis in hæreditariũ ff. de sepulchro violato.

11 Fuerunt enim apud Romanos sepulchra vel omnibus plebeijs communia, vel familiaria, vel hæreditaria. l. 5. ff. de religiosis. familiaria dicebantur, quæ quis sibi familiæque suæ parauit, hæreditaria vero quæ sibi vel hæredibus dict. l. 5. & 6.

12 Ita & hodie licet Christianis sepulturæ in cõmuni fiant cœmeterio vel ecclesia, ibi tamen quædã loca sunt certis familijs, vel personis interdum designata, quæ alijs non possunt á sacerdotibus cõmunicari, vt docent Conradus Brunus lib. 4. de ceremonijs c. 2. Aug. Clauasius in suma, verbo sepultura n. 4.

13 Vnde effectum est quod licet quilibet habeat certam sepulturam (potest enim quilibet sibi eam eligere, etiam si vxor

fit capit.

ſit capitulo de vxore de ſepulturis, vel filius familias eodem titu.lib.6.)ſi tamen non elegerit in ſepulchro maiorum ſepeliri debet, capi. 1. de ſepulturis cap. vnaquæque. §. Ioſeph. 13. quæſt.2. docet eleganter Aſinius in dict.l. familiaria. ff. de religioſis. Medices in tractatu de ſepulturis quæſt.7.&.8.

14 Et inde ſi quis in alienũ ſepulchrum cadauer deferat ipſum violare dicitur. Videtur enim mortuus iã antea ſepultus alterius ſepultura in poſſeſsione ſui loci turbari, quia naturaliter ad mortuũ pertinere videtur locus, in quẽ infertur l.ſcriptus. ff.de religioſis.

15 Vnde punitur pœna pecuniaria, & tenetur in factum actione ad precium loci. l. 2.§.prætor ait l. is qui intulit, l.finali. §. 1. ff. de religioſis. Medices vbi ſupra quæſt. 17. Attamen dominus ſepulchri non poterit propria auctoritate cadauer ab alio illatũ effodere, vel eruere ſine Põtificis decreto, quod ſi fecerit iniuriarum actione tenebitur, vt in.l.oſſa.8. ff.de religio. Licet regulariter liceat domino iure ſuo tollere ab alio ædificatum l. quemadmodum ff.ad.l. Aquiliam.

16 Secundus caſus eſt quando quis cadauera ipſa veſtibus & alijs precioſis rebus ſpoliaret: ſciendum enim eſt moris fuiſſe antiquis non ſolũ apud gentes, ſed etiam apud fideles veri Dei cultores Reges & optimates precioſa quæque quæ in vita habebãt ſecũ poſt mortẽ in ſepulchris reponere, vt cõſtat ex Iob c.4.& ibi glo.ordinaria. Ioſepho li. 7. Iudaicarũ antiquitatum ca.16.& li.13.ca.15.& li.16.ca.7.& ex l.fina. §. fina. ff. de auro & argento lega. Quem morem improbat Vlpianus in l.& ſi quis 14.§.funeris ff.de religioſis l.ſeruo alieno §.fin.ff.de lega.

17 Hodieque propter ſacerdotalem dignitatem ſacerdotes, epiſcopi & primates cum veſtibus ſunt ſepeliendi iuxta glo.& Doctores.in capitulo nemo per ignorantiam de conſecratione diſtinctione prima Abb.in quæſt. incipiente, Sempronius clericus num. 8. Aſinius in dict. §. funeris num. 11. Quod tamen laicis interdictũ eſt ex dict. capitulo.nemo, & docet Ange.in l. 1. num. 2. C. de his, quæ pœnæ nomine. Medices in tractatu de ſepulturis quæſt.28. Qui igitur hæc ornamenta mortuis ſuſtulerint merito ſepulchra violare dicuntur, & ſi vi faciant puniũtur pœna mortis, ſi autem ſine armis vſque in metallum l.3.§.aduerſus ff.de ſepulchro violato doce Menoc. dict.

casu.387.num.13.Medices vbi supra quæst.14.num.6.Ripa in tractatu de pelle insul.de remedijs præseruatiuis num.115.quæ pœna iure regni approbata est in l.12.titu.9.par.7.Solum hoc immutato,quod de iure communi quando sine armis fit spolium pœna est arbitraria vsque ad metallum,vt in dict.§. aduersus,dictio enim, vsque stat exclusiue vt docet Meno. de arbitra.lib.1.quæst.80.num.92. De iure vero regni est certa pœna damnatio,scilicet ad opus publicum.

18 Tertius casus est,quando eo animo cadauera effodiuntur & à sepulchris eruuntur,vt aliqua iniuria & contumelia afficiantur,tunc enim præter quam quod permissum est hæredibus iniuriarum agere l.1.§. quoties.ff. de iniurijs,& diximus supra ca.de iniurijs committitur hoc crimen de sepulhro violato & humiliores vltimo supplicio afficiuntur, honestiores vel deportantur,vel relegantur l.fina.ff.de sepulchro violato.& nouiori Constantini constitutione in l.4.C. eodem tit. pœna decem pōdō auri indicta est,quæ simul cum pœna corporali prædicta imponenda erit,siue quod per nouam ab statuto indictam non videtur à priori iuris communis recessum, vt docuit Bar.in l.1.in fine.ff.de vi bonorum raptorum,Abbas in ca.de causis num.14.Beroius num.75.de officio delegati Meno.de recuperanda remedio 9. num. 169. & sequentibus siue quod id ea l.expressum est in versiculo,nihil enim,vt placuit Meno.dict.remedio.9.num.375.& dict.casu 387.num. 14.Iure autem Regni ex dict.l.12.titu.9.par.7.plebeij hoc committentes crimen mortis pœna plectuntur, nobiles vero quos *hijos de algo* in exilium perpetuum mitti debent.

19 Quartus casus est quando sepulchrorū ædificia demoliūtur,vel lapis sepulturæ impositus aufertur:tunc si serui ignorante dominio id faciant metallo addicūtur,si vero domini autoritate,vel iussione relegantur l.2.C.de sepulchro violato.liberi autem humiliores morte mulctantur,honestiores verò in metallum dantur,vel relegantur, dict. l. fina. ff. de sepulchro violato,quam & hoc casu obtinere interpretantur Meno. dic. casu 387.num.15.Medices intractatu de sepulturis q.14.num. 8.Quod si lapis,vel quid aliud de sepulchro detractum in villam deferatur,vel in ædificio ponatur, villa vel ædificium publicatur,dict.l.2.Iure autem Regni ex l.12.titu. 9. part. 7. hæc

pœna

pœna temperata est, ædificia enim lapidibus sepulchrorum structa fisco vindicantur, nulla tamen corporalis pœna imponitur, sed decem librarum auri, nisi has exoluere non possint: tunc enim in perpetuum exulant, vt ibi bene aduertit Gregorius Lopez.

20 Aduertas autem primo, hæc omnia obtinere, quando de hoc delicto agitur criminaliter, secus verò si agatur ciuiliter, id est ad pœnam pecuniariam, quod iure permittitur l. de sepulchro.ff.de sepulchro violato, tūc enim si agat is, cuius interest, sepulchrum non violari, in quantum æquum prætori videbitur condemnatio fiet l.3.in principio.ff.de sepulchro violato: si vero agat is, cuius nihil interest, est enim hæc actio popularis dict.l.3.§.fina.si simpliciter sepulchrum violatum probetur in centum aureos violator condemnabitur, dic.l. 3. §. si nemo, si verò in loco sepulchri ædificauerit simile ve quid egetit, ducentorum aureorū pœna mulctabitur, dict. l. 3. §. si quis in sepulchro, sed iure regni pœna centum aureorum indistincte approbatur, in dict.l.12.titu.9.par.7.

21 Secundo aduertas prædictas pœnas cessare, si violatio sepulchri fiat in eos, qui de iure sepeliri prohibentur, vt constat ex traditis à Meno.dict.casu.387.num. 26. Medices dict. quæst.14.in fine.

22 Cum enim in pœnam denegari soleat sepultura, docet Petrus Greg.lib.31.syntagmatum ca. 27. num. 10.& libr. 32. cap.29.num.1.& sequenti. Plures casus, quibus quis sepeliendus non est, refert glos.in cap.ex parte.de sepulturis, &, ibi Doctores text.in clementina.1.de sepulturis Couarr.lib.2.variarum cap.1.num.11. Franciscus Pamuinus in tractu de visitatione quæst.2.2.partis num. 57. Selua in tractatu de beneficio.1.parte quæst.5.num.108. &.112. Nicolaus Plobinus in tractatu de excommunicatione num. 14. Florentinus eodem tractatu. cap.33.per totum Ant.Gom.3.tomo variarum ca.fina.num.8.præcipuus tamen est, quādo quis decedit in torneamentis, capitulo primo, de torneamentis, quod ad eos quoque extensum est, qui decedunt in duello, quod appellamus *desafio* in Concilio Tridentino sessione.25.capitul.9.de reformatione, vel moriuntur in agitationibus taurorum, ex motu proprio Pij Quinti relato inter motus proprios folio.75.&

N 5 307.Al-

307. Alter casus est quando sententia Iudicis vltimo supplicio reos condemnantis expresse continetur, vt eorum cadauera ad tempus, vel in perpetuum in loco publico suspensa & insepulta maneant, hoc enim permittitur Iudici, vt notant Couarr. & Anto. Gomez vbi supra. regulariter tamen punitorum cadauera tradenda sunt sepulturæ capitulo quæsitum. 13. quæst. 2. glos. verbo pœnitentiæ in clementina. 1. de pœnitentijs & remissio. l. fina. ff. de cadaueribus punitorum l. fina. titul. 31. par. 7. etiam si exusti sint, ossa enim & cineres collecta sepulturæ tradi possunt l. 1. versiculo fina. ff. eodem titu. neq; obstat text. in capitulo placuit 23. quæst. 5. quia loquitur de cadaueribus punitorum impœnitentium.

De Simoniæ pœna Caput trigesimumsecundum.

Summarium ad caput trigesimumsecundum.

Simoniæ crimen grauissimum, & an simoniacus hæreticus dici possit. num. 1.

Simoniaci, à Simone Mago dicuntur, & quia illius sectam & opinionem videntur probare, aliquando hæretici vocantur. nu. 2

Spiritualium rerum venditio, ante Simonem Magum iure diuino prohibita. num. 3

Simonia an & quo respectu à Romano Pontifice possit incurri. n. 4

Simonia an committatur in curia Romana. num. 5.

Simonia non incurritur Romæ, dum pro beneficijs, coadiutorijs & alijs similibus rebus, pecuniæ petuntur, & quare. num. 6

Simoniam an incurrat Pontifex dum pro dispensationibus pecunias accipit, & quid in alijs prælatis? & explicatur Concilij Trid. locus sess. 25. c. 18. num. 7

Simoniæ diffinitio. num. 8

Simonia est non solum vendere, verum & quodcumque pactum non gratuitum in traditione rei spiritualis apponere. num. 9

Simoniæ species triplex & de vnaquaque earum num. 10

Simonia mentalis an incurratur quando amicitiæ aut consanguinitatis ratione, vel famulis salarij loco dantur beneficia? & an ea ipso

ipso iure vacent.num.11.& quid si tales benemeriti sint. nu.12
Simoniacus est qui alicui cum confidentia beneficium dat, & quid sit confidentia? num.13
Simonia conuentionalis quæ dicatur.nu.14.& quæ realis.num.15.& ibi an contra simoniacum conuentionalem habeant locum pœnæ à iure simoniacis impositæ.
Simoniæ pœnæ antiquo & nouo canonum iure.16.&.19
Extrauag. Cum detestabile, de simonia declaratur.nu.17
Simoniam in ordinibus dandis, vel recipiendis qui,& quando committant?& de eorum pœnis.nu.18.&.22
Simoniaci beneficijs priuantur,& an ante sententiam declaratoriam ea dimittere debeant?n.19.
Lex pœnalis ad pœnã in animæ foro ante sententiã non obligat.n.20
Simoniaci & antea adeptis, & per simoniam adquisitis beneficijs priuantur & de modo priuationis.num.21
Simoniaci, ab ordine suspenduntur, & ante pœnitentiam celebrantes irregulares sunt.num.23
Simoniæ crimen merè ecclesiasticum est & ideo laici illius rei ecclesiasticum sortiuntur iudicem.num.24

1 INTER grauiora delicta imputari solet simoniæ crimen ca.fin.de purgatione canonica. imo cæteris omnibus esse detestabilius probat text.in ca.fin.1.quæst.7.ca,sicut.ca.licet Heli. de simonia.continet enim in se hæresis crimen, quia in hoc quod quis vendit donum Spiritus Sancti quodammodo affirmat se esse dominium spiritualis doni,quod est hæreticum, vt docet D. Thom.2.2.quæst.100.artic.1.ad primum. Et hoc sensu sæpe apud nos simonia appellatur hæresis in ca.quicunque. capitulo qui studet,capite cum liqueat,capitulo presbyter.1.quæst.1.capitulo quoties.capitulo sicut, de simonia. Sed ego verius esse existimo simoniacum non posse hæreticum appellari,nisi censeat licere sibi emere,vel vendere ius spirituale, docet Abb. in dict.c.licet Heli.columna penultima Ioannes de Licier.lib.r.3. de primogenitura quæst.7.nu.8.Neque obstant illa iura,in quibus simonia appellatur hæresis,quia hoc nomen hæresis propriè sumitur pro secta, vel opinione diuersa, vt diximus in ca. de hæreticis,in principio.

2 Vnde

2 Vnde quia qui vendũt, vel emunt iura spiritualia sequũtur sectam & opinionẽ Simonis Magi qui Spiritũ sanctũ numerata pecunia emere tentauit, vt patet ex actibus Apostolorum c. 8. dict. capitulo qui studet. capitulo saluator. 1. quæst. 1. dicuntur hæretici, id est, sectatores illius opinionis, & inde ab ipso Simone auctore huius erroris appellantur simoniaci dict. capitulo qui studet docent summistæ verbo simonia. Laurentius Valla li. 4. elegantiarum ca. 19. Meno. de arbitrarijs, casu. 401. nu. 20. Pet. Greg. lib. 32. syntagmatum c. 13. in principio.

3 Sed licet primus post Christi aduentum Simon ille Magus hoc tentauerit crimen, tamen rerum spiritualiũ venditio iure diuino antea prohibita fuit, vt constat ex pluribus sacræ scripturæ autoritatibus à D. Tho. relatis dict. quæst. 100. art. 1.

4 Vnde constat & ipsum Romanũ Pontificem simoniæ crimen committere posse, vt testatur D. Tho. dict. artic. 1. in fine, iuris enim diuini prohibitionibus tenetur capitulo sunt quidã 25. q. 1. Quod vt perfectius intelligas aduertas, quædam esse prohibita, quia simoniaca vt sacramenta vendere, quædam vero esse simoniaca, quia prohibita vt pactum apponere in renuntiatione beneficij. Si itaque Papa faciat ea quæ sunt prohibita quia simoniaca non excusabitur à crimine simoniæ, si vero faciat quæ sunt simoniaca, quia prohibita, immunis erit à crimine, vt docuit glos. verbo, dimittere in capitulo ex parte el. 1. de officio delegati, & verbo illicite in capitu. cum pridem de pactis & vtrobique Doctores Abbas in ca. 1. nu. 5. de simonia. Villadiego in tractatu de legato q. 15. num. 34. Soto libr. 9. de iustitia & iure quæst. 5. arti. 2.

5 Vnde falsa est doctrina Bart. in l. Barbarius Philippus colũna. 2. ff. de offi. prætoris & aliorum, quos referunt Romanus in additionibus ad tractatum de potestate Papæ, num. 7. Franciscus Pambinus in tractatu de visitatione. q. 4. 2. partis num. 9. Quod scilicet in curia Romana, non committitur simonia ex l. vnica, ff. ad legem Iuliam, de ambitu. Sed pro doctrina Bart. facit frequens & assidua Romanæ curiæ consuetudo exigendi grandem pecuniæ quantitatem pro habenda resignatione, coadiutoria, aut noua gratia alicuius beneficij ecclesiastici, neque potest dici quod autoritas Papæ excusat à simonia, vt voluit in proposito Hostiensis in ca. 1. de simonia, Pambinus

vbi

vbi supra num.8. quia id obtinet in his, quæ sunt simoniaca, quia prohibita, conferre autem beneficia accepta pecunia, si habent vsum clauium, aut exequutionem alicuius ordinis est prohibitum, quia simoniacum, vt docet Abbas Siculus in dict. ca.1. & in capitulo extirpandæ. §. qui verò de præbendis. Villadiego vbi supra num.36. D. Thomas dict. q.10. artic.4.

6 Vnde resoluendum est, optimo iure posse pecuniam pro prædictis rebus in curia exigi, absque labe simoniæ. Bonifacius enim 9. primus omnium statuit annatam soluēdam ab his, qui beneficia à sede apostolica impetrant, vt videlicet is cui de beneficio excedente valorem annuum viginti quatuor ducatorum auri de camara prouidetur, dimidium valorem annui beneficij impetrati soluat fisco apostolico, vt refert Platina de vitis Pontificum, sub Bonifacio IX. quam constitutionem sequentes Pontifices confirmarunt, & iustissimam esse probant Gomecius in regula cancellariæ, de exprimendo valore numer.6. Ioann. Echius in libello, qui inscribitur enchiridion locorum communium contra Lutheranos tit. de annatis, Gigas de pensionibus q.26. Et inde pecunia, quæ cameræ apostolicæ soluitur non datur pro titulo, & gratia beneficij, quòd esset simoniacum, sed pro annata, quæ ex summorum Pontificum constitutionibus præstanda est pro quolibet beneficio, vt diximus, indeque curiales hanc exactionem vocant compositionem.

7 Ex quibus deducitur interpretatio ad Concilium Tridentinum sessione 25. cap.18. de reformatione, vbi cautum est dispensationes, à quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, gratis esse præstandas. Quamuis enim aliquid accipere pro dispensatione sit simoniacum, tamen quia ideò est simoniacum, quia prohibitum prædicta concilij dispositio non comprehendet S. Ponti. qui absque labe simoniæ poterit in gradibus iure positiuo ad contrahendum prohibitis, accepta pecunia, aut alio temporali dispensare, cæteri autem inferiores, in quibus casibus dispensare possunt obseruare tenentur Tridentini decretum vsque adeo, vt neque pro receptione, & examinatione testium, neque approbatione informationis super narratione facta Pontifici super causis, ad dispensandum necessarijs, cuius verificatio committi solet locorū ordinarijs, liceat Episcopis, vel eorum vicarijs aliquid temporale recipere. Hûc

enim

enim casum sub dicto concilij decreto contineri declaratum fuit à congregatione Cardinalium contra vicarios Archiepiscopi Burgensis.

8 Definitur autem simonia magis communiter, vt sit studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel spiritualibus annexum pro temporali vel è contra: ita colligitur ex capitulo quicunque, capitulo qui studet. 1. q. 1. capitulo non satis capitulo cum ecclesia. de simonia. tradit glo. in rubrica eodem titulo & in summa. 1. q. 1. recepta cõmuniter secundum Doctores vtrobique Abba. in capitulo, nemo nume. 6. de simonia D. Tho. 2. 2. dist. q. 100. arti. 1. Victoria in relectione de simonia in principio num. 10. Syluest. & summistas verbo, simonia Sot. lib. 9. de iustitia & iure q. 5. ar. 1. Naua. in manuali cap. 23. num. 99.

9 Circa quam definitionem aduertendum est emptionis & venditionis verbum large sumi, non solum pro actuali, & vera venditione, verum & proquocumque pacto, vel cõuentione, vt in l. statu liberi. §. Quintus ff. de statu liberis Quodcunque enim pactum non gratuitum super spiritualibus afficit contrahentes vitio simoniæ, capitulo cum pridem, capitulo fina. de pactis capitulo quæsitum de rerum permutatione, capitulo nisi essent, de præbendis.

10 Est autem simonia triplex, mentalis, conuentionalis, & realis. Mentalis est, quæ tantum menti inest, neque ad actum exteriorem tacite vel expresse redacta est, de qua loquitur tex. in capitulo fina. de simonia. Et hæc licet mortale peccatum afferat nulla tamen ab ecclesia punitur pæna: nõ enim iudicat de occultis capitulo tua nos de simonia. & ideo sola pœnitentia remittitur dict. capitulo fina.

11 Ex his deducitur, quod licet simonia iudicetur conferre beneficium fauore, vel amore humano, siue proximitatis, seu cõsanguinitatis, habita ratione, capit. sicut nõnulli. 1. q. 1. capit. tua nos de ætate & qualitate cap. cum in eo. §. in omnibus in verbo, carnalitatem, vt ecclesiastica beneficia, tamen hæc simonia solum est mẽtalis. Ideoque licet beneficia per simoniã adquisita vacent ipso iure, & obtineri non possint, vt infra dicemus, tamen in hac specie, quia pœnæ contra simoniam mentalem indictæ non sunt, vt diximus poterit consanguineus

colla

collatoris iure optimo beneficia retinere, licet collator ipse peccauerit committendo simoniam mentalem, idemq; dicendum est, quando eo animo conferũtur famulis, vt loco sint salarij, vel vt debita stipendia remittant, & hoc casu committatur simonia dict. capitulo, sunt nonnulli capitulo, perpendit. 1. q. 3. non tamen inde inficitur collatio labe simoniæ, quia est solũ simonia mentalis, nisi deduceretur in pactum, vel conuentionem, quod famulus remittat stipendia, tunc enim esset simonia realis. Et ita interpretandus est tex. in dict. cap. sunt nonnulli. ideoque omnes pœnæ statim referendæ locum haberent eo casu.

12 Quod autem diximus simoniam committi, si beneficium proximo aut consanguineo cõferatur, quod ita intelligendum est, nisi semota humana affectione proximo conferatur idoneo, vt extraneo: quo casu magis laudãdus est, quã vituperandus collator capitul. non satis. 86. dist. glos. & Doctores in cap. 1. de cohabitatione clericorum & mulierum cap. filium. 1. q. 1. ca. dilectus. &. ibi Abbas notabili. 1. de præbẽdis. idem Abbas consilio 96. volumine. 2. quia cæteris paribus quis tenetur potius suis quam extraneis benefacere capitulo omnino 31. dist. capitulo non satis, nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed eam fouet & nutrit capitulo non æstimemus. 13. q. 2. Idemque in famulis admittitur, famulis enim dignis semota omni pactione vel renuntiationis spe non est improbatum beneficia conferre capit. cum in cunctis. de electione.

13 Secundo ex prædictis deducitur, quod licet confidẽtia, hoc est, conferre beneficia eo animo & conditione, vt is, cui collata sunt post certum tempus in fauorem alicuius renuntiet, dicatur simonia, vt constat ex motu proprio Pij Quinti, relato inter sanctiones apostolicas foli. 77. & folio. 112. & omnes pœnæ simoniæ relatæ, in confidentijs locum habeant, vt constat ex dict. motu proprio, licet confidentia simonia sit tantum conuentionalis, tamen si collator nihil cum recipiente conuenerit, sed ipse hac spe fretus ei beneficium contulerit solum committitur simonia mentalis, ideoque dictæ pœnæ locum non habent.

14 Conuentionalis autem simonia dicitur, quæ non solum mente retinetur, sed expresse, vel tacite cũm alio confertur,

neque

neque tamen effectum sortitur, saltem ex vna parte, vt declarat Naua. in manuali ca. 23. num. 104. vel quæ interuētu conuētionis committitur, cum simonia sit conuenire, vel pacisci in spiritualibus capitulo, cum pridem, capitulo fina. de pactis. & tunc si precium non interueniat, quia ex sola conuentione cōmittitur, dicitur simónia conuentionalis.

15 Realis verò simonia est, quæ vltra pactum vel conuentionem interuentu rei cōmittitur, accepta scilicet pecunia, aut alia quacunque re temporali pro spirituali. Ex his apparet simoniam conuentionalem vere & proprie esse simoniam, cum ei competat simoniæ diffinitio. Cum enim ratione pacti committatur & pactum succedat loco rei l. fundi partem. ff. de contrahenda emptio. videtur dari res temporalis pro spirituali. Vnde pœnas inferius referendas contra simoniacos conuentionales locum habere testantur Caietanus in summa verbo simonia, Soto lib. 9. de iustitia & iure q. 8. artic. 1. Rebufus in praxi. 3. part. titul. de simonia in renuntiatione numer. 9. Sed contrariam sententiam, imò prædictas pœnas non comprehendere simoniam conuentionalem, indeque si præcedente pacto expresso, vel tacito alter dat temporale, alter vero tradit spirituale vterque peccat mortaliter, & recipiens debet restituere pecuniam, neuter tamen incurrit priuationis, & excommunicationis pœnas contra simoniacos indictas, vt docent Nauarro in manuali ca. 23. num. 104. & in capitulo fina. nu. 2. & 28. de simonia & apud Rotam ita receptum fuisse probat Casiadorus decisione 5. de constitutionibus, Gom. in regu. cancellariæ de triennali possessore q. 12. num. 3. Couarr. in reg. peccatum 2. par. §. 8. num. 7. Et hæc sententia probatur in extrauagānti, cum detestabile, de simonia ibi, *dando e recibiendo*, quæ verba solum verificari videntur in reali simonia, cum vtriusque partis traditionem requirere videantur. Deinde quia cum lex illa sit pœnalis non debet extendi, vt pœna, quæ in reali simonia inducitur in conuentionali locum habeat.

16 Puniuntur autem simoniaci, primo quod spiritualia recepta tenentur resignare, temporalia vero restituere ca. si quis episcopus, c. presbyterum 1. q. 1. c. audiuimus de simonia, secundò excommunicantur excommunicatione papali ca. reperiuntur. 1. q. 1. Tertio sunt suspensi ab ordine per simoniam

sus-

suscepto dict. capitulo si quis episcopus, 4. infamia & depositione plectuntur ca. sane. 15. q. 3. ca. inquisitionis de accusatio. Vltimo puniri possunt alijs pœnis iudici arbitrarijs secundum personæ & simoniæ qualitatem, vt docent Bal. in l. in eos. ff. de tutelis Anania in rubrica. de simonia num. 3. Ber. Diaz in practica ca. 91. Meno. de arbitra. casu. 401. num. 28.

17 Et hæc antiquo iure obtinuerunt, nam Paulus secundus in extrauagante, cum detestabile de simonia inter communes quam inuiolabiliter obseruari mandauit Pius V. in motu proprio incipienti, cum primum. versiculo & vt simoniæ prauitatis, antiquam excommunicationis papalis pœnam renouauit. Sed quia dicta extrauagans solum loquitur de simonia circa ordines, vel beneficia, nullus alius simoniacus erit ipso iure excómunicatus, vt notant Syluester in summa verbo simonia q. 9. Salzedo in additionibus ad Bernardum Diaz dic. ca. 91. littera D. item renouauit suspensionem ab ordine per simoniam adepto. Quod est vsque adeo verum, vt non solum exequutionem illius ordinis non habeat, verum, neque eorum, quos antea susceperat vt ex capitulo quibusdam 1. q. 1. capitulo præter. §. verum 32. dist. capit. eos 81. dict. capitulo si quis de simonia. docent Inno. in capitulo tanta, eodem titulo. receptus communiter secundum Abbat. & Ananiam ibi num. 9. idem Abb. in capitulo per tuas num. 5. eodem titul. Syluester in summa verbo suspensio Ber. Diaz. dict. ca. 91. Couarruuias in clementina si furiosus 1, par. §. 1. num. 7.

18 Quæ pœna intelligenda est in vera & propria simonia, quia si ab alio committeretur, inscio & ignorante ordinato, puta, quia extraneus aliquid ordinanti dedit, ordinatus non peccaret, & ideo neque incurreret suspensionem, vt docet Cardinalis in capitul. statuimus & in capitulo si quis 1. q. 1. Nauarro in Manuali ca. 25. num. 68. & Salzedo vbi supra littera. C. quid quid dicat glos. in capitulo si quis. de simonia. episcopus etiam qui per simoniam aliquem ordinauit, eandem suspensionis pœnam incurrit ex doctrina Belameræ, quam sequitur Præpositus in capitulo presbyter num. 71. q. 1. Quod eodem modo punitur dans & recipiens simoniace capitulo qui per pecuniam, capitulo qui studet, capitulo quicunque capitulo, cum ordinaretur, ca. eos, capitulo, si qui episcopi. capitulo, de cæ-

tero. 1. q. 1. capitulo Saluator. 1. q. 3. capitulo si quis omnem. 1. q. 1.

Contra eos vero, qui in beneficijs simoniam commiserint, eandem excommunicationis pœnam Paulus in dicta extrauagãti statuit, & insuper priuationem omnium beneficiorum & officiorum ecclesiasticorum induxit.

19 Quæ pœna priuationis licet incurratur ipso iure, vt dixi, tamen necessaria est sententia Iudicis declaratoria simoniacos, vt in foro conscientiæ teneantur ea beneficia dimittere.

20 Lex enim pœnalis non obligat ad pœnam in foro animæ, ante sententiam glo. celebris in capit. fraternitas. 12. q. 2. Quæ sententia obtinet etiam si irrogetur pœna ipso iure, vt resoluimus supra in ca. de hæreticis, & probatur in l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci & in ca. cum secundum ll. de hæreticis li. 6. & in cap. licet canon vbi glo. verbo iusto. de electione in. 6. dicit communem Bero. in cap. 1. num. 237. de constitutionibus Tiraquellus in. l. si vnquam. verbo reuertatur num. 40. Couar. in reg. peccatum. 2. par. §. 5. num. 6. &. §. 8. num. 4. Vnde huius pœnę impositę ipso iure is solus effectus est, quod lucratur fructus interim post commissum crimen ante sententiam reuocabiliter. Iudex enim quia priuatio incurritur ipso iure, condemnabit simoniacos in fructibus perceptis à die criminis, vt diximus in capitulo de homicidio.

21 Quia autem dispositа circa ordines in materia simoniæ trahuntur ad beneficia capitulo ex multis. 1. q. 3. sicut supra diximus, simoniacos non solum suspendi ab ordine suscepto per simoniam, sed etiam ab omnibus antea susceptis, ita hæc priuatio beneficiorum non solum obtinet in adquisitis per simoniam, vel post eam iam commissam, sed etiam in omnibus, quæ antea iuste & legitime obtinuerat, vt patet ex dict. extrauaganti cum detestabile. Verum inter hæc longa differentia est. In beneficijs enim ante simoniam acquisitis obtinent quæ supra diximus de sententia Iudi. declaratoria: ea autem quæ per simoniam, vel post commissum simoniæ crimen adeptus est sine aliqua sententia etiam in foro conscientiæ dimittere tenetur. Quoties enim lex ciuilis vel pontificia inducit pœnas ipso iure propter delictum priuationis scilicet bonorum, vel beneficiorum, in qui-

bus delin-

bus delinquens habet ius plene quæsitum, tunc necessaria est sententia declaratoria, neque antea pœna committitur in foro conscientiæ, vt diximus. cæterum si eadem lex, in pœnam delicti prohibeat primam acquisitionem beneficij, vel bonorum, in quibus delinquens non habebat ius aliquod plene quęsitum, hoc casu acquirens contra legis prohibitionem statim obligatur, vt iniustus possessor restituere quæ itá acquisiuit ante aliquam sententiam etiam declaratoriam. Et hęc distinctio aperte probatur in dicta extrauagãte cũ detesta. versiculo per electiones, & diximus latius in dic. cap. de homicidio.

22 Superiores autem pœnæ committuntur hodie, si aliquid pro collatione quorũcunque ordinum etiam primæ tonsuræ, aut pro litteris dimissorijs, vel pro sigillo, vel alia quacunque de causa Episcopi, aut alij collatores etiam sponte oblatum recipiant, vt constat ex Cõcilio Tridentino sessione. 21. cap. 1. de reformatione. Quod intelligendum est si datio vel promissio præcedat collationem ordinum, vel beneficiorum non verò sufficeret, si sequeretur argumento glos. in capitu. emendari. 1. q. 1. tradunt Nauar. in Man. c. 25. num. 68. & Salzedo in additio. ad Bernardum Diaz dict. capitul. 91. littera. D. versiculo. 6.

23 Præter quas pœnas iure expresso impositas contra simoniacos in beneficijs alia quoque mulctantur. Nam si delictum sit publicum, ipso iure est suspensus ab ordine, non secus quã si commisisset simoniam in ordine. Et hæc suspensio non solum est quo ad se, sed & quo ad alios, vt tenet Innocentius in capitul. tanta de simonia Abbas. in capitul. accusatum eodem tit. D. Tho. 2. 2. q. 2. art. 100. & ibi Caietanus, licet contrarium teneat Nauar. in Manuali capt. 23. nume. 110. affirmans hanc opinionem nullo iure probari, quem conuincit Salzedo, deducens, quòd si simoniacus ante peractam criminis pœnitentiam celebrauerit irregularitatem incurrit per solum Pontificem dispensabilem, de quo late Villadiego in tractatu de irregularitate, Couarruuias in clementina si furiosus prima parte §. 1. quæ sententia probatur ex capit. fina. de clerico excommunicato, iunctis his, quæ de excommunicatione contra simoniacos lata diximus.

24 Aduertas autem hoc simoniæ crimen mere esse ecclesiasti-

cum, ideoque etiam laicos simoniam committentes a solo Ecclesiastico iudice puniri posse, docet glos. fina. in capitul. cùm sit generale de foro compe. dicit communem Anania in ca. 1. num. 3. de simonia. Clarus lib. 5. sententiarum. §. simonia. nu. 7. Salzedo in additio. ad Bernadum Diaz dict. ca. 91. additione. 1.

De Sodomiæ pœna Cap. trigesimumtertium.

Summarium ad caput trigesimumtertium.

Liberorum procreatio iuris naturalis est. num. 1

Naturali iure ea solum coniunctio probatur quæ ad veram liberorum procreationem spectat, aliæ contra naturam esse dicuntur & grauissimum peccatum sub se habent. num. 2

Sodomitæ vnde dicantur qui præpostera in maribus vel fæminis libidine vtuntur, & quare hoc scelus nefandum appelletur. num. 3

Sodomiæ crimen etiam cum fæminis si præpostere cognoscantur committitur & an ob hoc possit vxor ad tori separationem agere. num. 4

Sodomiam quæ bestialis dicitur incurrit qui, vel quæ cum animali rem habet, & hoc casu animal quoque vel igni vel furcæ tradendum est. num. 5.

Contra naturam peccat qui ad aliquam figuram vel materiam inanimatam coitum habet, quique voluntarie polluitur, & an hic ordinariæ pœnæ locum habeant. num. 6

Sodomitæ iure ciuili infames, & intestabiles erant, & bonis priuati morti addicebantur. num. 7

Lex. cum vir. C. ad. l. Iul. de adul. vere exponitur. num. 8

Sodomiæ pœnæ iure pontificio tam in clericis quam in laicis. nu. 9

Clerici sodomitæ hodie degradati curiæ seculari relaxantur. nu. 10

Sodomiæ pœnæ iure regio & qualiter olim Sodomitis mors, qualiter hodie imponatur. num. 11.

Conatus regulariter ad pœnam ordinariam non sufficit. num. 12

Conatus ad actum exteriorem in crimine sodomiæ deductus ordinaria pœna punitur. num. 13

Sodo-

Sodomiæ in crimine etiam Ecclesiasticum iudicem de laicis cognoscere;& iustum esset de eo inquisitores cognoscerent. num. 14.

1 CVM liberorum procreatio iuris naturalis sit l.1.§.ius naturale.ff. de iustitia & iure, principium Insti.de Iure naturali capit. ius naturale. 1.dist.necessaria quoque maris,& fœminæ coniunctio,ex qua liberi procreantur, eiusdem iuris erit dict. §. ius naturale cum alijs. vbi eleganter Acursius Pau.in l.ex hoc iure num.3.ff. de iustitia & iure. Vaconius declaratione.3.Greg.Lopez in l.2.verbo, casamiento titu. 1. part.1.

2 Vnde ea solum coniunctio iure naturali permissa videtur,ex qua liberorum procreatio sequi potest, & inde omnis concubitus & seminatio.ex qua non potest,quantum est ex natura actus,sequi generatio,dicitur esse contra naturalem ordinẽ naturæ,vt docet Caietanus.2.2.q.154.art. 11. & ea offenditur Deus,& natura ipsa, cuius inuentio trahitur in præposterum vsum,ideoque grauius delictum censetur quam adulterium,vel incestus etiam cum propria matre capit.adulterij cap. flagitia. 32.q.7.autentico vt non luxurientur homines, & plura in eius detestationem tradiderunt S.Thom 2.2 q.154.arti.11. Doctores in l.cum vir.C.de adulterijs.Cota in memorabilibus, verbo pedicones. Lambertinus de iure patronatus prima part.lib. 2.q.9.artic.18.Afflictis in constitutiones Neapolis lib.3.rubrica.42.num.16.Boerius decisione.316.Iulius Clarus lib. 5. sententiarum.5.sodomia Anto.Gom.in l.80.Tauri num. 32. Meno.de arbitra.casu.286.Salzedo in additio.ad Ber.Diaz in practica capit.86.additione.1.

3 Et quia propter hanc præposteram libidinem Sodoma & Gomorra & vicinæ Ciuitates fuerunt igne de superimmisso destructæ,vt in c.clerici de excessibus præla.vbi glo. ordinaria & in cap.vt clericorum de vita & honesta.cleri.& in capit.sed & continuo de pœnitentia dist.1.& habetur Genesis capit.18.&. 19.qui huiusmodi concubitu abutuntur viris vel fœminis appellantur sodomitæ,quorum adeo turpis & obscæna materia est,vt de ea loqui pudeat Cinum in dict. l. cum vir, Caietan. & Anto. Gom. vbi supra. In hoc enim scelere id fit, quod

non proficit scire, vt inquit tex. in dict. l. cum vir, & inde apud nos iustissime appellatur nefandum, eo quod non est fandum, nec de eo liceat fari. Nos autem nonnulla subijciemus.

4 Ex prædictis namque primo deducitur hoc crimen non solum cum masculis committi, verum & cum fœminis, si præpostere cognoscantur, vt patet in dict. cap. adulterij, & in cap. vsus 32. q. 7. docent Decius in l. si qua mulier num. 9. C. de secundis nuptijs. Cardinalis in clementina 1. q. 13. de consanguinitate & affinitate. Afflictis vbi supra Clarus dic. §. sodomia. Villalobos & Xuarez in communibus opinionibus, verbo, sodomiæ Anto. Gom. in dict. l. 8. num. 33. Meno. vbi supra nu. 5. licet contradicat Alciatus lib. 10. parergon cap. 11. & pro tali crimine siue cum vxore, siue cum alia fæmina perpetrato potest fieri separatio matrimonij, quo ad torum cap. omnes accusationes. 32. q. 7. notant Abb. Ana. & Doctores in cap. maritis de adulterijs. Syluester in summa verbo, diuortium q. 7. Afflictis vbi supra Clarus dict. §. sodomia nume. 7. Couarru. in 4. 2. parte. cap. 7. §. 5. num. 6. licet contrarium tenet glos. in dict. cap. omnes & Imo. in ca. 1. de adulte. Est enim eorum opinio falsa, etiam si maritus non perfecerit delictum, sed tantum tentauerit, vt ex dict. cap. omnes docent Coua. & Cla. vbi supra Meno. dict. casu 286. num. 14. Decius in l. 1. num. 8. C. de secundis nuptijs. Vibius lib. 2. communium opinionum opinione. 256. Salzedo vbi supra. Si enim consummatum esset delictum à viro cum fœmina, si eam corrumperet cum aliquo instrumẽto materiali, vt docet Anton. Gom. num. 34. & si vna fœmina coiret cum alia agens vt vir, committeret hoc crimen cum militet superior ratio, docet glos. 1. in l. fœdissimam C. de adulte. & ibi Salicetus D. Thom. dict. q. 154. art. 11. Decius & Cla. vbi supra, sed non indistinctè punirentur pœna ordinaria, sed quãdo instrumento materiali miscerentur, pro vt practicatum fuisse testatur Anto. Gom. dict. num. 34.

5 Secundo ex prædictis deducitur coitum viri, aut fœminæ cum bruto animali esse sodomiam, quæ appellatur bestialis, & sic est contra naturam cap. hoc ipsum §. 1. 33. q. 2. docent D. Tho. dict. art. 11. Rolandus consilo 7. volum. 1. Imo. in l. defuncto columna 1. ff. de publi. iudi. Alex. in l. ex facto num. 35. ff. de vulgari. Hippolytus in l. 1. num. 60. C. de sicarijs. Cla-

res. §. fornicatio num. 28. & in hac specie sodomiæ, præter quam quod homo pæna ordinaria infra referenda punietur, ipsum quoq; est animal interficiendum, ne tanti criminis aliqua memoria extet cap. mulier. 15. q. 1. Imo licet regulariter in animalia bruta potestas gladij exercenda non sit, vt excom muni resoluit Sebastianus Sapia in l. imperium num. 6. ff. de iurisdictio. hoc tamen casu in publico patibulo suspendi ani mal debet, vt ex practica huius regni resoluit Anto. Gom. in l. 80. Tauri num. 35. in fine. docent Boerius decisione. 316. Cla rus lib. 9. sententiarum. §. fina. q. 99. num. penultimo.

6 Tertio deducitur crimen contra naturam committi, si quis habeat accessum ad aliquam materiam, vel speciem, non aptam ex sui natura, ad coitum cum ex tali seminatione non possit sperari liberorum generatio, non tamen hoc casu haberet locum pæna ordinaria delicti, vt rectè resoluit Anto. Go. dict. num. 35. quod trahendum est ad eum casum, quando absque omni concubitu causa solum delectationis pollutio procuratur, nam licet hoc peccatum quod appellatur mollities contra naturam sit, vt resoluit D. Tho. dict. artic. 11. & ibi Caietanus, tamen non meretur pænam criminis ordinariam, vt resoluit Salzedo in additio. ad B. Diaz dict. cap. 86. additione fi. in fine.

7 Puniuntur autem sodomitæ iure ciuili infamiæ nota l. 1. §. remouet & ibi glos. ff. de postulando. Vnde communi Docto rum consensu receptum est sodomitam testari non posse l. is cuius. §. fina. ff. de testamentis, docent glo. verbo intestabiles, in §. testes Institu. de testamentis, Benedictus in cap. Raynun tius verbo. mortuo itaque el 1. num. 134. de testamentis Decius in l. 1. num. 8. C. de secundis nuptijs, Couarruuias in dic. clementina si furiosus. 1. par. §. 1. num. 9. Meno. vbi supra, licet contrarium doceant Telus Fernandez in l. 4. Tauri num. 35. Mieres de maioratibus. 1. par. q. 1. num. 14. Salzedo dict. c. 86. additione. i. versiculo punitur. Neque mirum id videri de bet, cum ipso iure amittant dominium bonorum suorum ex glo. verbo naturæ contrarias in cap. cum secundum ll. de hære. lib. 6. glo. in autentico de incestis nuptijs. §. 1. Bar. in l. post contractum. ff. de donatio. & in l. Imperator. ff. de iure fisci, Couar. dict. num. 6. & Meno. num. 9. Clarus dict. §. sodomia

versiculo. item sodomita, & is, cuius bona confiscantur testari non potest, cum non sit eorum dominus, autentica ingressi, C. de sacrosanctis Eccle. Postremò mortis pœna in sodomitas hoc iure imposita est, vt attestatur cõmunis in dict. l. cum vir Pau. Grillan. de pœnis omnifariam coitus. q. 2. principali & q. 8. num. 4. Socinus iunior consilio. 7. nu. 3. volumine. 3. Couar. Clarus Meno. & Anto. Gom. vbi supra.

8 Quam pœnam probari putant in eadem l. cũ vir, ibi enim imponitur pœna mortis non in eos, qui simpliciter sodomiam commiserint, sed qui sub specie matrimonij. Solebant enim olim nonnulli habitum, vultum, & incessum muliebrẽ sic fingere, vt sub falsa quadam muliebri specie viri viris nuberent, quos vltimo supplicio damnauit Constantinus in dict. l. cum vir, vt ex probatis auctoribus interpretatur Rebar. libr. 4. variorum, cap. 20. & Anto. Gom. in dict. l. 80. Tauri num. 34. Vnde intelliges verum sensum verborum dict. legis cum vir. ibi, *cũ vir nubit, vt fœmina viros paritura*: sic enim legẽdũ est omissa vulgari littera, quæ nullum sensum habet, vt notat Alciatus lib. 10. parergon ca. 11. Sed prædicta communis sententia probatur in. §. 2. Instituta, de publi. iudicijs, & in autentico vt non luxurientur homines colla. 6. quæ mortis pœna etiam antiquo iure per ignem imponebatur, vt constat ex l. 6. ad l. Iuliam de adulte. in. C. Theodosiano. docent Couarr. vbi supra Petrus Gregorius lib. 36. syntagmatum ca. 10. num. 6. Mascar. de proba. conclusio. 134. nu. 1

9 Pontificum autem iure pœna mortis videtur etiam illis indicta in capit. solicitatores. §. 1. de pœnitentia dist. 1. Sed quia canon ille desumptus est à Gratiano ex l. 1. §. fina. ff. de extra ordinarijs criminibus, nihil probat de iure canonico, vnde verius est eo iure laicos solum infamia notari. capitu. infames. 3. quæst. 7. & excommunicatos à communicatione fidelium arceri, capit. clerici de excessi. prœla. Clerici verò eadem infamia notantur, capit. infames. 2. quæst. 6. Et etiam si [illegible] sit delictum incurrunt suspensionem ab ordine ipso iure, quo ad se & quo ad alios. Vnde etiam si post peractam pœnitentiam celebrauerint, incidunt in irregularitatẽ à solo Papa dispensabilem argumento capitu. 1. de re iudicata l br. 6. docent Anton. & alij in capitul. nisi cum pridem. §. 1. de renuntia-

tiatione additio Abba.in dict. capitul. clerici. Maria. Socinus in capit.ad audientiam numero. 27. de homicidio. Lambertinus de iure patronatus.1.part.lib.2.quæst.9.artic. 18. numer.4.Vibius lib.2.communium opinionum. opinione. 255. Couarruuias dict. §. primo numero sexto Salzedo dict. capitul.86. additione secunda. Hodie autem si crimen sit occultum,licitum est Episcopis super tali suspensione & irregularitate dispensare ex Concilio Tridentino sessione.24.capit.6. docent in proposito Vibius & Salzedo vbi supra.Item clericus sodomita ad Ecclesiasticum beneficium eligi non potest, imo collatio ei facta est ipso iure nulla,vt docent Rebuffus de pacificis possessoribus numer.208. Couarr. & Salzedo vbi supra. Postremo ab ordine & beneficio depositus in monasterium detruditur, vt perpetuam agat pœnitentiam capit.clerici. de excessi.prælatorum.docent Pet.Gre. Meno. & alij vbi supra, Vermondus in tractatu de publicis concubinarijs, capit.de peccato sodomiæ num.37.Paulus Grillandus dict.q.2.num.2. Dueñas reg.101. limitatione fina.Bern. Diaz in practica dict. capit.86. Quæ detrusionis in monasterium pœna, quia leuis videbatur,Iudices consueuerunt perpetuis & obscuris carceribus sodomitam includere, vt attestantur Ber.Diaz & Vibius vbi supra.

10 Hodie autem ex noua Pij.V. constitutione relata inter motus proprios pag.33. clericus propter hoc crimen actualiter degradatus curiæ seculari tradendus est, qua cóstitutione improbata est opinio Nauarr. in Manuali cap. 27.num. 249. existimantis degradationis pœnam non in quemcunque clericum sodomitam imponendam,sed solum in exercentem sodomiam, qui scilicet sæpius hoc crimen commiserit vt recte aduertit Salze.dict.additione vltima.

11 Iure vero regio sodomitæ notantur infamia,vt in principio tituli.21.part.7.à qua immunes sunt eorum filij ex l. 1. in fine titul.21.libr.8.recopilationis, & eorum bona ipso iure confiscantur dict.l. 1. recopilationis. Quam confiscationem solum in bonis obtentis tempore commissi criminis, non autem in postmodum adquisitis admittunt Tellus Fernandez in l.4.Tauri numero.48.Mieres de maioratibus 1.part. quæst. 21,numero.105. Salzedo in dict.capit.86. additione. 1. versi-

culo illud autem. Item priuantur testamenti factione, vt docet Gre. in l. 16. verbo. despues titul. 1. part. 6. Et postremo mortis naturalis pœnam incurrunt, nisi sint minores quatuordecim annorum ex l. 2. titu. 21. par. 7. quæ antiquo iure ità imponi solebat, quod in conspectu populi castrantur, deinde pedibus suspensi interibant, ex l. 2. titu. 9. lib. 4. fori. Hodie autem ignibus traduntur suffocati prius l. 1. titulo. 21. lib. 8. recopilationis.

12 Aduertas autem primo quòd licèt conatus regulariter non sufficiat ad pœnam ordinariam l. cogitationis. ff. de pœnis, regula, non punitur in. 6. disputat eleganter Couarr. in clementina, si furiosus 2. par. in initio num. 6. Meno. de arbitra. casu. 360. & diximus in ca. de assasinis.

13 Tamen in hoc crimine pœna ordinaria locum habet, si conatus deducatur ad actum exteriorem proximum delicto, vt docent Couarr. in dict. initio in fine, Boerius decisione. 316. num. 4. vbi plures allegat, Clarus dict. §. sodomia versiculo quæro & apud nos expressum est in dict. l. 1. recopilatio.

14 Secundo aduertas de hoc crimine laicos puniri posse etiam à Iudice Ecclesiastico, vt docent Abb. & Doctores in dict. cap. clerici Bermon. vbi supra num. 37. Clarus dict. libr. 5. §. fina. q. 37. versiculo item quæro. Imo iustissimum esset, quod vniuersi hæreticæ prauitatis Inquisitores de eo cognoscerent pro vt ex speciali delegatione cognoscunt in regno Aragoniæ, & Valentiæ, vt referunt Simancas de catholicis institutionibus tit. 50. num. 30. Salzedo dict. additione. 1. pagina. 297.

De Sortilegij pœna Caput trigesimum quartum.

Summarium ad Caput trigesimumquartum.

Sortilegi, & sortilegia quid. num. 1.

Sortilegorum appellatio late sumpta ad adiuinos, bruxos, hechizeros, *& similes trahitur. num. 2*

Sortilegij species quæ hæresim sapit, vt hæresis punitur: quæ enim sapit olim

olim pœna mortis, hodie leuiori coercetur.num.3
Lamiæ pertinaces vt hæretici concremantur.num.4,
Sortilegorum pœnæ pontificum iure.num.5.
Sortilegij crimen hodie mixti fori,& qualiter à iudicibus Ecclesiasticis & secularibus puniatur.num.6.

1 QVI propriè sint sortilegi docet text. in ca. 1. 26.quæst.1. Abb.Soci.& alij in rub.de sort. dicuntur autem large sortilegia omnes magorum vanæ obseruationes, vt ex Pli.libr. 28. naturalis historiæ capit.4. docet Pet.Greg.li. 34. syntagma.cap.1.num.11.& in hac larga significatione accipitur in hoc cap,

2 Et sic,comprehendit *adiuinadores,bruxos,hechizeros, y encantadores*,& si qui sunt alij,qui cum dæmone,aut tacitam aut expressam loquutionem habent. De quibus plura tradunt D. Tho.2.2.q.95.art.8.Syluester in summa verbo superstitio. q. 9.Abbas & Canonistæ in ca.1.& fina.de sortilegijs. Castro li.1.de iusta hæreticorum punitione ca.13.Pau.Grilla. in tractatu de sortilegijs,Simancas de catholicis institutionibus tit.63. Plaça de delictis ca.20.Meno.de arbitra.casu.388. Pet. Greg. omnino videndus lib.34.Syntag.per totum D. Paz. in praxi. 1.tomo.8.par.cap.1.num.12.Sanchinus de hæreticis cap. 22. Albertinus de agnoscendis assertionibus ca.11.num. 3. Bern. Diaz in praxi cap.107.& ibi Salzedo,vbi agit de chiromanticis,& astrologis iudiciarijs.Clarus lib.5.sententiarũ.§.hæresis n.25. Auiles in capit.prætorum c.53.verbo,adiuinos,Auend. de exequendis mandatis.2.par.c.32.Dida.Perez in l. 9. titu.1. lib.8.ordinamenti.

3 Huius autem sortilegij duæ sunt species.Quoddam enim sapit hæresim,& hoc punitur pœna hæresis, vt notant Grillandus vbi supra.q.11.Simancas dict.titul.63. Di.Per. & Menoc. vbi supra & ab ipsis Inquisitoribus docet Abb.in dict.cap. 1. de sortilegijs.Simancas,Sal.& D.Pe.vbi supra,Quando autem dicatur hæresim sapere declarant Socinus in dict. capitu. 1. num.8.Sima.dict.titul.63.D.Pe.in l.3.titul.4. libr. 8. ordinamenti.pag.133.columna prima. Quoddam autem non sapit hæresim manifestam,& hoc punitur sequentibus pœnis: Iure

ciuili

ciuili pœna mortis l.nemo C.de maleficis, & mathe.quæ per ignem imponitur, vt docet ibi gloss. & probat tex. in l.nullus C. eodem titul.

4 Quæ pœna licet hodie nostro iure immutata sit, vt dicemus tamen contra lamias in vsu est: concremantur enim sicut hæretici pertinaces, docet Di. Perez vbi supra dict. l. 9. ordinamenti.

5 Pontificum autem iure in foro pœnitentiali quadraginta dierum pœnitentia indicitur ca. 1. de sortilegijs, & ibi Doctores Grillan. vbi supra. q. 11. num. 2. & 6. in contentioso autem, si laicus in hoc incidat crimen, si seruus sit verberatur, liber perpetuo carceri mancipatur cap. contra idolorum. 26. q. 5. Felinus in cap. cum sit generale num. 20. de foro compe. Romanus singulari. 680.

6 Hodie vero iudices ecclesiastici, quia ad præuentionem possunt de hoc crimine cognoscere contra laicos, imponere solent pœnas infamiæ, quas induxit lex regni, vt testatur Meno. vbi supra num. 16. & alij supra relati. Clericus autem si bono zelo & ex simplicitate sortilegium commisit suspenditur à diuinis, & ministerio altaris per annum, vel vltra secundum facti turpitudinem cap. 2. de sortilegijs, vbi glo. verbo, missum, & Abbas. num. 4. in fine Grillandus vbi supra & Meno. num. 10. Si vero dolo & impie deponitur ab ordine sacro & beneficijs priuatur, & includitur perpetuo in monasterium. cap. si quis episcopus vbi glo. 26. q. 5. docent Abbas. in cap. at si clerici. prope finem de iudicijs. & ibi Decius Areti-nus in cap. cum non ab homine columna. 10. eodem titul. B. Diaz dict. cap. 107. D. Pe. & Meno. vbi supra. Vnde tex. in cap. admoneant. 26. quæst. 7. dum inquit quod sortilegus debet degradari intelligi debet de verbali degradatione, non de actuali, vt male tentauit Anto. de Butrio in dict. capit. at si clerici.

7 Iure vero regio pœna mortis imposita est. l. 3. titul. 23. par. 7. l. 9. titul. 1. lib. 8. ordinamenti, l. 6. titul. 3. lib. 8. recopila. Sed iam communi vtriusque fori consuetudine receptum est, vt publica ignominiosa pœna imponatur, quod publice flagellentur, & per vias publicas cum mitra melleque vncti & plumis vestiti ad ignominiam trahantur, deinde iuxta ecclesiam,

ſiam, vel domum epiſcopi in ſcala collocentur, vt docet Abb. in dict.ca.1.de fortilegijs Meno. Di. Pe. & Salzedo vbi ſupra. Quæ pœna ortum habuiſſe videtur ex ca.epiſcopi.26.q.5.& ex l.4.titul.31.part.7.ibi, *o le deſnudan haziendo le eſtar al ſol, vntandole de miel, porque le coman las moſcas alguna hora del dia.*

De Stupri pœna. Caput trigeſimum quintum.

Summarium ad caput trigeſimumquintum.

Stuprum quando committatur. num.1
Mulieri quæ ſe virginem dicit in dubio creditur. num.2
Stupri crimen quoad dotationis pœnam an virgine ſe voluntarie deflorari conſentiente committatur. num.3
Stupri pœnæ iure ciuili. nu.4
Stupri pœnæ iure Pontificio tam in foro interiori quam exteriori. num.5.
Stupratam virginem vxorem ducere & dotare laicus tenetur, & an vtrunque ſimul facere debeat. num.6
Stupri iure regio pœna confiſcatio bonorum, & exilium eſt, praxis aliam induxit. & quæ ea ſit. n.7.
Dos propter ſtuprum virgini danda qualiter taxari debeat. num.8.

1 QVANDO virgo aliqua defloratur committitur ſtuprum l.in ſtuprum l. inter liberas.§.lex Iulia. ff. de adulte. l. inter ſtuprum vbi Alciatus, & Rebu. ff. de verborum ſignifica. l. cum qui duas.C.de adulterijs.

2 Et in dubio creditur mulieri, quæ ſe virginem dicit, docet Abb.in ca.1.num.5.de adulterijs, & ibi communis. Alc. conſi. 29. volumine. 6. Caſſaneus in conſuetudines Burgundiæ rubrica.1.numero.42.Nauar.in Manuali ca.16.Cla.lib.5.ſententiarum.§.ſtuprum verſiculo ſed pone.Maſcar. de proba. concluſione.1412.num.1.&.2.Salzedo in additio.ad Bernar. Diaz ca.83.addi.2.

3 Illud

3 Illud autem maxime controuertitur, an si virgo ipsa sponte & lubens patiatur se deflorari, committatur stupri crimē, quo ad pœnam dotationis, de qua infra, vt constat ex Dino in regu. scienti in.6. Fabro in l. vnica C. de raptu virginum, & ibi Bal. num.20. Mathesilano notabili.69. vbi additio noua Abb. & canonistis in dict.capit.1. D. Thoma.in.4.d.28. Nauarr.dict.cap. 16.num.16. Cordoua libr.1. quæstionarij.quæst.13. Ber. Diaz in prac.capit. 83. & ibi Salze. Couarr. in reg. peccatum.2.part. §.3. Anto. Gomez in l.80. Tauri num.10. D. Pe. in principio tituli.15.lib.8. ordinamenti. Ioan. Gutierrez canon. quæst. ca. 37. Sed in ea quæstione breuiter tres casus obseruabis. Prior est, quando suasionibus, donis, aut blanditijs virgo consensit, tunc enim absque difficultate stuprator incidit in pœnam, quia perinde est, ac si cogeretur argumento l. 1. §. persuadere. ff. de Seruo corrupto. l.3. §. si quis volentem. ff. de libero homine exhibendo. Alter casus est quando sumus in dubio, & tunc semper præsumitur seducta. l. vnica. §. fina. C. de raptu virgi. Vltimus est quando constat de mera & libera virginis voluntate, & tunc communis existimabit adhuc dotationis pœnam locum habere. Contradicunt tamen Ber. Diaz & Salzedo additione.3. Anto. Gom. dict. num.10. Nauarr. dict. capit. 16. num.16. Vnde distinguendum est, vtrum de hac obligatione agatur in foro interiori, & tunc procedit modernorum opinio, an in foro exteriori, & verior videtur opinio communis cum ex stupro non solum virgini, sed & eius parentibus, & consanguineis irrogetur iniuria, & ita probat l. 1. titul.19. part.7

4 Puniuntur autem stuprum committentes iure ciuili antiquo mortis pœna. l. 1. §. fina. ff. de extraordinarijs criminibus. Nouiori verò si vir honestæ vitæ est, aut in dignitate constitutus, partis bonorum confiscatione & relegatione temporali ad iudicis arbitrium punitur, si humilis persona est fustigatur & in exilium mittitur. §. item l. Iulia Insti. de publi. iudi. docet Anto. Gom. in dict. l.80. Tauri num. 5. Menoc. de arbitrarijs. casu.288. num. 7. & sequentibus. Clarus dict. §. stuprum num.3. Mathesilanus notabili.100. Rolandus consi.35. num.25. lib.2.

5 Pontificum autem iure in foro conscientiæ clerico iniungitur

gitur pœnitentia decem annorum, cum illis ieiunijs & pœnitentijs, quorum meminit text. in cap. presbyter. 83. d. Laico vero iniungitur pœnitentia septem annorum capit. deuotam. 27. quæst. 1. cap. hoc ipsum. 33. quæst. 2. In foro autem contentioso clericus propter hoc crimen deponitur ab ordine, & beneficio, resoluit communem Pau. Grilla. de pœnis omnifariam coitus. quæst. 7. Bernar. Diaz pract. capit. 83. num. 2. & ibi Salzedo additione. 1. Clarus dict. §. stuprum. num. 3. Menoc. vbi supra. num. 5. allegantes text. in capit. si quis clericus. 81. dist. & in capit. lator. 2. quæst. 7. qui non loquuntur, hoc casu. & præterea potest puniri pœna pecuniaria, vt docet Abb. in capit. vt clericorum. de vita & honestate clericorum, Pau. Grillan. Bernar. Diaz Salze. & Meno. vbi supra. & potest condemnari etiam sine partis petitione ad resarciendum damnum, ex Are. in capit. qualiter & quando. §. ad corrigendos colum. 2. de accusatio. Iacobino. in. l. Imperium 1. lectura. columna. 2. de iurisdict. resoluit Salzedo dict. additione. 2. versiculo. illud tamen.

6 Laicus autem hoc iure tenetur stupratam in vxorem ducere, & eam dotare capit. 1. de adulterijs. Et licet nonnulli existimauerunt vtranque pœnam imponendam contra stupratorem ex dict. capit. 1. tamen verius est, & communi vsu receptum solum compellendum, vel dotare, vel ducere, vt ex cap. 2. de adul. & Abb. in dict. capit. 1. & communi resoluit Anto. Gom. in dict. l. 80. Tauri num. 8. Ioan. Guti. vbi supra.

7 Regio autem iure iuris ciuilis pœna approbata est in. l. 2. titul. 19. part. 7. Sed hodie ex generali huius regni consuetudine pœna iuris canonici à Iudicibus etiam secularibus practicatur, vt referunt Anto. Gom. vbi supra. numero. 7. Clarus dict. §. stuprum num. 3. Cassaneus consilio. 40. Quando autem stuprator neutrum posset adimplere, quia erat coniugatus, & pauper, tunc prædicta ciuilis pœna imponeretur ex dict. cap. 2. de adulterijs vbi communis docet Anto. Gom. vbi supra. Ber. Diaz d. ca. 83.

8 Qualiter autem taxanda sit dos à Iudice declarant eleganter Salzedo dict. cap. 83. additione. 5. Di. Per. in principio tituli 15. lib. 8. ordinamenti.

De Seruo cum domina coeunte Caput trigesimumsextum.

Summarium ad caput trigesimumsextum.

Seruos liberis mulieribus copnlari graue olim fuisse. num. 1

Claudiano S.C. mulieribus, quæ se seruis iungebant obuiam itum & quomodo. num. 2

Seruis proprijs se iniungentes mulieres qualiter olim punirentur. num. 3

Capitalis pœna qualiter accipiatur. nu. 4

Pœna ignis & verberum seruus propriæ dominæ se immiscens afficitur, & ea qualiter imponatur? num. 5

Pœna mortis & amputationis membri vbi simul imponitur, à qua sit incipiendum? num. 6

Ancillæ cum dominis coeuntes, non vt serui puniebantur, & quare? num. 7

Fœminæ se seruis proprijs iungentes, & serui ipsi iure regio comburuntur, & quid si velint matrimonium contrahere? num. 8

Pœna famulorum qui se proprij domini vxori vel filiabus vel alijs in eadem domo ancillantibus miscent. num. 9

Pœna huius capitis in quas mulieres trahatur & an & qualiter in coniugatis locum habeat. num. 10

1 GRAVE apud Romanos fuit seruilis conditionis homines (eorum enim abiectissima conditio erat) liberis mulieribus, etiam citra matrimonium copulari.

2 Nam Clau. Cæsaris temporibus S. Con. factum & promulgatum fuit de pœna fœminarum, quæ seruis iungerentur, statutumque vt post trinam denuntiationem factam liberæ mulieri ne cum seruo commisceretur serua fieret eius, qui & serui dominus erat, & omnia bona eius simul addicerentur. Et hoc S. Conc. ab auctore dictum est Claudianum, vt refert Corne. Tacitus lib. 12. Iustinia. in l. vnica C. de S. Consul. Claudiano, & in. §. fin. Insti. de successio. sublatis. Vlpjanus in fragmentis tit. 11. versiculo. maxima. Pet. Gre. li. 14. Syntag.

ca. 3

cap.3.num. 5. Ex quo deduces rationem dubitandi ad l. 3. C. de liberali causa, & hæc infœminas cum alienis seruis se immiscentes obtinuerunt, quousque Iustinia. constitutione in dict.l.vnica sublata fuerunt.

3 In eas autem quæ cum proprijs seruis coierunt seuerius animaduersum fuit, puniuntur enim pœna capitali.l. vnica C. de mulie.quæ se proprijs ser.

4 Sed quia pœna capitalis tripliciter accipi solet, vel pro morte naturali, vel ciuili, vel amissione Ciuitatis l.2.in principio.ff. de pœnis.l.2.ff. de publi.iudicijs l.sed si quis. §. 1. iuncta gloss.ff.siquis cautionibus, gloss. verb. capitis in l. hos accusare.§.omnibus.ff.de accusatio.gl.2. in l. transigere.C.de transactio.&ibi Padilla.numero.32.Maranta in praxi. 4. part. dist.1.iudiciorum numero.63.Iordanus de maioribus episcoporum causis ca.1.num.24.non videtur perfectè declarata fœminarum pœna in dict.l.1.Sed quanuis quoties simpliciter capitalis pœnæ mentio in l.fit,non de morte naturali, sed de mitiori,idest,amissione Ciuitatis intelligatur,iuxta glos. verbo, capitali in l.1.C.ne Christianum mancipium, & in l.in criminali.C.de iurisdictione,& in l.fin.ver.inferiores C. quæ res vēdi possunt,& in.l.1.C. de crimine pecul.quas exornant Alfanus collectanea.421.Imo.in dict.l.2.num.3.ff.de publi.iudic. Maranta vbi supra.Abb.in ca.atsi clerici num.38.de iudicijs. Felinus in ca.ex litteris num.21.vbi Decius num.13.de constitutio.Alcia.de præsumptionibus reg.3,præsumptione. 45. num. 9.tamen in hoc casu de vltimo supplicio accipienda est, vt patet ex dict.l.1.in versiculo successio. vbi post hanc sententiam succedunt filij legitimi ab intestato,vt interpretatur ibi Salicetus & Doctor.Pet.Greg.dict.cap.3.num.5.Ant. Gom.in l. 80. Tauri num.20. Iulius.Cla. lib. 5. sententiarum. §. fornicatio. num.20.

5 Seruus autem verberatus igni tradendus est. dict.l. vnica, Circa quam pœnam aduertendum erit, prius esse suffocandum,deinde cadauer ignibus comburendum, hac enim forma pœnam ignis imponendam, nisi contra hæreticos pertinaces diximus in capit.de hæreticis & resoluit Couarr.libr.2. variarum.cap.10.nu.9. Simancas de catholicis institutionibus titu. 46.num.49.Clarus libr.5.sententiarum.§.fina. q. 99. num.7.

Pœna autem verberum ei adhuc viuo infligenda est, vt notat glos. in. dict. l. vnica, & Couarr. vbi supra. Alias enim si iam mortuus verberaretur nulla hæc pœna esset l. 1. §. quoties &. §. si forte. ff. de iniurijs.

6 Neque obstat tex. in l. 1. in fine ff. nihil nouari appellatione pendente. Ex quo deduxit ibi Paulus, quod quando ob aliquod delictum imponitur pœna amputationis membri, & mortis incipiendum est à morte, cuius sententiam verissimam dicit Fortunius in l. Gallus. §. quidam recte colu. 24. de libe. & posthu. Coua. dict. num. 9. licet contrarium doceant Bar. Bal. Ange. & Platea in l. omnes C. de delatoribus lib. 10. Corsetus singulari. 232. Quia verberatio pœna leuis est, ex qua delinquentis desperatio timeri non potest, sicut in membri mutilatione, vel exustione.

7 Ex his apparet grauius seruos cum fœminis liberis, quam seruas cum dominis coeuntes puniri, & merito: mulier enim incontinens inter seruos dedecus est totius agnationis dict. l. vnica. C. de. S. Conc. Claudiano. Serua etenim à domino cognita potius præmio, quam pœna afficitur: post mortem enim domini cum liberis ex eo susceptis ipso iure libera fit. l. fina. C. communia de manumissio. docet Cinus in dict. l. vnica, Clarus dict. §. fornicatio num. 20. & Doctor. communiter in dict. §. fina. Insti. de successio. sublatis.

8 Regio autem iure seuerius in fœminas animaduersum est. Ipsæ enim & serui comburendi sunt l. 1. titul. 11. li. 4. fori l. 15. titul. 17. l. 2. titul. 19. par. 7. Circa quam pœnam primo aduertas, quod quamuis in dict. l. 1. fori expressum sit, eam esse imponendam etsi domina velit seruo nubere, tamen contrarium practicandum est, cum in causa matrimoniali standum sit iuri canonico ex cuius dispositione seruitus non potest inter scientes matrimonium impedire capit. 1. & . 2. de coniugio seruorum.

9 Secundo aduertas supra relatas pœnas iure nostro non solum in seruos esse imponendas, quos Hispane esclauos appellamus, sed in quoscunque famulos, quos dicimus criados ex dict. l. 2. ibi ó siruiente. titu. 19. par. 7. docet Gre. in l. 15. verbo. con su sieruo titu. 17. par. 7. Quod sane intelligendum est quando mulier, cui accessit famulus, erat sub potestate eius, cui famu-

cui famulus inseruiebat, vt quia erat eius concubina, vel virgo in eius domo nutrita, aut consanguinea intra domum habitans, aut nutrix filiorum, dum eos lactat. Alias enim si alijs fœminis in eadem domo ancillantibus se immisceant publice flagellantur l. 1. titu. 15. l. 8. ordinamenti l. 6. titu. 20. lib. 8. recopila.

10 Vltimò aduertas, dictam pœnam ignis non tantum imponendam contra fœminas viduas, vel virgines seruis proprijs se immiscentes, verum & in coniugatas, licet hæ adulterium committant, & adulterij pœna sit quod in potestate viri ponatur, vt diximus cap. 1. & probat. l. 1. titu. 2. lib. 8. recopila. Quia huiusmodi adulterium est qualificatum, & ideò puniendum est acerbiori pœna, quam ordinaria, id est, hac quæ specialiter hoc casu indicta est, vt ex Ange. in dict. l. vnica resoluit Gre. in dict. l. 15. verbo *quemados* titu. 17. par. 7.

De teste falsum deponente Caput trigesimumseptimum.

Summarium ad caput trigesimumseptimum.

Testis falsum deponens veritatemve occultans quibus pœnis afficiatur communi regio & Pontificio iure. num. 1

1 QVI in testem producitur, nō solum si contra veritatem respondeat, verum & si veritatem occultet falsitatem committit capit. 1. de testibus capit. quisquis. 11. q. 3. notat Azo in summa hoc titul. & cum iuratus deponere debeat, crimen periurij committit, ideoque incidit in pœnas superius relatas in capitulo de periurio. & præterea punitur iure ciuili pœna l. Corneliæ de falsis l. 1. §. penultimo. ff. ad l. Corneliam de falsis. §. item lex Cornelia. Insti. de publicis iudicijs. Et hoc verum intelligas, quando falsum dicens, accusatur de falso, secus vero si de eo crimine ageretur incidenter, tunc enim punitur pœna mitiori, argumento capit. 2. de ordine cognitionum, idest, arbitraria Iudici secundum qualitatem delicti, vt in l. nullum vbi glo. & Docto. C. de testibus.

Pontificum autem iure, si clericus sit, deponitur ab ordine & beneficio, & detruditur in monasterium ad agendam pænitentiam cap. si episcopus. 50. dist. docet Abb. in capit. 1. de crimine falsi, eleganter Men. de arbitra. casu. 308. & 310. & sequenti.

Regio vero iure approbata est pœna iuris ciuilis in l. fina. titul. 16. part. 3. nouiori verò testis falsum dicens mulctatur pœna amissionis vnius dentis l. 3. titulo de las falsedades l. 4. fori. etiam si iudex procedat ex inquisitione, vel officio, vt ex mente illius legis practicari testantur Anto. Gom. in l. 82. Tauri Salazar de vsu & consuetudine curiæ cap. 5. num. 29. Si vero in causa criminali falsò testificetur, incidit in pœnam legis. 1. §. 1. ff. de sicarijs, & l. 82. Tauri. Sed nouissimo iure damnatur decennio ad triremes l. 7. titul. 17. lib. 8. recopilatio. Plura tradunt in materia huius criminis Menoc. dict. casu. 310. & 311. Bossius in prac. titul. de teste falsario numero. 1. & sequentibus Simancas, de catholicis institutionibus titul. de testibus Anto. Gom. in dict. l. 82. Tauri Sala. de vsu & consuetudine capit. 5. num. 29.

De vsura pœna Caput finale.

Summarium ad caput finale.

Vsuræ diffinitio. num. 1

Vsura an sit aliquid citra pactionem aut spem gratuito à debitore accipere. num. 2

Vsuræ crimen semper improbum fuit & detestabile & omni fere iure prohibitum. nu. 3

Vsuræ an & quatenus iure ciuili permissæ fuerint. nu. 4

Vsuræ an omnino fuerint à Iustinian. improbatæ? num. 5

Vsurarij iure ciuili quando & quomodo puniendi. num. 6

Vsurarius, aut manifestus est aut nec manifestus, & qualiter vterque iure Pontificio puniatur. num. 7. & 10

Vsurarius non manifestus an peracta pænitentia, & restitutis vsuris, infamis maneat? num. 8

C. primum de vsuris exponitur. num. 9

Vsu-

Vsurarij manifesti testamentum inualidum est. num. 11
Vsurarij iure regio qualiter plectendi. num. 12
Moatras *quas dicimus vsuræ genus esse & inde puniendas, & quando hi contractus liciti sint? num. 13*
Vsuræ crimen difficilis probationis est, & an testes singulares sufficiant, & quomodo probetur hodie iure regio. num. 14
Testibus singularibus, vt delictum probari possit, quando princeps statuere potest. num. 15
Vsuræ crimen mixti fori est. num. 16

1 INTER varias vsuræ diffinitiones, quas tradunt Summistæ verbo, vsuræ. & Docto. in rubrica de vsuris, ex communi Canonistarum & Theologorum consensu recepta est, vt vsura sit quidquid sorti principali accedit pacto, vel spe præcedenti, vt resoluunt Couarr. libr. 3. variarum. cap. 1. Clarus lib. 5. sententiarum §. vsura num. 1. secunda parte quæstionum crim. num. 57.

2 Vnde constat vsuram non esse aliquid vltra sortem recipere gratis oblatum à debitore si nulla præcedat pactio, aut spes creditoris, vt cum communi resoluit Nata consilio. 498. num. 28. Nam si mutuans haberet mentem deprauatam sperando aliquid à debitore, vsuram committeret, secundum Abbatem in capit. consuluit notabili. 1. de vsuris. & 37. casus, in quibus non est vsura accipere aliquid vltra sortem, videbis apud Socinum regula 6. in fine.

3 Hoc autem vsurarum crimen excercere, id est, aliquid ex pacto vltra sortem recipere, semper fuit detestabile, vt eleganter probant Alexander ab Alexandro libr. 1. dierum capitulo septimo vbi Tiraquel. Simancas de catholicis institut. titu. fina. Menoc. de arbitra. casu 398. num. 1. & sequentibus, omni enim iure improbatum est. Diuino Leuitici capitulo. 25. Deutero. cap. 23. Ezechiel. cap. 18. Psalm. 14. & 52. Matthæi cap. 19. Lucæ cap. 6. capit. 1. & 2. 14. q. 3. capit. quia in omnibus, capit. super eo, capit. consuluit de vsuris. Iure naturali, quia creditor locupletatur cum aliena iactura l. nam hoc natura. ff. de condic. inde. Et quia cum pecunia sui natura sit sterilis, & infæcunda per vsuram fit fœcunda, & fructifera, quod

 est

est contra naturam dict.cap.1.&c.2.14.quæst. 3. Simancas dict. titulo fina.Couarr.dict.capitu.1.num.3.Soto libr.6.de iustitia & iure.quæst. 1. articulo. 3. decisio Pedemontana 137. Iure etiam canonico prohibitum capit.1.& sequentibus de vsuris, in Decretali, Sexto& Clemētinis.Itē iure regio in l.1.tit.2.li. 8.ordinam l.1.titul.6.lib.8.recop. & in omnibus ferè prouincijs idem interdictum esse referunt Auenda. de exequendis mandatis secunda parte cap.27.Couar. Meno.. & decisio Pedemon.vbi supra.

4 Sed an iure quoque ciuili improbetur, anceps dubitatio est, vt constat ex pluribus relatis per Menoc. vbi supra. Clar. dict.5.vsura num. 4. Quæ sic resoluenda est, vsuram, scilicet vncialem menstruam, ex qua per annum conficiebatur as vsurarius ex duodecim tabularum ll. & Consultorum responsis probatam fuisse, & eam legitimam appellabant l 1. per totum ff. de vsuris, illegitimas ergo improbant text. in l.pecuniæ l. cum quidam.l.vsuras.ff.de vsuris.l.fi. C. eodem titu. l. improbum C. ex quibus causis infamia irrogetur.

5 Postea verò Iusti.cum quatuor generalia concilia obseruare sit pollicitus in autentico de ecclesiasticis titulis. §.1. collatione. 9.quorum vnum est Nicenum, vsuras improbans, capit. quoniam 47.dist.& vsuras Iustinianum improbasse, benigna est interpretatio glossæ verbo, caueat.in autentica ad hæc C. de vsuris,& verbo.reddet in capitul.quid dicam.14. quæst.4. & verbo multi in capit quia in omnibus de vsuris, vbi communem dicit Bero. Couar. & alij Supra. Atque ità improbatas esse vsuras iure ciuili à Iusti. docuerunt Imo.in clemen.1. num 8.de vsuris Anania in dict.capit.quia in omnibus numero. 16. Iason in §.omnes num.14.Instituta.de actio.& in l.cunctos populos nu. 47.C. de S.Trinitate, Bero.in Rubr.de vsuris.n.80.

6 Ex qua resolutione deducitur, iure ciuili non esse puniendum vsurarium etiam a Iudice seculari qui iure communi Romanorum vtuntur, si modum illum ll.præscriptum in fænerando non excedat argumento l.Graccus, C.de adulterijs, vt docuerunt Decius consilio 170.Soci.Iunior consilio 108. num. 6.libr.1.& alij relati per Meno.dict.casu.398.num.28. Quod si modum legitimum excedat puniendus est iure ciuili infamiæ nota l. improbum fœnus C.ex quibus causis infamia irroge-

rogetur. Et insuper arbitraria Iudi. pœna corporali, vt ex Butrigario in dict. l. improbum. Docuerunt Molineus de vsuris, numero. 156. decisio Pedemon. 137. numero. 12. Clarus dict. §. vsura nume. 5. Meno. vbi supra num. 15. Couar. lib. 3. variarum cap. 3. num. 2.

7 Pontificum autem iure distinguendus est vsurarius manifestus à nec manifesto. Quis autem dicatur vsurarius manifestus rectissimè & copiose explicant Clarus dict. §. vsura. num. 15. Meno. de arbitra. casu 235. per totum. Couarr. dict. libr. 3. capit. 3. num. 4. Craueta consilio 145. & 156. Mascar. de proba. conclusione 1420. Salze. in additio ad Bern. Diaz cap. 89. ad litione. 1. & 2. Nam vsurarium nec manifestum iure pontificio non esse puniendum affirmarunt Decius consilio. 170. Rolan. consilio 475. lib. 1. Sed tantum compellendum vsuras restituere ex capit. debitores, de iure iura. capit. 2. & capitu. tuas de vsuris, & ex capit. quamquam eodem titulo. in. 6. Sed hanc opinionem optimis rationibus conuincunt Corneus consilio. 16. & consilio 158. lib. 3. Maranta in practica 6. part. titu. de inquisitione num. 111. Alcia. in capit. 1. num. 53. & sequenti de officio ordinarij. Menoc. dict. casu. 398. num. 40.

Puniendus igitur erit laicus vsurarius non manifestus præter vsurarum restitutionem & infamiam arbitrio Iudi. pœna aliqua corporali, vel pecuniaria, vt cum communi resoluit Meno. dict. num. 40. Clericus autem est infamis ipso iure capitul. inter dilectos, vbi notat Abb. notabili. 3. de excessibus prælatorum capit. infames. §. porro. 3. q. 7. Ber. Diaz in practica capit. 88. num. 1.

8 Sed an peracta pænitentia & restitutis vsuris, maneat infamis dubitatur & Bal. in dict. l. improbum, quem sequitur Bern. Diaz vbi supra existimat infamem manere. Sed contrariam sententiam puto veriorem, quam docuit idem Bal. in l. Cassius in fine ff. de senatoribus, sequitur Mathesilanus singulari. 196. Sal. in additio. dict. cap. 88. littera B. item repellendus est ab obtinendo beneficio glos. in c. præterea, de vsuris Abb. in dict. cap. inter dilectos, & ab obtento suspendendus est ad tempus secundum Iudicis arbitrium, vt probatur in dict. cap. præterea. docent Couar. dict. cap. 3. num. 3. Ber. Diaz dict. cap. 88.

9 Neq; obstat tex. in c. 1. de vsuris, vbi pœna depositionis im-

po-

ponitur quia obtinet in clerico ipm semel punito, vt constat ex verbo, insistat, tunc enim quia iam est vsurarius manifestus depositione puniendus est, vt infra dicemus & docet Bern. Diaz vbi proxime D. Per. in Rubrica titulo. 2. lib. 8. ordinamenti pagina. 26. versiculo item etiam, Coua. dict. numer. 3. Cantera dict. cap. 8. num. 52.

10 Vsurarius autem manifestus punitur hoc iure infamiæ nota dict. capitulo. infame. §. porro. vnde inhabilis est ad sacros ordines suscipiendos capitulo. maritum. 33. dist. capitulo. seditionarios. 46. dist. neque potest ad beneficium eligi, vel præsentari capitulo. de Petro. 47. dist. Bertachinus in tractatu de Episcopo prima parte lib. 2. q. 33. D. Per. vbi supra versiculo est etiam. Item dominium rerum quas creditor extorquet à debitore ex causa vsurarum non transit in vsurarium, vt Cum Theologis resoluunt Coua. dict. capitulo. 3. num. 6. Clarus dict. §. vsura numer. 14. Item communione Corporis Christi, ecclesiastica sepultura, & religiosa oblatione priuantur capitulo. quia in omnibus, de vsuris. imo clerici, qui manifestos vsurarios sepelierint, vel eorum oblationem admiserint grauiter puniuntur, manent enim suspensi ab executione officij, donec ad arbitrium Episcopi satisfaciant dict. capitulo. quia in omnibus. & hodie manent excommunicati ipso iure. clementina. 1. de sepulturis docent B. Diaz in practica capit. 89. Siluester in summa verbo. vsura. nono n. 2.

11 Item testamentum vsurarij manifesti ipso iure est inualidum nisi restituat prius vsuras, aut idoneam præstet cautionem capit. quamquam de vsuris libr. 6. quam pœnam eleganter declarant Iulius Cla. libr. 3. sententiarum. §. testamentum q. 36. &. §. donatio q. 7. Couar. dict. capitul. 3. numer. 9. qui numer. 6. explicat, quæ dicatur idonea cautio, & Syluester dict. verbo vsura. 9. numer. 5. Clericus autem manifestus vsurarius præter omnes supra dictas pœnas à beneficio deponendus est, capit. 1. de vsuris. notant Bernardus Diaz, Cantera, Couarruuias numer. 3. & alij supra Pet. Gre. libr. 22. syntag. cap. 3. num. 12.

12 Iure vero regio puniuntur vsurarij, quod pecuniæ sub vsuris mutuo datæ debitori cedunt, & adquiruntur, & præterea totidem nummos soluere damnantur, pro duabus partibus fisco pro

cti,pro tertia vero accusatori. Quod si vsurarius hac pœna semel punitus, iterum in idem crimen inciderit amittit dimidiā bonorum partem eodem modo applicandam. Quod si secundo punitus tertio vsuras exercuerit omnibus bonis totoque patrimonio mulctabitur,codē modo diuidendis, vt probat l.14. &.8.titu.2.lib.8.ord.l.4.&.5.titu.6.li.8.recop.Decet.Couar. d.ca.3.nu.2.in fine Auen.de exequendis mandatis,secūda par te ca.29.nu.1.

13 Possunt etiam Iudices eos mercatores punire qui merces egenibus vendunt,habita fide,& posteà easdem per se vel per interpositas personas viliori pretio emunt. Quas conuentiones Hispane dicimus *moatras* cōtinent enim vsuram palliatam ideoque grauiter puniendi sunt,vt constat ex l.29.titu.4. li.3. recopila.l.22,titu.11.li.5.recopilationis , eleganter Molineus de vsuris nu.13.&.14.& quando hi contractus sint iusti & valiди,declarat Nauar.in Manuali ca.23.nu.91. & Iudex Ecclesiasticus poterit illos rescindere, vt docet Salzedo in additionibus ad Bernardū Diaz capit.89.litera C. versiculo. illud autē.

14 Aduertas autē primo,quod etsi Iure communi controuersum sit,an testes singulares sufficiant ad probandam vsurā,quādo vnus deponit de vno actu,alter de alio , vt constat ex pluribus relatis per Couarruuias libr.3.variarum cap.3.nu.5.Crau. consilio.73. numer.33.Cla.lib.5.sententia.§.fina.q.53. nu.18. Menoc.dict.casu.235.nu.23.Did.Pe. in Rubrica titulo secundo lib.8.ordinamenti.pag.27.versiculo.est etiam. Mascar. de proba.conclusione.1419.nu.11.tamen apud nos, (quia vsura est difficilis probationis,vt resoluit Masca.nu.3.& per coniecturas & præsumptiones probari potest capitulo.in diœcesi de vsuris capitulo.illo vos plures referunt Menoc. vbi proxime nu.29.Mascar.nu.5.& sequentibus) lege regni constitutū est, vt tres singulares testes sufficiant ad probandum vsuræ crimē in l.1.tit.2.lib.8.ord.l.4.tit.6.lib.8.recop.Quæ ita practicanda est si aliæ coniecturæ, & præsumptiones concurrant cum testibus singularibus,vt in ea expressum est, & admonet Cou. dict.cap.3.nu.5. versiculo hinc profecto.Cantera dict. cap. 8. num.54.in fine. Item requiritur:quod nullum cōmodum ex attestationibus testes recipiant.Nam si deponerent, vt pecunia mutuata sibi adiudicaretur,iuxta supra relata testes singulares

non probarent, quod eadem lex non obscure sensit,& docent Meno.dict.numer.23.Mascar. vbi supra num. 14. & sic iustissima est illius legis constitutio, vt affirmant Couarruuias dict. num.5.Auenda.dict.secunda parte cap.29.num. 2.

15 Permissum enim est principi, non recognoscenti superiorem, statuere, vt delictum testibus singularibus probari possit, secus autem si superiorem recognosceret, vt distinguendo affirmat Tiberius Decia.consilio.62.numer.17.volum.3. sequitur Mascar.vbi supra num.12.& ita accipiendum est, quod de constitutione Episcopi docet Couar.dict.num.5.in principio.

16 Aduertas postremo, quod licet communi Doctorum consensu hoc crimen reputetur mere ecclesiasticum glos. & omnes in capitulo.cum sit generale.de foro competenti.& in capitul.1.de officio ordinarij.Couarruuias in.4.secunda parte capitulo.8.§.fina.num.3.tamen verius est mixti fori esse. Possũt enim tam iudices seculares, quam ecclesiastici laicos vsurarios debitis pœnis punire, vt constat ex tex.in capitu. post miserabilem.de vsuris.probat eleganter Couarruuias dict. capitu. 3. num.1.Iul.dict.§.fina.q.37.Molineus de vsuris q.10. Didacus Perez in Rubrica titu.2.lib.8.ordinamenti pagina.27.versiculo est etiam puniendus, Cantera dict.c.8.nu. 5a.& ita practicatur, quibus absoluitur hic vtilissimus tractatus.

(:)

LAVS DEO.

SALMANTICAE.

In ædibus Antoniæ Ramirez Viduæ.

Anno. M.DC.III.

MODVS, SEV ORDO PROCE-DENDI IN CAVSIS crimi nalibus,

EXPLICATVS A LICENTIATO D. Iuan Vela hoc Anno. M. D. XCV.



Con Priuilegio.

EN SALAMANCA,

En casa de Antonia Ramirez viuda.

Año. M. DCIII.

A costa de Martin Perez mercader de libros.

MODVS, SEV ORDO PROCEDENDI IN CAVSIS criminalibus,

EXPLICATVS A LICENTIATO D. Iuan Vela hoc Anno, M. D. XCV.

CAPVT PRIMVM: QVÆ dicantur causæ criminales, & quæ contra ciuiles.

Summarium ad caput Primum.

Iudicis officio incumbit, delinquentes punire. num. 1.
Triumuiri capitales olim de sontibus inquirebant. num. 2
Causa faciendi huius tractatus & eius intentio. num. 3
Causæ, quæ ciuiles, & quæ criminales dicantur; late tractatur. num. 4
Lex Agraria de termino moto declaratur. num. 5
Lex Caius Seius. 21. ad Sylan. declaratur. nu. 6
Cap. Per tuas el. 1. de simonia explicatur. num. 7
Criminale iudicium dicitur, etiam vbi agitur de remotione ab administratione. num. 8
Concil. Trid. sessio. 25. c. 6. de reformat. explicatur. dum iubet ne episcopi sine adiunctis in causis criminalibus canonicorũ procedant, & disputatur an id locum habeat, vbi agitur de priuatione beneficij num. 9. & congregationis ea in re declaratio num. 15. & an illa in puncto iuris vera sit num. 17. cum sequentibus.

Pœna priuationis nunquam imponitur, nisi pro graui crimine. nu. 10
Contumacia & inobedientia crimen est. num. 11
Priuatio beneficij, pœna corporalis est. num. 12
Papa sine consensu cardinalium neque punire neque priuare cardinalem debet. num. 13
Pœna priuationis locum non habet, nisi in casibus à iure expressis. n. 14
Episcopo an debeant adiuncti assidere, vbi agit de priuando aliquo canonico non residente. num. 16
De crimine si per modum exceptionis agatur causa ciuilis est non criminalis. num. 18
Ciuilis causa est licet agatur de crimine ad priuationē beneficij quando per accusat. sed per inquisitionem proceditur. num. 19
Causæ criminalis contra canonicum ob ordines non susceptos intentatæ quis finis sit, & quis contra eum hoc in casu agere possit. num. 20
Criminale iudicium hodie regio iure quod dicatur. num. 21
Criminale vel ciuile quando dicatur iudicium vbi pœna relegationis imponitur, & de varijs relegationis differentijs. num. 22
Expulsio à loco, quæ pœna sit & an reddat causam criminalem. nu. 23 *&* 24
Causa criminalis est etiam hodie iure regio vbi pœna fisco applicatur. num. 25
L. 16. *tit.* 18. *lib.* 4. *recop. exponitur. num.* 26. *& l.* 8. *eod. titu. & lib. num.* 27
Causa an sit criminalis vel ciuilis an iure Regio arbitrio iudicis relinquatur? & quid iure communi. num. 28

1 AD officium boni & grauissimi iudicis spectare delinquentes inquirere, & punire docet Vlp. in l. cōgruit. 13. de officio præs. facit textus in authētico. vt nulli iudicum. in principio collatione. 9. Cōcil. Tridēt. sessione. 14. c. 4. de reform. Nam licet de præside nominatim loquatur, & sic de eo quem in prouincias mittebat senatus vel princeps, vt in l. 1. illo titulo.

2 Tamen & Romæ ad officium trium virorum capitalium id spe-

id spectasse demonstrat Rebardus lib. 2. var. c. 18. quod si magistratibus supremę authoritatis hæc muneris necessitas iniungitur, quales erant pręsides prouinciarum, vt ostendit Antonius Vaca in rubrica illius tituli, quanto magis inferiores iudices & latrunculatores, qui solum de maleficijs cognoscunt. l. solẽmus §. latrunculator ff. de iudicijs, totam operam nauare debent, vt malis hominibus prouincia purgetur, quod facile pręstabunt, si delinquentes inquirant & puniant dict. l. congruit.

3 Vnde cum nos superioribus annis auditores nostros docuerimus, quemadmodum post adeptos summos magistratus, qui sibi debẽtur punire sine iniuria cuiusquam delicti perpetratores dabant, restabat, vt rationẽ & ordinem inquirendi, & in causis procedendi ipsis monstraremus qui in multis differt à ciuilium iudiciorẽm ordine, quem cumulauit Iul. Clarus libr. 5. sent. §. fin. quæst. 1. in principio, idque hoc titul. diligenter & curiose præstabo.

4 Sed quia de causis criminalibus est agendũ, & inscriptio huius tituli de ipsis mentionem fecit, prænoscendum est quæ dicantur causæ criminales, & quæ è contra ciuiles. In qua quæstione. Accur. mire variauit, nã in l. lex Cornelia. verbo earum, de iniurijs criminalem causam esse scripsit, quoties de crimine agitur, sicut spirituale, beneficiale, & matrimoniale iudicium dicitur, in quo de re spirituali, de beneficio, vel matrimonio tractatur. Sed hanc sententiam conuincunt text. in l. fina. ff. de priuatis delictis l. vltima de furtis l. si quis ad se fundum C. ad l. Iuliam de vi. ca. tuę de procur. c. super his, de accusatio. cap. per tuas el primero de simonia, vbi licet agitur de crimine, causa tamen dicitur ciuilis, & ita Accur. reprehendunt DD. communiter, Blancus in practica crimina. 5. part. n. 158. Ab. nu. 5. Dec. 1. lectura num. 94. in rub. de iudicijs, Auiles in capitula prætorum c. 1. verbo, *camara*, num. 2. Rio in l. transigere num. 9. C. de transactio. vnde idẽ met Accur. in alia fuit opinione videlicet causam criminalem esse quoties pœna corporalis, id est corporis afflictiua venit imponenda, ciuilem vero, quoties pœna pecuniaria reus afficeretur, glos. verbo auri in l. siqua per calumniam C. de episcopis & cleric. & verbo, de re in l. 1. C. quando ciuilis actio & in l. qui sepulchra C. de sepul. viol. quæ sententia suadetur ex multis iuribus, in quibus causa criminalis

opponitur pecuniariæ, in l. 1. ff. de test. l. inquiri. C. de quæstio. l. tunc conuenit C. de accusatio. autentica sed nouo iure C. de pœna iu. & hanc opinionem apud laicos receptam esse testatur, Cassius consil. 19. num. 1. lib. 1. Sed falsa est & communiter improbatur, tum quia de re familiari & pecuniaria agitur criminaliter l. 1. C. quando ciuilis actio, tum quia publica iudicia sunt necessario criminalia dict. l. 1. sed pro crimine publico sæpe imponitur pœna pecuniaria, principium & §. item. l. Iulia institut. de pub. iudicijs, ergo pecuniaria causa criminalis esse potest, & ita testantur contra Accur. Abb. & Decius vbi supra. Blancus dict. num. 198. Clarus dict. q. 1. Rio in d. l. transigere num. 11. Gomez in principio inst. de actio. numer. 18. Aliam Abbatis opinionem d. num. 5. reprehendunt Dec. ibi num. 96. Auiles d. verbo camara num. 2. Aliam moderni Parisienses in d. rub. de iudicijs reprehendunt Rio. d. l. transigere num. 16. Correa in commentarijs legum Lusitaniæ lib. 5. titu. 1. verbo crimen.

Quibus omnibus omissis verissima & communis sententia est iudiciũ criminale dici quando principaliter agitur de crimine ad pœnam fisco applicandam, hoc est ad cōmodum publicũ, siue corporalis, siue pecuniaria pœna imponatur.

Iudicium vero ciuile vocari quoties principaliter in iudicio agitur ad priuatum partis commodum, siue causa ex contractu siue ex delicto descendat. Itaque si ex delicto accusatio fiat causa criminalis erit, dum tamen pœna corporalis imponatur vel pecuniaria & applicetur fisco, alias enim si parti adiudicetur, ciuilis erit, ita Accur. in l. 3. verbo centum aureorum, de sepulchro vio. & in l. 1. glos. fin. C. eod. tit. & glos. 1. in l. aut damnum de pœnis, quem sequuntur Bart. Paul. Alex. & Iaso. quos referunt & probant Miranda in praxi criminali 1. part. 2. partis ver. audiantur excusatores num. 164. Paz in practica 1. tomo 5. part. c. 3. num. 18. Iul. Clarus d. §. fi. q. 1. nu. 2. Iordanus de maioribus episcoporum causis ca. 1. numero. 1. & 16. Greg. Lopez in l. 9. glo. 1. titu. 4. par. 3. Didacus Perez in rub. titu. primi. libr. 3. ordin. fol. 440. ver. 3. modo. Auil. vbi supra. Olanus in concordia antinomiarum l. 1. versic. criminalis num. 119. Menochi de arbi. casu. 165. num. 4. Pereyra in l. si curatorem habens verbo, satis num. 25. Petrus Greg. lib. 47. num. 3.

5 Quæ communis sententia non obscure probatur in. §. in summa, instituta de iniu. & apertius in l. agraria. ff. de termino moto. si recte inducatur. Constat enim ex eius litera, pœnam quinquaginta aureorum fisco applicandam contra terminorũ motores inditam, esse, & iudicium, esse criminale, ex eo poter, quod eius pœnæ exactio petitioque cuilibet de populo datur: ergo publicum iudicium erat. l. quamuis l. 2. C. de adult. l. lege. Cornelia de falsis principium inst. de publ. iud. publica autem iudicia criminalia esse omnes fatentur, ex l. 2. quando ciuilis actio.

6 Sed ab hac verissima & communissima sententia recesserunt Abb. & Antonius Correa vbi supra moti. 1. iurisconsulti authoritate in l. Caius Seius 22. ff. ad Sylanianum. vbi cum de hæreditate eius tractaretur, quia familia occisus proponebatur ea ratione applicanda fisco, quia hæres scriptus mortem testatoris contra Senatus consulti Syllaniani. 6. autoritatem vindicare neglexit, Paulus respondit causam, de qua quæritur pecuniariam esse: ergo etiam si pæna applicetur fisco causa erit ciuilis non criminalis.

Cui difficultati omissa interpretatione Decij in d. rubrica lectura 1. num. 96. quam probant Gabriel Saraina d. not. 70. nu. 9. & Rio vbi supra num. 19. & alia Gomecij in principio num. 19. inst. de actio. & Menoch. d. casu. 265. num. 7. dicendum est causam de qua in d. l. Caius. sua natura criminalem esse, cum pœna seu hæreditas veniat fisco applicanda iuxta superiorem resolutionem. Aduertendum tamen est iudicium ibi non fuisse institutum cum ipso hærede, qui necem defuncti non vindicauit, sed cum hærede hæredis ad quem primum defuncti hæreditas deuenerat, & hac ratione causa illa, quæ contra primum hæredem ingratum, fuisset criminalis contra secundum instituta dicitur ciuilis, quia crimina omnia morte delinquentis extinguntur. l. 1. & 3. C. si reus vel accusator, neq; hæredes eius posse conueniri, nisi quatenus ad eos peruenit l. vnica. C. ne ex del. defunct, vnde quia hæreditas Caij ad hæredẽ sororis deuenerat conuenitur hæres: causa tamen non est criminalis quia crimen extinctum fuit morte sororis, sed ciuilis, quia tantum agitur de eo quod ad hæredem peruenit.

7 Secundo contra superiorem communem doctrinã addu-

cit Abb.text. difficilem in c.per tuas el primero in fi. de simonia, vbi de grauissimo simoniæ crimine tractatur, & pœna, quæ priuatio beneficij est nō applicatur parti, c.olim in fi. de rescr. & nihilominus iudiciū dicitur ciuile, ergo quāuis pœna non applicetur parti: causa non dicitur criminalis, cui difficultati respondet. Areti. in d.rub.num.22.pœnam de qua in d.cap. per tuas licet parti non applicetur, nec fisco applicari, ideoq; criminalem non fuisse appellandam ex superiori doctrina. Sed cum priuatio beneficij sit & species pœnæ, quæ vocatur remotio ab administratione c.qualiter & quando el segundo de accusatio. ex ea causa intentatum iudicium, potius ciuile, quā criminale debet dici, ciuiliter nō eum agere dicimus, quando agit ad remotionem ab administratione l.3.§.tutor vbi Bart.ff.de susp. tuto. idem Bart. in l.1.§.sciendum.ff.eod. & hanc. Aret. interpretationem sequitur Dec. vbi supra, quam falsam esse sequent. rationibus ostendā; primo quia superior doctrina cōmunis imperfecta esset, vt pote quæ in 3. distinctionis membro defecit cum de pœna quæ nec parti, nec fisco applicatur nullā fecerit mentionem quod admittendum non est, cum pœna priuationis comprehendatur sub ea, quæ ad commodum publicum seu emendationem imponitur.

8 Secundo quia contra Aret. verius mihi videtur iudicium criminale dici vbi de remotione ab administratione tractatur, quia in ciuilibus nō accusatio stellionatus, sed actio de dolo locū habet l.3.in principio. ff.de crimine stellionatus, sed quādo agitur ad remotionem officij stellionatus criminis, accusatio preponitur d.l.&. §.pœna, ergo causa criminalis erit, atque ita vbi ad priuationem beneficij agitur, causam esse criminalē defendūt Aret. & Abbas in c.super his, de accusatio. Felinus in rubrica num.2.de iudicijs Greg. Lopez in l.9.glo.1.titu.4. part. 3.Mar.in practica.4.p. distinctione 1.num.33.

Non obstat text. in dict.cap. per tuas de simonia primo in fi. quia ideo ibi causa priuationis beneficij dicitur ciuilis, etsi pœna parti applicanda non sit quia ex denuntiatione agebatur in qua illud regulare est, vt semper causa ciuilis dicatur iuxta tex.celebrem in c.super his, de accusatio. docet Abb. ibi & Gabriel Saraina.d.notabili.70.num.5.

9 Ex quibus infero singularem declarationem ad decretum

Con-

Concilij Trid. sessione. 25. ca. 6. de reformatione. vbi inhibitum est episcopis in canonicorum & aliorum suæ cathredalis Ecclesiæ criminalibus causis; absque duobus adiunctis ab ipso capitulo, initio cuiuslibet anni deputandis ad informationes recipiēdas & alia in processu necessaria procedere, id enim nō solum locum habent, vbi de canonicorum criminibus accusatio instituta sit, verum & vbi à principio causa ciuilis fuit, veluti si contra eos ad suscipiendos ordines suæ præbendæ annexos agatur, iuxta posita in eod. concil. sessione. 24. ca. 12. de reform. & ob non susceptos ad priuationem canonicatus procedatur. Nō enim licebit episcopo absque adiunctis vel coniudicibus procedere, cum ex superioribus vbi de priuatione beneficij agitur causa criminalis fit.

10 Quæ sententia secundò probatur; quia priuationis pœna numquam imponitur nisi pro crimine graui c. si in vetitum. 16. quæst. 7. Abb. in c. tuæ. de pœnis Bernardus Diaz in practica. c. 123. sed in. d. causa venit imponenda pœna priuationis, ergo agitur de crimine, & sic causa criminalis erit. Tertio episcopus cū consensu capituli debet distribuere & designare quis ordo sacer cuiq; canonicatui assignatus esse intelligatur dict. sessione. 24. cap. 12. ver. in omnibus vero, ergo sicut in designatione consilium capituli exigitur, ita in priuatione exigendum erit ob non susceptum ordinem designatum, quia iudex præparatorij, iudex esse debet & præparati. l. si de proprietate. C. si à non compet. iudice not. Baldus in l. ordinarij not. 2. C. de rei vendi. canonistæ in rubrica de iudi. Iunior consilio. 152. num. 9.

11 Quarto Concilij Decretum d. sessione 25. c. 6. loquitur vt supra probauimus quoties agitur criminaliter, sed in hac causa agitur ob inobedientiam, & contumaciam, quæ crimen esse censetur ex glos. verbo veram pœnam in l. 1. §. fin. vbi Iason nu. 30. ff. si quis ius dicenti. & verbo succurrendum in. l. si filius ff. de interrogatorijs actio. Bart. in l. vnū delictum de re militari. ergo Concilium hoc casu locum habet.

12 Quinto vbi pœna corporalis imponitur certum est iudicium esse criminale, cum pœna applicetur fisco, idest ad publicam vtilitatem. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. sed priuatio beneficij censetur esse pœna corporalis. l. si quis forte. in fi. cum

 sequen

ſeq.entibus. ff. de pœnis, ergo cauſa erit criminalis ac proinde decretum concilij comprehendet eam.

13 Vltimo facit egregia doctrina Decij conſil.14.n.95.lib.3. vbi tradit, quod ſicut Papa non punit cardinalem ſine conſenſu & conſilio cardinalium exemplo epiſcopi qui nil arduum gerit ſine conſilio capituli.c.nouit de ijs quæ fi.à prǽl.ita nec debent, ſine aſſenſu cardinalium inobedientem multare maximè pœna priuationis.

14 Quæ locum non habent, niſi in caſibus à iure expreſſis, Bald.in autentica ex teſtamento num.13. C. de ſecun. nup. Iaſ.conſil.86.num.7.lib.3.Dec.vbi ſupra num.88.

15 Quibus fundamentis in cauſa canonicatus Burgenſis ita declaratum fuit à cardinalibus ſacri concilij interpretibus his verbis. *Congregatio concilij cēſuit non licere archiepiſcopo ad priuationem procedere ob non ſuſceptos ordines contra canonicos ſuæ Eccleſiæ abſque ſolemnitate à concilio requiſita*, & ita huius declarationis authoritate obſeruandum erit in iudicando & conſulendo.

16 Ex qua declaratione propter eandem aſſiſtentiam neceſſariam eſſe epiſcopo ſi contra non reſidentes procedat poſt fructuū confiſcationē quæ antiqua pœna fuit.capit.1.de cleri.nō reſiden. in .6. ad beneficij priuationem iuxta decretum con. eiuſdem ſeſſione.24.cap.12. quia licet ante concilium poſſet epiſcopus eo caſu procedere nullo requiſito capituli cōſenſu & abſentem ſpoliare ſi monitus nō veniſſet, quia tunc neceſſarium non erat iudicium neque proprie citatio fiebat, ſed requiſitio.nec ferebatur ſententia priuatiua, ſed potius fiebat ſpoliatio: nam hæc non poſſunt eſſe notoria vt notatur in c. ex parte. c.ex tuæ de cleri.non reſiden.declarat Oldraldus conſil. 195. &.230.quem ſequitur Abb. in c.nouit de ijs quæ fi. à præl. tamen ex ſuperioribus cum pœna priuationis ſit imponenda, cauſa iudicabitur criminalis, & ideo neceſſaria erit concilij ſolemnitas, & cum per omnia ſimilis ſit præcedenti, in qua agitur de priuatione ob non ſuſceptos ordines.

17 Sed ego contra declarationē cardin. ſencio & in puncto iuris oppoſitam ſentētiam veriorem eſſe, aliquando defendi ſequentibus fundamentis.

18 Primo quādo agitur de crimine per modū exceptionis nō ad pœnā ordinariā licet criminoſus beneficio priuetur cauſa dicitur

citur ciuilis cap. super his de accusatio. quia non priuatur in pœnam, sed vt inhabilem ad beneficium secundum Arct. col. 3. quem sequitur Maranta d. distinctione. 1. nu. 34. Sed quando ob non susceptos ordines ad priuationem agitur pœna priuationis imponitur, non in pœnam, quia non promotus inhabilis est & damnosus ipsi Ecclesiæ ca. licet canon de electione in 6. Trid. d. sessione 24. c. 12. ergo causa dicitur ciuilis.

19 Secundo licet agatur de crimine & ad priuationem beneficij adhuc causa erit ciuilis, si nõ per accusationem, sed per inquisitionẽ procedatur d. c. super his, tex. secundũ verã interpretationẽ de qua supra in ca. per tuas el primero in fin. de simonia docent Arct. 6. supra Ioan. Andr. in c. frequens de restitutione spol. in 6. Ber. in l. 1. §. sciendum. ff. de suspec. tuto. & in l. 2. §. publico colum. 2. de adulterijs Abb. in ca. fin. in fi. de purgatione canonica Mar. dicens communem vbi supra num. 35. sed in d. causa non agitur per viam accusationis sed potius inquisitionis iuxta ea quæ supra cõtra nos resoluimus ex Oldraldo, ergo erit causa ciuilis.

20 Tertio finis causæ criminalis est, quod tendit non solum ad priuationẽ beneficij, sed & ad depositionẽ d. c. super his de accusatio. sed quando agitur contra nõ promotũ, solum tendit pœna ad priuationem non ad depositionem, ergo non erit causa criminalis. ita Soc. d. num. 15. Federicus de Senis consil. 27. quam ex eod. consil. 23. & consil. 90. confirmat, vbi concludũt quemlibet parrochianum agere posse contra clericum ad remotionem ab administratione ob ordines non susceptos, ergo causa non est criminalis, alias enim non admitteretur laicus ad clericum accusandum ex regula tex. in ca. P. Manconela de accusatio. hodie tamen hæc disputatio cessat propter cardinalium declarationem.

21 Sed an iure Regio admittẽda sit superior Accur. & cõmunis differentia causarum ciuilium & criminalium inter nostrates controuertitur, & Auendaño in dictionario ver. *criminal* fol. 181 Villalobos in antinomia iuris ver. criminalis & Marti. de Rio in d. l. transigere num. 11. existimarunt hoc iure criminali tantum iudicium dici, ex quo pœna corporalis venit imponenda ex l. 9. & 18. & 24. titu. 4. par. 3. l. 9. titu. 18. eadem partita.

22 Ex quibus inferunt ex pœna relegationis non semper causam

sam ciuilem dici, sed ita demum si relegatio perpetuò & ad certum tempus & incerto loco fiat, secus verò, si delinquens relegetur temporaliter ad arbitrium iudicis, quam relegationem dicimus *destierro voluntario*, quæ ea ratione probãt: nam in relegatione assignãdus est locus, in quo exulet relegatus iuxta l.4. ver. *la tercera* titu.31.par.7. aliàs enim non relegatus sed expulsus à loco habitationis dicitur, *a quien llamamos echado de la tierra* l.4.titu. 1.par.7.l.4.titu.28.ead. part.

23 Expulsio autem à loco diuersa pœna est à relegatione l.1 titu.31.p.7. & sola relegatio reddit causam criminalem non autem expulsio, de quà nulla mentio fit in supra dictis legibus ergo relegatio sine loci & temporis adiectione non instituet iudicium criminale.

24 Verum ego has recentiorum traditiones damno.1. existimo non vtcumque relegatio faciat iudiciũ esse criminale, quia etiam expulsio pœna iudicatur corporalis, est enim corporis afflictiua vt dicit Ab. in.c. postulasti colum.4. de foro compe. Afflictis in institutione Siciliæ lib.1.rub.2.num.16. quæ libet autem pœna corporalis causam reddit criminalẽ ex.d.l. 9.titu. 4.pag.3.

25 Item affirmo iure quoque regio, si pœna pecuniaria applicaretur fisco causam esse criminalem: nam supra dict.ll. solum probant criminale iudicium dici, quando ex delicto ad pœnam corporalem proceditur, quod ex iure communi verissimum est: non tamen excluditur pœna pecuniaria fisco applicanda ergo censetur casus omissus, ideoque iuri communi standum erit ex.l.1.tauri vt recte aduertit Gregorius Lopez in d. l. 9.gl. 1.titu.4.par. 3.

26 Quæ sententia confirmatur ex l.16.titu.18.libr. 4. recop. vbi condemnatus ex causa ciuili, si vel pecuniam deponat vel sufficientem prę stet cautionem relaxandus est è carceribus vt appellationem prosequatur. Secus autem si cõdemnatus sit ex causa criminali: ergo causa criminalis appellatur etiam pecuniaria, pœna enim ponitur, indeque si pecunia condemnationis fisco applicetur non erit relaxandus, cum ex superioribus causa sit criminalis.

27 Secundo prædicta sententia comprobatur ex l.8. titu. 18. lib.4.recopil. vbi licet ex dispositione legis septimæ, eiusdem titu-

tituli appellationē in causis ciuilibus nō excedētibus valorē decē milliū marapetinorū debeant interponi ad decuriones illius loci, in quo profertur sententia, tamen in causis criminalibus, etiā si cōdemnatio nō excedat summā sex milliū marapetinorū appellatio nō ad decuriones, sed ad iudices superiores interponi debet: ergo constat iure regio causam criminalē dici etiam si modica pœna pecuniaria imponatur dum tamen ex superiori doctrina fisco applicetur, ex qua deduco singularem declarationem ad d.l. 8. vt & si pecuniaria pœna alicui imponatur propter verbalem iniuriam alteri irrogatam, etiam si excedat summam sex millium marapetinorum appellatio interponenda sit ad decuriones, ex d.l.7. quia licet de crimine agatur, tamen causa vere & proprie non est criminalis, nam licet ex dispositione legis.2.titu.10. lib.8.recop. pro tali iniuria imponitur pœna pecuniaria, partim applicāda parti, partim fisco, qua in specie causa neq; omnino criminalis neq; omnino ciuilis dicitur, sed mista vt recte tradiderūt Speculator titulo de cōtumacia. §.sequitur videre, versiculo, actio mixta. Bart. in l.senatus.§.senatus.ff.de iure fisci Alex.consil.66.colu.1. & consil.82.columna fin.volumine.1.Bald.in l. etiam. C. de furtis Gregorio Lopez in d.l.9.par.Maran.d.dist.1.num. 82.

28 Vnde infero non bene sensisse Olanum in concordia iuris ver.criminalis num.121.in casu dubio arbitrio iudicis relinquendum vtrum dicatur causa criminalis, quod & iure communi docuit Bal.in l.eos.§.supra his.C.de appellatio.Menoc. de arbi.casu.265.num.2.nam licet in l. 20.tit.5.libr. 2. recop. habeātur hæc verba, *y mandamos que quando se offreciere differēcia &c.* Non inde intelligendum est posse eos pro arbitrio controuersiam definire, sed iuxta iuris regulas declaraturos an causa sit criminalis, regulæ autem erūt hoc capite à nobis obseruatæ.

(:)

Caput

Caput secundum, Quibus modis contra delinquentes procedatur.

Summarium ad caput secundum.

Modi tres procedendi in causa criminali.num.1
Iudices in criminalibus causis vel ad partium petitionem, vel ex officio procedunt.num.2.
Iudices, sub graui pœna tenentur ad punitionem delictorum procedere. num.3
Iudici prius quam contra reum delatum procedat quæ debeant constare.num.4
Testes minus idonei vel singulares, aut fama quando sufficiat ad procedendum contra reum.num.5
Delinquens etiam si fateatur se crimen commisisse non videtur plene de delicto constare.num.6.
Lex rescripto.§.si quis accusatorem de muner.& honor.declaratur & quando quis sine accusatore damnari possit.nu.7
Accusator an hodie in criminalibus requiratur, & de fiscalis officio. num.8

1 TRES modos procedendi in causis criminalibus proponit Ponti. in cap.super his.16. in principio & in c.qualiter & quando, versiculo ad corrigendos de accusatio. Per inquisitionem denunciationem, & accusationem quos explicant gl.& communis ibi gl.in summa.2. q.8. Bart. per text.ibi in extrauaganti, ad reprimẽdum quomodo in crimine læsæ maiestatis procedatur text. in proœmio. 7. part.& ibi Greg.verbo en tres maneras Iul.Clarus lib.5.sentent.§.fin. q.3.num.1.Cantera quæstio.crimina. præludio primo. Paz in praxi.1.tomo.5.p.in principio.

2 Sed ego clarioris doctrinæ gratia cum Iulio Claro.d.q.3 rẽ aliter comprehendo, iudices ad criminum punitionem procedere, vel ad petitionem partis vel ex officio. Ad petitionem partis per accusationem solemniter factam ab eo, cuius principaliter interest, delictum cõmissum non esse, ex officio quan-

quando deficiẽte legitimo accusatore in causa procedit vel per inquisitionem vel per denunciationẽ: nam qui per denunciationem procedit ex officio dicitur procedere d.c. qualiter & quando not. Bosius in practica titulo de inquisitione num. 77. Cantera d. præludio. 1. num. 2.

3 Et tamen aduertendũ, quod licet iudex teneatur sub graui pœna ad punitionem delicti procedere, siue accusatio proposita sit siue denunciatio delata, siue fama moueat inquisitionem specialem vt probatur in d. c. qualiter & quando l. congruit. 13. de officio præsi. l. item apud Labeonem. 15. §. si quis de iniurijs. l. 4. versi. 2. ad l. Iuliam peculatus. l. per omnes. C. de censoribus ciuitatum. l. penul. titu. 1. p. 6. Clar. d. §. fina. q. 4. num. 2. Anto. Gomez, qui huius rei rationem expendit 3. tomo. var. ca. 1. num. 10.

4 Tamen priusquã contra reũ delatũ procedat constare sibi debet delictum fuisse cõmissum, vt in homicidio de corpore occisi vel aliàs per testes, qui de ipso delicto vel fama deponant l. 1. §. item illud l. necessarios. §. 1. ff. ad Syllanianũ. l. inde Neratius. §. fin. ad. l. aquil. l. 1. §. ad si quis vltro. de quæstionibus & Bart. num. 9. in. d. §. item illud. Hippol. in practica in principio num. 4. Bosius. c. de delicto. num. 1. & 2. Clarus. d. q. 4. Cantera vbi sopra. q. 1. fol. 9. Iordanus de maioribus episcoporum causis. cap. 6. num. 7. Gomez d. 3. tom. c. 9. nume. 1. Paz in praxi. 1. tomo. 5. p. c. 3. §. 1. num. 1.

5 Et in hac delicti probatione sufficiũt vel fama vel testes singulares vel minus idonei vt resoluunt Bosius. d. n. 1. & 2. Igneus in d. §. item illud num. 5. Folerius in practica 2. p. ver. capiat informationem num. 3. quæ doctrina verissima est in delictis facti permanentis, si eorum scilicet certa durent vestigia, vt in homicidio ipsum cadauer, in incendio locus combustus, cessat tamen in delictis quæ vel solo animo committũtur, vt hæresis vel si committantur facto, nulla solẽt remanere vestigia vt in adulterio, furto. in his enim non requiritur alia inuestigatio delicti, sed statim tenetur iudex contra ipsum delinquentem procedere, vt optime considerarunt Clarus d. q. 4. num. 3. Cantera. d. q. 1. nu. 3. fol. 10

6 Nec si reus fateatur se hominẽ occidisse de delicto constare dicemus, vt puniri possit, nisi aliàs iudici legitime constet

tale homicidium fuisse cōmissum vt ex l.inde Neratius.§. fina. ff.ad l.Aquil.l.2.§.si quis vltro. ff. de quæstio.docent Hippol. vbi supra num.1.Clarus d.q.4.Cantera d.q.1.nu.2.Gomez.d. c.9.num.1.& alij supra.Quod verum esse intelligunt vt criminaliter non puniatur: ad ciuiles enim causas talem confessionem nocere eleganter ait Igneus num.2.&.3.d.§.item illud.

7 Sed is omnibus obstare videtur text.in l.rescripto.§. si quis accusatorem,de muneribus & hono.ex quo deduci solet vulgaris regula neminem damnari sine accusatore, & respōdet communis singulariter illam regulam procedere,cessare tamen in aliquibus casibus, inquibus specialiter premissa est inquisitio vel denunciatio quam resoluunt Gomez d.3.tomo.cap. 1.nu. 49.Paz in practi.d.5.p.c.1.num.15.

8 Sed cum hodie regulariter absque accusatore procedatur paucis criminibus exceptis,existimo etiam quādo per inquisitionem vel denuntiationem proceditur satisfieri regulæ. d. §. si quis accusatorem : nā licet à principio iudex ex officio tantum inquirat tamen perfectam summariam informationem & post confessionem ipsius rei accusatorem nominare solet quē vulgo appellamus fiscalem & is sustinet accusatoris partes.

Caput tertium de inquisitione.

Summarium ad Caput tertium.

Inquirere quid sit? & quid in criminibus per inquisitionem procedere.num.1.

Inquisitionis duæ sunt species, specialis & generalis & de vtraque. num.2

Inquisitio generalis vt fiat an fama vel aliqua præsumptio de iure canonico requiratur,& quid de iure ciuili.num.3

Inquisitionem generalem faciens iudex de occultis criminibus testes interrogare non potest,& si fecerit,illi ad dicendam veritatem non tenentur.num.4

Crimina, quæ occulta & quæ publica dicantur.num.5

Iuramentum intelligendum esse secundum mentem eius, cui iuratur, quando verum sit.num.6

Iudex

Iudex ineptam inquisitionem faciens qualiter puniatur. num. 7.
Inquisitione generali, siue speciali facta à iudice, si constet aliquem offensum cui accusandi ius sit, quid faciendum. nu. 8
Inquisitio hodie in quolibet delicto etiã vbi accusator est potest à iudice fieri. num. 9

1 INQVIRERE nil aliud est quam diligentius abdita & obscura indagare quasi intus quærere, & inde quãdo iudex ex mero officio suo occulta delicta in iudicium deducere intendit dicitur inquirere & per inquisitionem procedere vt ex Bart. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. docent. Ab. & Socinus nu. 21. in ca. qualiter & quando. 2. de accusatio. Bosius in practica titulo de inquisitione. num. 2. Greg. Lopez in l. 1. glo. fin. titu. 17. p. 3. Paz in praxi 1. tomo. 5. p. cap. 1. num. 1.

2 Cuius inquisitionis duæ sunt species generales, & speciales. Generalis inquisitio perproprie dicitur quando in genere nullo expresso delicto, neque persona delinquentis iudex ex mero officio suo nititur inuestigare delicta inquirendo super statu prouinciæ vel ciuitatis vt cotidie faciunt episcopi & eorum visitatores. Et de hac inquisitione loquitur in ca. sicut olim de accusatio. cap. 2. de officio ordinarij cap. 1. §. sane de censibus lib. 6. specialis autem inquisitio est quando iudex ad puniendum aliquem inquirit de delicto præcedente aliqua infamia, præsumptione vel indicio secundum Bart. Bosium & Soci. vbi supra. de qua inquisitione loquitur tex. in ca. postquã c. cum dilecti c. nil de electione cap. qualiter & quando. 24. de accusatio. ca. fin. de clandestina desponsatione. vnde quando præcedente inquisitione generali resultat fama vel aliqua præsumptio contra certam personam de aliquo delicto cessat tunc generalis & incipit inquisitio specialis.

3 Ex quibus apparet falso existimasse Aret. num. 67. Soci. nu. 396. in d. c. qualiter & quando. Alciatum in cap. 2. num. 12. de officio ordinarij requiri de iure canonico ad inquisitionem generalem quod fama aut aliqua præsumptio præcedat quæ iudicem moueat ad inquirendum. Nam ex superioribus constat illud obtinere in inquisitione speciali, secus autem esse in gene-

rali probat text.in d.cap.1. §. sane de censibus in. 6. licet illud non negauerint talem inquisitionem de iure ciuili prohibitam esse nisi fama aut præsumptio aliqua præcedat, vt ex magis communi legistarum sententia resoluit Clarus d.§. fina.q.6.in principio & num.6.Bosius d.titu. de inquisitione num.7. & de iure regio prohibita est si principis mandatum non præcedat ex l.2.titu.17.p.3.l.3 &.4.tit.2.lib.8.recop. Inquisitio autem generalis respectu delinquentium, specialis tamen respectu aliquorum delictorum non solum probibita non est, imo necessaria & ex mero iudicum officio facienda ex.l. 36.tit.6. lib.3.recopil.quod intelligendum est si fama non præcedat, ea enim præcedente de quocumque delicto inquirere debebit. l. 2.titu.17.p.3 vbi Greg.glo.2. Paz d.ca.1.num.6.quia tunc inquisitio non dicitur omnino generalis, sed specialis respectu illius delicti quia fama detulit.

4 Est tamen aduertendum iudicibus quando per inquisitionem generalem procedunt non posse interrogare testes de occultis, sed tantū de publicis aut notorijs criminibus, testesque interrogatos non posse de tegere occulta delicta iuxta text. in c.qualiter& quando primo in fin.de accusatio.quod si de facto interrogentur poterūt vti subterfugio verborū vt iudicē eludant respondendo se nescire eo sensu intra se retēto scilicet vt alijs detegant:vt non obscure significauit in c. qualiter & quando primo iuncto ca.erubescant.32. distinctione docet Sylu.in summa verbo, accusatio q.13.Soto in libello de ratione tegendi & detegendi secretum membro.3. Paz d.c.1.num. 10.

5 Quæ autem dicantur crimina occulta vel publica eleganter explicat tex.in c.inquisitionis.§.tertię dubitationis de accusatio.Nau.vbi supra corollario 61.Paz d.c. 1.num.12.

6 Nec obstat quod iuramentum intelligi debet secundum mentem & intentionem eius, cui iuratur non eius, qui iurat iuxta tex.in quacumque arte.22. q. 5. quia illud intelligendum est quando quis iuste & seruato ordine iuris interrogatur: tunc enim prædicta ratione, subterfugio verborum vti non posset:secus autem si iniuste & tyrānice interrogaret iudex nō seruato iuris ordine,quia sufficeret responsionem veram esse ex verbis æquiuocis ad sensum interrogati quamuis ad sensum interrogantis falsa essent, vt ex Nau. & Soto & alijs vbi supra.

7 Quod

7 Quod si iudex ineptam faciat inquisitionem, quod potest multis modis contingere quos cumulant Bosius d. titu. de inquisitione. num. 77. Cantera quæstionum criminalium primo præludio num. 3. puniendus est in damnis & interesse inquisito contingentibus vt cum Bal. in l. non ignoret. C. de fructibus & litium expensis & in rubrica. C. de pœna iudi. qui male. Resoluit Cantera vbi supra q. 2. pag. 11.

8 Hic autem procedendi modus per inquisitionem generalem siue specialem cessat & suspenditur, quando ex inquisitione constat aliquem offensum esse ex delicto cui competit ius accusandi, tunc enim eum requirere debebit iudex vt intra certum terminum reum accuset, vel suam voluntatem declaret an velit accusare iuxta doctrinam glossæ in ca. presbyter sententia à plebe. 2. q. 4. quam sequuntur plures relati à Bosio in. d. titu. de inquisitione num, 62. Auiles, in capitula prætorum. c. 1. verbo fiel. num. 34. quo accusante deinceps procedit per iuramentum & per viam accusationis: quod si accusare neglexerit datis alijs duobus indicijs iudex procedet in inquisitione, ex offitio vt in rubrica & l. 1. C. vt nemo inuitus agere vel accusare glo. verbo coges in l. si quis homicidij. C. de accusatio, quam communiter receptam affirmat Couar. lib. 1. var. ca. 1. in fin. Clarus lib. 5. §. fi. q. 15. num. 5. sed elapso termino præfixus ad accusandum potest ex officio procedere: amplius enim non audietur offensus ad accusandum ex Bart. in l. Papinianus §. 1. num. 2. ff. de inofficioso Alexan. in additio. ad Bart. in l. 2. §. si publico verbo modum inquisitionis. ff. de adulter. & hanc esse communem & hodiernam practicam huius regni testantur Anto. Gomez d. 3. tomo. var. cap. 1. num. 17. Paz d. 1. tomo 5. p. cap. 3. §. 5. num. 1. & ita obseruandum est licet Iul. Clarus. d. §. fina. q. 3. num. 7. contendat, quod licet de iure antiquo accusatio impediret inquisitionem vt ex omnium sententia resoluit Roman. in l. edita post numerum. 138. C. de edendo.

9 Tamen hodie vtrumque remedium cumulari potest cum modus procedendi per inquisitionem iam ordinarius sit sicut accusatio: nam de consuetudine generali liberum est iudicium in quolibet delicto ex offitio procedere: de qua consuetudine testantur Bal. in l. ea quidem num. 44. C. de accusatio Angelus de maleficijs versi. hæc quidem inquisitio. numero. 30.

Anton.Gomez dict.capit.1: numero.49.& plures relati à Claro.d.quæst.3.numero sexto.

Caput quartum de denunciatione.

Summarium ad caput quartum.

Denunciatio quid sit? num.1

Denunciationem de iure canonico fraterna admonitio, excepto hæresis crimine præcedere debet. num.2

C.quoniam.§.illud de iur.iur.late exponitur.num.3

Denunciatio ab accusatione in quo differat & an valeat iuramentum quo maritus se vxorem de adulterio non accusaturum promisit num.4.

Delator nemo priuatus iure ciuili esse potest: neque sine fisci aduocato aliqua denunciatio fieri.num.5

Delatoribus olim ab impp.præmia statuta & cur hi curiosi dicerentur & stationarij.num.6

L.neq; supina.de iur.& fac.19.Rub.de curios.& stationarijs & l. 1. §.fin.de officio præfec. vrb.declarantur.num.7

Delatores à Constantino sublati, ab alijs impp.puniti, & qui hodie denunciare possint.num.8

Denunciationum praxis quæ hodie & quando, ac quomodo priuati denuncient.num.9

Denunciari iure ciuili de quibuscumque criminibus poterat, & an idẽ esset iure canonico.nu.10

Denunciationis effectus quis sit & qualiter iudex post eam procedere debeat.num.11

Denunciationi ab officiali facta credendum est, vt viatori vel nuncio dicenti se aliquem citasse.num.12

Denunciationi officialis vt credatur hodie de iure regio testis vnus ad esse debet.num.13

Denuncianti ministro siue officiali cur fides detur, & quando non detur.num.14

Denunciator an in eadem causa admitti in testem posit.num.15

Denunciantem in testem admittendi communis praxis damnatur. n. 16.& quo casu ea defendi posit.num.17

De-

Denunciantes qui crimina non probant varijs pœnis plectuntur non tamen talionis & quare? num. 18
Denunciator si officialis publicus vel fiscalis sit & in probatione deficiat in expensis olim damnabatur, hodie non & quare? nu. 19
Denunciator si ab officiali per calumniam fiat, in expensis damnatur. num. 20

1 DEnũciatio est delatio alicuius criminis apud iudicem competentem ad pœnam vel correctionem delinquentis, vt non obscure deducitur ex glo. in summa. 2. quæst. 8. docet. Præpositus ibi. Bosius in practica titulo de denunciatione in principio Bernardus Diaz cap. 6. Simancas de catholicis institutio. tit. 19. num. 1. Paz in praxi. 1. tom. 5. p. 7. num. 2. Petrus Gregor. lib. 31. syntag. c. 4. in principio.

2 Et iure canonico talem denunciationem debere præcedere fraternã correctio. cap. 2. de accusatio. c. licet el primero. 31. de simonia iuxta præceptum euangelicum relatum in c. nouit de iudicijs vbi Nauarr. not. 5. excepto crimine hæresis, de quo denunciatio fieri debet, nulla præcedente correctione docent Simancas. d. titu. 19. num. 10. qua præcedente correctione de omnibus delictis & à quocumque fieri denunciatio potest & debet c. si peccauerit. 2. q. 1.

3 Ex quibus intelliges text. difficilem in c. quoniam. §. illud de iure iur. vbi qui iurauit non accusare vxorem de adulterio obligatur iuramento vt non accuset, licet rem iniustam continere videatur iuxta. l. si vnus. 27. §. illud &. §. pacta. ff. de pactis. quia potest denunciare vt emendetur, cum in præmissa correctione fraterna ex præcepto Euangelij quis denunciare teneatur d. c. nouit d. c. si peccauerit, iuramentum non potuit denunciationem excludere, ne aliàs esset vinculum iniquitatis: & quod per denunciationem agitur ad correctionem delinquentis, & sic emendatio delicti salua, est, obligaturque iuramento vt non accuset.

4 Quia inter accusationem & denunciationem hoc interest quòd per accusationẽ agitur ad tori separationem, vt patet ex eod. §. illud & sic ad commodum priuatum quod iuramento

& pacto remittere potuit maritus .l. iuris gentiū. 7. §.si paciscar ver.& in cęteris.ff.de pactis per denúciationem vero agitur ad emendationem & correctionem delinquentis.d.§.illud. & sic ad publicum commodum:ergo licet accusatio excludatur iuramento salua manet publica vtilitas. manente remedio denunciationis.Vnde cum sine damno reipublicæ.& proximi possit iuramentum seruari & non vergat in dispendium salutis æternæ debet maritus ab accusando excludi ex reg.tex.in c. cum contingat de iure iur.c.quamuis pactum de pactis in.6.

5 Iure autem ciuili nemo priuatus delator esse potest , neque sine aduocato fisci aliqua denunciatio fieri.l. pen.C.de delatoribus lib.10.quod si contra factum sit inter calumniatores connumerabitur l.naturalis,C.de calumniatoribus.

6 Licet ante Constantinum authorem d.l. pen.multi fuerint principes qui nō solum fauerent delatoribus verum & præmia quoque illis statuerint vt refert Alexand.ab Alexan.lib. 4. dierum.c.22.Petrus Gregorius d.cap.4.num.8.ipsis enim delatoribus indagandi crimina officium incerto loco singulari iure demandabatur & dicebantur curiosi quia nil gereretur quod non sedulo indagarent & iudicibus deferrent & inde inquisitio sedula & sciētia rerum secretarū dicitur curiositas delatoria in l.neque supina.6.ff.de iuris & facti,dicebantur etiam stationarij vt constat ex l.1.C.de curiosis lib.12.

7 Ex quibus iam intelliges illam rubricam de curiosis & stationaris & l.1.§.fin ff.de officio præfecti vrbis, vbi milites stationarij dicuntur qui curam habebant quietis publicæ diuisi per stationes & referebant præfecto quod vbique ageretur & hoc munus deferendi vel denonciandi crimina appellatur simpliciter officium textus sic intelligendus in l.ea quidem. C. de accusatio. & qui præpositi erant primates officiorum in l. 1. C.de priuatis carceribus.

8 Quæ omnia Constan.in.d. l. pen.sustulit aliorum imperatorum motus exemplo Tiberij,Titij Aureliani & Traiani qui varie in delatores animaduerterunt vt ex varijs authoribus refert Petrus Greg.d.cap.4.num.9. qua constitutione non prohibentur denunciare qui suam vel suorum iniuriam & vtilitatem prosequuntur,neque enim delatorum nomen merentur.l. a.l.deferre.18,§.si communem l.delator.44.ff.de iure fisci.

9 Ex

9 Ex ijs manasse videtur hodierna practica nam denunciatio dupliciter fieri solet vel per priuatum vel per officialem publicum, huic muneri præpositum vt in maioribus tribunalibus per aduocatum fisci, in inferioribus per ædiles, custodes agrorum, aut satellites quos dicimus *alguaziles*, qui publica authoritate id facere censentur cũ quilibet iudex possit ministros creare ad maleficia denuncianda vt ex alijs resoluit Paz. d. ca. 2. nu. 4. sed priuatus non admittitur ad denunciandum nisi delictũ sit publicum vel sua intersit vt dicemus in cap. de accusatione nam qui non potest vt priuatus accusare non potest vt priuatus denunciare ex Bart. l. diuus nu. 7. ff. de custodia reorum nisi fiscali vel officiali publico denunciet vt ipse ad iudicem deferat, quo casu neque procurator fiscalis ad denunciandum admittetur nisi delatorem illius criminis nominet in iudicio, à quo satisdatio exigenda est, quod crimen delatum probabit l. 3. & 4. titu. 13. lib. 2. recop. & hæc de pœna denunciantis dixisse sufficiat.

10 Videndum igitur ordo exigit quę delicta possint ab ijs deferri & denunciari & iure ciuili certum est de quibuscumque delictis denunciari posse. l. ea quidem. C. de accusatio. vbi Salice. num. 14. Præpo. in summa. 2. q. 8. num. 170. & 174. quod in foro Ecclesiastico praxi esse receptum testantur Bernardus Diaz in practica canonica. q. 6. num. 3. Clarus d. §. fina. q. 7. nu. 9. Paz d. c. 2. n. 7. quamuis in puncto iuris multo sit verius solum delicta notoria deferri posse vt ex communi resoluit Socinus in cap. qualiter & quando num. 179. de accusatio. Clarus. d. num. 5, quod iure regio confirmatum est in l. 3. titulo. 13. lib. 2. recop. & inde in concilijs prouincialibus Toletano actione 2. secundo decreto. 12. Compostellano actione, 3. decreto, 23. temperatur prædicta praxis Ecclesiastica, & statutum fuit fiscalem non esse admittendum ad denuncianda crimina nisi præcedente infamiæ informatione, sed vbique non valuit generalis consuetudo vt affirmat Clarus d. n. 5.

11 Restat vt suo ordine denunciationis effectum videamus, & certus effectus est quod statim licet iudici ad inquisitionem specialem procedere idest, ad recipiendam informationem super delicto & delinquente & sic in denunciatione poterit specialiter de eo testes interrogare vt resoluunt Socin. l. ea qui-

dem num.2.in fin.C.de accusatio.Bosius d.titu.de denunciatione.2.lul.Clarus d.§.fi.q.7.n.1. quod intelligendum est in denunciatione quæ fit à priuato vel officiali publico si super crimine graui fiat vel veniat imponenda pœna corporalis. Secus tamen est in denunciatione facta per officialem non solum deputatum ad denunciandum, sed etiam ad custodiendum vt puta ædilem, vel custodiam agrorum in ijs, quæ ad officium suum spectant, tunc enim denunciatio non solum operatur inquisitionem, sed & sufficiet ad condemnationem nisi denuntiatus suam innocentiam probet vt resoluunt Bosius vbi supra num.13.Clarus.d.q.7.num.3.Salice.in.d.l. ea quidem.

12 Nam illud regulare est, vt officiali credatur in ijs quæ ad officium suum spectant, vt viatori vel nuncio asserenti se aliquem citasse glo.in l.magis puto.§.ne tamen, ve bo viatorem ff.de rebus eorum glo.in ca.cùm parati de appellatio. docent Alc.de præsumptio.reg.13. præsumptione.14.Meno.de arbi.casu.112.

13 Licet de iure regio saltim vnius testis attestatio simul necessaria sit vt patet ex.l.1.vbi Greg. verbo *por aquel* titulo.7.p.3. quæ opinio de iure quoque communi placuerat glos. verbo citaciones in c.quoniam cõtra de probatio.& verbo, vocatos in c.sicut, de electione,& pluribus relatis à Tiraquelo de vtroque retractu.§.8.num.3.glo.9.

14 Cuius rei rationem adducit Clarus.d. nu 3.propter iuramentum quod ab is in initio officij præstatur de custodiendo & denunciando, vnde si iuratus non esset non esset ei adhibẽda fides vt optime resoluit Auiles in capitula prætorum c.4. verbo *sea obligado* num. 9. nec etiam eis credendum esset quando partem aliquam condemnationis propter denunciationem esset habiturus, quia viderentur in sua causa testificari, vt optime aduertit Auiles.d.num.8.vnde neque nuncio esset credendum si attestaretur sibi fuisse illatam iniuriam, nisi id testibus probaret glos.verbo iudicio in ca. venerabilibus de sententia ex communi.n. 6.Menoch.d.casu.112. Segura in l.si ex legati causa num.8.ff.de verborum.Paz in praxi.1.tomo.3. tempore num.32.Auiles vbi supra.

15 Ex quibus resoluenda est quæstio agitata & controuersa, an is qui denunciauit admitti possit in testem in eadẽ causa de

nun-

nunciationis & omissa doctrina glos. & communis in cap. in omni negocio de testibus Alberici de malitijs in titu. de testibus c.3.num.60. Lanfranci de Oriano eodem titu. nu. 89. distinguentium inter denunciationem euangelicam, quæ solum fit ad correctionem, & ciuilem quæ fit ad pœnam & punitionem delicti vt in illa admittatur ca. licet Heli. 32. de simo. in hac vero repellatur resoluendum est in causa denunciationis admitti denunciantem ad effectum inquirendi: sola enim attestatio denunciantis sufficit vt iudex ad specialem inquisitionem procedit vt proxime cum communi resoluimus, quia testes illegitimi & minus idonei admittuntur, quando iudex procedit inquirendo vt supra latius diximus in cap. de inquisitione: non tamen admittetur in teste ad probandũ vel condemnandum ipse enim tenetur alios testes producere qui probent denunciata crimina vera esse vt probat text. in l. diuus de custodia reorum vbi Bart. & alij l. 1. de curiosis & stationarijs lib. 12. idem Bart. in l. 1. §. cura. nu. 2. ff. de officio præfecti vrbis Angel. & Imo. in l. qui bona. §. damni. ff. de damno infecto Salic. in d. l. ea quidem num. 26. Clarus. d. q. 7. num. 3. Cassaneus in singularibus quæstionum criminalium cap. 7. num. 17.

16 Et hinc damnanda est & satis periculosa omnium tribunalium practica: admittuntur enim omnes denunciatores in testes, & ad probandum delictum ex Abb. & Feli. d. ca. in omni negocio, testantur Alber. in libello de secreto. num. 177. Simanc. de catholi. institutio. titulo. 19. nu. 17.

17 Vno autem casu defendi posset talis stylus quando facta denũciatione ipsi iudici priuate, id est nõ redacta in actis iudex formaret inquisitionem affirmando ad aures suas peruenisse tale delictum fuisse commissum & ad verificationẽ recipere velle informationem: tunc enim poterit incipere à denunciante & cum ex actis non constet ipsum denunciasse plena fides ei adhibebitur, tanquam testi, & ita accipienda est per obscura Sali. doctrina. d. n. 26. quam nõ bene explicauit. Cantera quæstio. criminal. præludio. 1. num. 4. pag. 2. Sed optime declarauit Cassaneus d. c. 7. num. 19. vbi affirmat ita cautos & expertos iudices practicare, quando aliæ non suppetunt probationes criminum & ita seruandum est.

18 Vltimo obseruandum est quod licet variæ & grauissimæ

pœnæ impositæ sint contra denunciantes qui obiecta crimina non probauerint in l.1.C.de curiosis lib. 12. l. naturalis. C. de calumniatoribus c.2.eod.titu.l.5.titu.13.lib.2. recop. docent Guido Papa consi.29.nu.2.August. Dulcetus in titu.de syndicatu num.23.excan. quod non probant, censentur calumniare. cap.2.vbi glos. verbo calumniandi de calumniatoribus.cap. dilectus de accusatio l.1.§.calumniari.ff.ad turpilianum Abb. in cap.calumniam.num.2.de pœnis Dulcetus supra num.22. Villalobos in erario.littera C.num.2.Clarus lib.5.§.fin.q.62. nu. 6.& si à denuntiatione desistant incidant in turpilianum. l. ab accusatione.§.nunciatores.ff.ad turpilianum. docent Cinus n. 2.Salice.num.24. in d.l.ea quidem Gigas in titu.de crimine læsæ maiestatis q.15.num.6.non tamen incidunt in pœnam talionis cum non teneantur se subscribere d.l.ea quidem vbi Cinus & Salice.supra & Ange.nu.3.Clarus d. q.7. nu. 12. & in summa priuatus qui denũciauit & in probatione defecit vltra expẽsas & interesse denunciato soluendas arbitrio iudicis erit puniẽdus attenta qualitate pœnæ denunciatæ & delati criminis vt in.l.1.§.calumniatoribus.ff.ad Turpilianum l.5.titu.13.libr.7. recop. docẽt Paulus Grillandus de relaxatione carceratorum titu.de calumniatoribus num.7.& sequen.Salicet.vbi supra nu. 24.Clarus d.q.7.num.12.in fin.

19 Fiscalis autem vel officialis publicus qui denunciauit licet in probatione deficiat pœna calumniæ non punitur, sed tantum si reus absoluatur condemnabitur in expensis vt docuit Cinus in l.seueriter. C. de excusatio.tuto. Gratus consil.97. num.2.lib.1.Guido Papa in decisione.269.num.1. Paz in praxi.1.tomo.5.p.ca.2.num.9.Sed hodie de generali consuetudine neque in expensis condemnatur vt cum Alberico in d.l. ea quidem nu. in fin.resoluit Clarus.d.q.7. num.12. Rebufus in concordata titu.de electionis derogatione glos.verbo regium aduocatũ priuilegio.15.quæ consuetudo iuridica & rationabilis est l.diuus versi.si vero parum prudenter.ff. de custodia reorum quia necessitas officij, vel denũciandi excludit præsumptionem calumniæ, de qua supra vt in.l.2. C. qui accusare non possunt l.2.C.de delatoribus lib. 10.l. post legatum. ff. de ijs quibus vt indignis docent Clarus d.nũ.12.Salice. d. num.24. P.Greg.lib.32.c.4.num.12 Rebufus vbi supra priuilegio. 13.

& in constitutiones regias.3.tomo titu. de expensis arti. 1. gl. vnica num. 19.&.20. Azeuedo in.d.l.5. tit.13.lib.2, recop. 20 Vnde constat quod si de calumnia officialis per probatio nem vel coniecturas legitimas constaret esset in expensis con demnandus & alijs pœnis puniendus pro arbitrio iudicantis vt optime resoluunt Salice. Clarus & Azeue. supra, Grilandus. d.num.7.& facit elegans doctrina Bart. in l. si postulauerit.§. fin. de adulterijs.

Cap. quintum de accusationibus.

Summarium ad caput quintum de accusationibus.

Accusationis diffinitio num. 1
Accusationis actus licitus est & meritorius. 2.
Peccata, nota esse & puniri expedit reipu. num. 3.
Accusare alium quando quis secura conscientia possit. num. 4.
Accusare quis an possit eum à quo iniuriam accepit postquam in confessione dixit sacerdoti se iurianti parcere. num. 5,
Accusare aliquando quis etiam inuitus compellitur. num. 6
Accusatio subscriptionem legitimam requirit, & quare. num. 7
Accusationis inscriptio quæ debeat continere. num. 8
Accusatio inscriptis fieri debet, & quare? num. 9
Verbalis querela an & quando pro accusatione fit. num. 10
Accusatione verbaliter prolata, qualiter hodie procedere debeat index. num. 11
Accusationis libellus & accusantis & accusati nomen habere debet expressum & quare. nu. 12.
Accusare nemo per procuratorem potest, de iure, licet de consuetudine contrarium iam obseruetur. num. 13.
Accusatus non potest se per procuratorem defendere. num. 14
Accusationis libellus Principis, & Pontificis nomina tempore commissi delicti regnantium requirit, & qualiter hoc olim, qualiter hodie exprimatur. Et an & quando omitti possit. num. 15.
Accusationis libellus annum & mensem delicti debet habere & quare, num. 16. *& an diem & horam. num.* 17

Accu-

1 INTER alias accusationis diffinitiones quas tradunt & explicant vtriusque iuris interpretes in rubrica. ff. C. & decretalium de accusatio.Pet.Gregor.lib.32.syntag. cap. 7. num.1.verior videtur quod accusatio sit delatio alicuius criminis iudici ad vindictam publicam legitima interueniente subscriptione quam receptiorem esse & magis probabilem affirmarunt Felinus num.3.Socinus num.1. in rubrica de accusatio.Iul.Clarus libr.5.sent.§.fin.q.12. nu.1. Paz in praxi.1.tomo.5.p.c.3.num.2.

2 Ex qua diffinitione primo deducitur accusationis actum licitum esse & meritorium. Inuenta enim est accusatio ad publicam vindictam quae vtilis & necessaria est reipublicae l. ita vulneratus ad.l. Aqui. c. vt fama de sententia excommunicationis & ad conseruandam hominum societatem.

3 Cuius interest nota esse peccata delinquentium l. cum qui nocentem. l.lex Cornelia.§.fina.de iniurijs.l.1. C. de ijs qui latorem occultarunt.l.1.§.accusatoribus. C. de falsa moneta ita dicit glo.in.c.si is qui praelatus.23.quaest.4.ex text.in.cap. sed illud.45.distin.

4 Vnde quilibet potest secura conscientia suam vel suorum iniuriam accusando prosequi dum rancorem, odium & animũ se vlciscendi deponat:quia rancorem dimittere debet:satisfactionem vero iniuriae sibi debitae remittere non tenetur. d.ca. si is qui praelatus vbi glos.c.si quis contristatus vbi etiã gl. 90. distin-

distinctione gloss. in capitulo. 2. de homicidio libro sexto.

5 Ex quibus apparet falsam esse glo. sententiam, verbo non reuocauerit in. §. fina. instituta de iniurijs existimantis quod offensus si in cōfessione dicat sacerdoti se remittere iniuriam vel iniuriāti parcere quod omnino extincta est iniuriarū actio quia nō aliàs potuit recte pœnitere, sed in vtroq; fallitur: nam ad perfectam pœnitentiā nō requiritur remissio satisfactionis sed odij & rancoris, & ita sunt accipiēdæ autoritates Matthæi cap. 6. Pauli ad Romanos c. 126. non vos defendentes; id est non vos vindicantes fratres: sed date locū iræ, & inde nō esse actionem extinctā contra glos. docent Theol. in. 4. sent. d. 30. Bart. num. 3. Pau. nu. 4. in. l. si totum. §. quædam. ff. de pactis Faber. num. 2. Aret. num. 4. in. d. §, secundum. Inno. in. cap. præterea de iniurijs.

6 Imo quamuis regulariter non compellatur quis accusare vt in titulo. C. vt nemo inuitus agere. Tamen aliquibus casibus accusatio necessaria est & de præcepto vt in criminibus præcedentibus in perniciē reipublicę quando probari possunt, nec aliter quam per accusationem bono cōmuni consuli potest ex. D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 1. & ibi Caiet. Soto de iust. & iure. li. 5. q. 5. art. 1. Paz. d. c. 3. num. 6.

7 Secundo ex prædicta distinctione deducitur in accusatione necessariam esse legitimam subscriptionem, quod multi de subscriptione, ad pœnam talionis interpretantur argumento. text. in. l. ea quidem. C. de accusatio. sed licet hæc subscriptio ad prædictam pœnam necessaria fuerit. l. libellorum. 3. de accusationibus l. qui crimen. C. de ijs qui accusare nō possunt, & dicemus infra.

8 Verius tamen est sub legitima inscriptione non solū eam subscriptionem contineri l. in causis. C. de accusatio. sed scriptionē cū omnibus requisitis à Iure cōsulto relatis in d. l. libellorum quod ex eadem l. in principio deducitur ibi *libellorum inscriptionis conceptio talis est* igitur accusationis inscriptio dicitur quæ illa habet requisita & possunt ad. 6. reduci. Primum quod scriptura, nomē accusantis & delinquentis contineat vt patet in d. l. libellorum ibi *Lucius Titius* & ibi, *persona cum qua admissum dicitur*. Secundum quod adijciatur tempus certum quo delictum commissum fuit certumque sit adiecto con-

consule ministrante, vel, tunc imperante principe, & mense vt constat ibi, mense illo consulibus illis. Tertium quod nomen inseratur magistratus coram quo proponitur accusatio vt constat ibi *apud illum prætorem vel proconsulem*. Quartum quod exprimatur delictum de quo accusatur, vt patet ibi, *adulterium commisisse*.

Quintum quod contineatur, locus in quo delictum commissum est vt cōstat ibi, *in ciuitate illa domo illius*. Vltimo quod accusans subscribat libellum per se vel per alium si litteras nesciat vt patet ex vers. item subscribere, quod si his solemnitatibus accusatio concepta non sit. nihil actum videtur: nam rei nomen aboletur vt in. d. l. libellorum ver. quod si libellum. quæ omnes solemnitates referuntur in. ca. quisquis iuncta glo. cap. fin. ver. libellorum. 2. q. 8. l. fin. C. de accusatio. & vbique DD. l. 14. titu. 1. p. 7. & ibi Greg. l. 5. titu. 20. lib. 4. fori. Paz in praxi. 1. tomo. 5. p. c. 3. &. §. 6. nu. 2. Pet. Greg. lib. 32. sintag. capit. 7. num. 2.

9 Singulas autem suo ordine explicabimus. In primo igitur requisito continetur scriptura. nam accusatio in scriptis fieri debet. d. l. libellorū l. in causis. C. de accusatio. d. l. 14. vbi Gregorius verbo *por escripto* Clarus. d. §. fin. q. 12. num. 7. & alij vbi proxime cuius rei plures rationes adducentur in. d. l. 14. & à Greg. d. c. 7. num. 6. Quarum præcipua est ne liceat accusatori vel accusationem negare vel mutare, sic enim & in ciuilibus videmus aliquando scripturam exigi, vt probatio facilior & firmior perseueret, vt in emphiteusi. l. 1. C. de iure emphiteutico l. 1. C. de mandatis principū, de litterarum obligatione l. generaliter. C. de non numera.

10 Quod adeo verum est, vt verbalis querela ab offenso admittenda non sit pro accusatione, licet in continenti eam cum debitis solemnitatibus notarius redigat in scriptis: nam libellus accusationis in scriptis iudici offerendus est sicut in ciuilibus cautum inuenitur in autentica offeratur. C. de litis contestatione ita Bar. in extrauaganti ad reprimendum ver. per inquisitionem num. 33. & hanc esse veram & communem sententiam testatur Turrecremata in. c. de accusatione colum. 6. 2. q. 8. sed contrarium de consuetudine obseruari vt talis querela solemnis reputetur accusatio, dicit Salice. in l. pen. num. 2. C. de

accu-

accusatio.Gre.Lopez in.d.l.14.verbo por scripto Iul. Clarus. d.q.12.num.7.

11 Apud nos tamen ita vsus obtinuit, vt facta hac verbali querela & in scriptis relata iudex recipiat summariam delicti informationem, & delinquente capto & ab eo recepta confessione iubet querelantem vt intra certum terminum accusationem informa contra delinquentem proponat vt firmat Anto.Gomez.3.tomo.var,c.7.num.17.Paz.d.c.3.§.5.num. 4. & hic stylus desumptus videtur ex doctrina Bald.in l. quamuis la.2.C.de adult.& ex.l.17.titu.1.p.7.l.fi.titulo.26.lib.4. fori.

12 In eodem primo requisito continetur quod accusatoris & accusati nomen exprimatur, quando autem nomen expressum esse dicatur declarat optime tex.in l.quoties. 9.§.si quis nomẽ ff.de hær.insti.§.si quis inst.de lega.DD.in l.2. &. 2. delib. & posthu.Greg.in.d.l.14.p. verbo,& nomine, cuius rei ratio pendet ex regula iuris. quod nemo damnari debet sine accusatore legitimo l.rescripto.6.§. si quis accusatorem. ff. de mune. & honori vt constet igitur an legitimus sit accusator nomen in accusatione exprimere debet.

13 Potest etiã dici expresionẽ nominis requiri vt ostendatur neminem posse procuratorem constituere ad accusandum, sed per propriam personam accusare debere, l.penul.§. ad crimen ff.de publi.iudicijs.l.tunc conuenit.C.de accusatio.l. de fide. C.ad.l.Cor.de fal.c.veniens de accusatio. capit. qui accusare. 399.cap.in criminalibus.593.l.12.titu.5.p.3.l.6.titu.1.p.7. & vbique DD & late Marianus in.d. capit. veniens Anton. Gomez d.3.tomo.var.c.1.num.12.Clarus.d.§.fin.q.39. num.23. Didacus Perez in l.1.titu.11.libr.2. ordina. Paz d.cap. 3. §.6. num.9.Cantera quæstio.2. crimin.q.3.num.1.& pag. 57. Menoch.de arbi.lib.1.q.79.vbi plures huius rei rationes, & declarationes referunt. sed hoc iam de consuetudine esse immutatũ & accusationes quotidie per procuratores fieri dicit Clarus d. nu.23.& apud nos si accusator nobilis sit vel fœmina vel morbo vel alia iusta causa impeditus petita licentia facile à iudice impetratur vt procuratorem ad accusandum admittat vt testantur Paz.d.§.6.num.13.

14 Quod idem & in reo multo magis admittendũ est, vt procuratorem non constituat ad se defendendum vt patet ex. d.

§.ad

§.ad crimen cum alijs Soc.in d.cap.veniens à num.273. Villalobos in ærario communium opini.ver.absens. num. 10. Cantera vbi supra Clarus dicta. q.12.Meno.de arbi.li.1.quæst.80. per totum.

15 Secundum requisitum respicit tempus cōmissi delicti exprimendum in libello accusationis adiecto consule & Principe: sed quia hodie consules in vsu nō sunt necnós subiecti fumus imperatori in temporalibus,obtinuit vt Romani Pontificis &regis nomina exprimantur ad hunc modum. *Presidiendo en la Iglesia de Dios Clemēte.VIII.y reynando en estos reynos la Catholica Magestad del Rey Don Phelippe.II.deste nombre.* Sed quamuis hæc solemnitas omittatur sustinebitur accusatio ex generali consuetudine & ex d.l.14. p.vt docent Salice.in l.pen.n.3.C. de accusatio.Angel.de maleficijs ver. anno præsenti num. 13. Clarus d.q.12.nu.9.Paz.d.cap.3.§.6.num. 15. & eam de facto omittunt aduocati in causis & criminibus leuibus hac generali clausula contenti, *y premissas las solemnidades del derecho necessarias*. In atrocioribus autem semper exprimitur nomen regis vt ex Greg. d. l. 14. p.verbo *la fazed*,resoluit Paz d. §.6. num.16.

16 In eodem.2.requisitó continetur exprimendum esse annum & mensem,libellum enim accusationis sine anno & mense propter incertitudinem accusationis admittendum non esse docet communis in.l.edita. C.de edendo vbi Alex.nu. 3. Decius num.34.Ripa.num. 26. Curcius Iunior consil. 83. idem Alex.in l.1. num. 31. ff.de edendo Gomez in prin. num. 45. Inst.de actio.Clarus supra & Perez num. 19. quod si expresso mense Ianuarij testes deponerent de alio mense licet de delicto testificentur accusator succumbit & reus absoluendus erit ex Bart.in l.is,qui reus num.9.de publi.iudi. Bosio in practica titulo.de inquisitione.num.93.Anto.Gom.3.tomo.var. c. 11. num.2.quæ sententia licet non placuerit Claro d. q. 12. num. 14.apud nos sine difficultate admittenda est,quia ex iure nostro pro forma accusationis requiritur expressio mēsis & anni vt potet ex l.4. titu. 2.libr.4.recop.quo casu & ipse Clarus fatetur communem sententiam,esse admittendam:quæ ratio facit vt in proposito non obtineat regula legis. 10.titu. 17. lib. 4.recop.quod vbi quid probatum fuerit sequatur condemnatio

tio prætermissis omnibus iuris solemnitatibus vt optime resoluit Auendaños responsio. 1.nu.23. Paz d.§. 6.nu. 22. in fin.
17 Dies tamen & hora cõmissi delicti exprimi non debet in accusatione d.l.libellorũ quod timeri poterat, quod reus accusatus testes corrũperet ad probandũ se tali die vel hora absentẽ à loco fuisse & sic coarctãdo negatiuam probaret per testes corruptos se delictum non commisisse vt aduertunt Greg. in d.l.14.p.verbo el mes, Paz d.§.6.nu.17.
18 Sed cum hoc respiciat defensionem rei accusati, quæ ipsi deneganda non est l. absentem.ff.de pœnis si reus ipse petat à iudice vt dies & hora exprimatur compellẽdus erit accusator diem & horam exprimere vt docet Bart. in d.l.is qui reus n.6. de publi.iudicijs & in l.si quis arbitraria. §.si quis Ephesi. n. 6. & ibi Iason.num.2.ff.de eo quod certo loco idem Bart. in d. l.libellorum num.13. vbi Albericus. nu.5. Clarus dicens cõmunem d.q.12.num.13.Paz vbi supra num.22.Gregor. d.verbo el mes, licet contradicat Anto.Gomez.3.tomo.cap.22. nu. 5.& alij relati per Xuarez in additionibus ibi quorum sentẽtia admitti poterat, vt non compellatur accusator diem exprimere in accusatione & sufficiat quod exprimatur eo tempore quo induciæ dantur reo ad probandas suas defensiones, vt docent Bertrandus consil.16.num.2.lib.6.Clarus d.num.13.
19 In tertio requisito continetur exprimendum esse nomen magistratus coram quo proponitur accusatio quod licet de iure necessarium fuerit ex d.l.libellorum & ex d. l. 14. p. tamen de consuetudine contrarium obseruatur quia notarij statim porrecto accusationis libello in fine scribunt præsentatũ fuisse coram tali iudice tali die, vt ex communi praxi obseruat Paz in Praxi 1.tomo 1.p.4.tempore num. 48. & ita obseruari exceptis negotijs Curiæ Romanæ testatur Gomez in.c.statutum §.1.de rescript.in.6.In atrocioribus tamen quando Põti.& regis nomina exprimenda diximus nomen quoque ipsius magistratus declarari solet in hunc modum. *Y siendo corregidor en esta ciudad el Señor fulano y v.m.el Doctor fulano su teniente.*

Quartum requisitum.

20 In quarto requisito continetur exprimendam esse speciem

ciem delicti in accusatione vnde cum ex qualitatibus & circunstantijs sæpe mutetur delicti species, vt in incesto, sacrilegio & adulterio, omnes hæ qualitates erunt exprimendæ argumento tex. in l. aut facta de pœnis cap. 1. de pœnitentia d. 5. indeque si quis accuset aliquem de homicidio simplici & postea testes deponant de proditione, licet constet de proditione per probationem solũ imponẽda erit pœna simplicis homicidij, quia in accusatione solum homicidium simplex expressum fuit.

21 Nisi forte ante conclusionem in causa accusationem emẽdauerit qualitatem quam adiecerit & eius copia reo data sit & defensio admissa; id enim fieri potest l. si in delictis. §. si detracta in fin. ff. de noxa. actio. ita docent Bart. Albericus & communis vbi Bald. in ca. fin. de collusione detegenda docet communem Anto. Gomez. 3. tomo var. c. 11. num. 6. in principio nõ obstante regula l. edita. C. de edẽdo. cui bene satisfacit Anto. Gomez supra, quæ sententia de iure communi vera est.

22 De iure tamen regio attende dispositionẽ l. 10. titu. 17. li. 5. recop. quæ solum attendendam esse disponit probationem & veritatem facti, & obtinet etiam in criminalibus, vt ex eius originali probat Auend. de exequendis mandatis respon. 1. n. 23. Contraria sententia admittenda est, vt de homicidio calificato possit reus condemnari, vt resoluit etiam attento iure cõmuni Anto. Gomez. d. num. 8. cum Ioan. Andrea & Innocẽtio. Pro quibus induci possunt tex. in l. quid ergo. §. pœna grauior ff. de ijs qui notatur infamia & in. l. si quis intentione. ff. de iudicijs. Nec obstat resolutio supra tradita de mense cõmissi delicti expresso ab accusatore quãdo testes de alio deponũt quæ expressio mensis attento iure nostro est de forma accusationis ex l. 4. tit. 2. li. 4. recop. expressio autem qualitatis non respicit substantiã accusationis, & ideo poterat pendente iudicio mutari d. §. si detracto. vt docent Cinus & Bald. num. 8. Decius n. 46. in d. l. edita & alij relati per Antonium vbi supra, vnde nõ est mirũ quod non obstante d. l. 10. attendẽda sit solemnitas expressionis mensis, non vero qualitatis delicti.

23 Ex eisdem etiam deducitur quod si e contrario accusatio facta sit de delicto calificato adiecta certa qualitate, puta proditionis & testes postea simpliciter deponant de homicidio & nihil de qualitate probatum sit, non poterit iudex pœ-

nam simplicis homicidij reo imponere attento iure communi, nisi accusatio emendata sit, vt in d.§.si detracta vbi Bart. & communis idem Bar. in l. denuntiasse. §. quod tamen de adulterijs & consil. 117. Paulus. & alij in l. 2. C. de probatio. Abbas in c. examinata num. 6. de iudicijs plures refert Gomez d. ca. 10. num. 7. dicit communem Romanus consil. 110, attento tamen iure regio. d. l. 10. recop. contrarium erit seruandum vt in superiori casu resoluit Gomez d. num. 7. sed hæc posterior sententia limitanda est, vbi qualitas non probata nō solum redderet delictum grauius, sed etiam speciem eius mutaret: tūc enim quia non poterat dici reus de illa specie delicti accusatus absoluendus erit ab instantia, vt puta si accusatur de incesto & testes deponant de fornicatione non tamen de consanguinitate, vel affinitate vt sentiūt omnes supra relati & nō obscure Ant. Gomez d. num. 7. in principio.

24 Quintum requisitum respicit locum commissi delicti qui debet in accusatione declarari ne propter incertitudinem vicietur accusatio d. l. libellorum. d. l. 14. titu. 1. p. 7. vbi Gregor. verbo el lugar, Angelus de maleficijs verbo in platea Bart. & Albericus in d. l. libellorum late Salicetus in l. in causis. columna 4. & 5. C. de accusatio. Clarus d. §. fin. q. 12. num. 12. Paz in praxi 1. tomo. 5. p. capit. 3. §. 6. num. 18. qui varias disputant quæstiones. Sed illud summe est aduertendum locū non dici expressum nisi certi eius confines declarentur argumento text. in l. si in rem de rei vindicatione l. 25. titu. 7. p. 3. docent omnes supra, quod extendunt etiam si locus esset publicus notorius, vt puta scholæ huius vniuersitatis, forum commune adhuc enim exprimendos & declarandos esse confines docuerunt Angel. in l. hac consultissima num 2. C. qui testam. facere. Ang. in additionibus ad Angelū d. ver. platea post numerum 11. & ita seruatur de consuetudine. Sed quamuis confines notorij loci non declarentur sustineretur tamen accusatio vt affirmant Clarus. d. num. 12. Mench. de successio. creatione. §. 4. num. 33.

25 Hoc autem requisitum limitandum est primo in delictis quæ consistunt in omittendo: cum enim non circumscribantur loco non exigunt loci expressionē vt resoluunt Greg. & Clarus vbi supra. Secundo limitandum, est in crimine falsi vt

docet

dicit gloss. in prin. Inst. de publi. iudicijs Ang. d. ver. in platea Greg. d. l. 14. verbo, el lugar. & optimis fundamentis ostendit Albericus in d. l. libellorum num. 50. vbi. iniuste contra eum fuisse iudicatum refert.

26 Vltimũ requisitum continet necessariã esse inscriptionem vel subscriptionẽ accusatoris: nam apud nostros idem esse in scribere vel subscribere testantur Felinus in cap. super his nu. 10. de accusatio. Clarus d. q. 12. num. 15. & hoc fuit optimæ ratione inductum ad refrænandã accusatorum temeritatem vt periculo capitis sui facile à falsa accusatione retardarentur. l. & in priuatis. ff. ad turpilianũ. l. sicui ff. de accusatio. l. fin. in fin. C. eod. titu. cap. non probauerit. 2. q. 5. cap. qui calumniam 5. q. 6.

27 Eo enim ipso quod accusator subscribit accusationẽ manet obligatus ad pœnã sibi imponendã si crimen non probauerit similẽ ei quæ imponenda esset accusato probato crimine l. ab imperatore ff. de præuaricatoribus l. fin. C. de accusatio. l. 3. C. qui accusare nõ pos. l. 2. ver. ex longinquo C. de exhibe. reis cap. tuæ de procuratoribus glos. & DD. in c. super his de accusatio. ca. quisquis cap. qui crimen 2. q. 8. ca. nullus. §. inscriptio. 4. q. 4. & hæc pœna vocatur talionis quia vt ait Isidorus li. 5. etymolo. ca. 17. talio est similitudo supplicij & hoc verbum à l. 12. tabularum fluxit in ea enim ita scriptum erat, *si membrum rupit, in eum e pacto talio esto*, vt referunt Othoma. ad ll. 12. tab. pag. 28. Rebardus cap. 25. Petrus Gregorius lib. 31. syntag. cap. 10. num. 1. ex quibus etiam verbis constat quando quis æquali modo punitur quo nocuit, vt membro pro membro oculo pro oculo, vita pro vita talionem esse glos. in. §. pœna inst. de iniurijs quasi talio dicatur à relatione talis, & hunc modum vlpionis fuisse in l. diuina approbatũ constat ex Leuitico. 24. Exod. cap. 21. Deuteronomio cap. 19. cap. sex differentiæ. 23. q. 3. cap. hæc autem vita. 23. q. 4. & contra calumniatores hanc pœnam talionis iure diuino fuisse impositam & naturali conformem ostendit Soto libr. 5. de iustitia & iure q. 5. art. 4. quæ probant Menoch. de arbitrarijs casu 22. num. 9. Salzedo in additionibus ad Bernardum Diaz in practicis ca. 65. littera. B.

28 Hodie pœnam talionis de consuetudine esse sublatam contra calumniatorem vel crimen non probantem, sed alijs pœnis iudici arbitrarijs esse puniendos testantur Bart. in l. pen. §. ad

crimen de publicis iudicijs Ang. & Salice. in d. l. 3. C. qui accusare non pos. plures relati à Claro. d. §. fin. q. 81. num. 3. Couar. lib. 2. var. c. 9. num. 1. Alciatus libr. 9. parergon, capit. 8. Soto Menoch. & Salzedo vbi supra Simancas de catholicis institutio. titu. 62. num. 35. Petrus Gregor. libr. 32. syntag. ca. 20. Paz d. c. 3. §. 6. num. 52. quia metu talis pœnæ plura delicta manebant impunita deficientibus accusatoribus vt aduertit Clarus, supra, illud summe notandum adijciés etiã hodie si de calumnia constaret accusatoris quod eo animo reum falso accusasset vt ipsum graui pœnæ subijceret eodem ipse esset afficiendus pro vt plures affectos esse refert & ita personarum qualitate attenta esset hodie practicandum.

29 Ex quibus deduci videtur quod hodie hæc subscriptionis solemnitas necessaria non erit cũ fieret vt diximus ad inducendam pœnam talionis quæ iam de consuetudine sublata est, ita docuere Bart. in l. si cui num. 2. ff. de accusatio. Salice. in l. 3, n. 4. C. qui accusare non pos. Couar. d. cap. 9. num. 1. Dueñas regu la. 27. Clarus. d. §. fina. q. 12. num. 17. quod sine dubio verum erit si aliorum optionem admittamus qui defendendam formã subscriptionis fuisse quod accusator se obligaret ad similitudinem pœnæ & promitteret in accusatione prosequenda quã sententiã probare videtur tex. iuxta gl. verbo vinculo in c. quisquis. 2, q. 8. & defendunt Bart. in d. l. serui num. 2. & communem esse testatur Aretinus in d. cap. super his num. 33. Socinus num. 17, de accusatio. Clarus vbi supra num. 16. Sed longe verius mihi videtur suscriptionis solemnitatem sublatam non esse licet pœna talionis cõsuetudine sit abrogata quia forma subscriptionis non erat expressa obligatio ad similẽ pœnã sed tantum proprij nominis inscriptio, quam vulgo dicimus firmam. Ex vi enim huius subscriptionis tacite & in consequẽtiam ex dispositione legis obligatus manebat ad similem pœnam si non probaret obiecta vt dicit glos. fin. in l. in causis. C. de accusatio. Sequitur Cuia. lib. 1. obseruationum c. 20. Clarus d. q. 11. num. 19. communis secundum Felinum in capit. super his num. 11. de accusatio.

30 Explicitis solemnitatibus & requisitis in ipsa accusatione necessarijs suo ordine videndum est quis dicatur legitimus accusator, hoc est quis admitti & quis contra repelli debet ab accusa-

accusatione & sic intelligi debet text.in capit.1. de accusatio. vbi dicitur quod accusator debet esse legitimus, idest iure non prohibitus accusare.

31 Et sciendũ est delicta quædam esse publica quædam priuata vt constat ex titu. C. de priuatis, vbi proponuntur delicta priuata & in .§. ex maleficijs Instituta de actio. & ex titu. ff. & Instituta de publicis iudicijs vbi referuntur publica. l. 1. §. generaliter. ff. de pœnis l. quis scit.27.§.noxas ff. de ædilitio edicto.

32 In publicis delictis quilibet de populo accusare poterat: ideo enim publica appellantur ex Iusti. in prin. Instituta de publi.iudicijs l.palam.43.§.senatus ff.de ritu nup.l.lege Cornelia.ff.de falsis l.quamuis la.2:C.de adulterijs l.2.titu.1.p.7. licet Iustinianum immerito reprehendat Duar.lib. 1. disputatio.ca.36.Goueanus lib.1.variarum lectionum ca.27. Eguina. & Otomanus in d.prin. Briso.de V.S.ver.publica existimantes publica dici, tum ob id quod in foro circunstante populo tractarentur l.qui dolo ff.ad l.Iuliam.dicuntur etiam quod in ijs ob eorum atrocitatem vniuersa respublica & quilibet de populo læderetur. l. 4. C. de hæreticis quorum fundamentis abundet satisfaciunt Robertus libr.4.sententiarum cap.1.Paz in praxi 1.tomo.5.p.cap.3.num.33.&.41.& sequentibus.

33 Sunt tamen aliquæ personæ exceptæ,quæ accusare prohibẽtur delicta publica, nam priuata quando suam vel suorum iniuriarum prosequuntur etiam personæ prohibitæ accusare possunt l.hi tamen omnes ff.de accusatio.l.non prohibentur l.non ignorat l.de crimine l. si crimine C. qui accusare non pos.l.2.titu.1.p.7.l.2.titu.2.lib.4.fori Paz d.cap.3.nu.11.Villalpando in l.22.p.cap.50 num 40.Iul.Clarus d. §. fin. q. 14. num.2.prohibetur autem accusatio præcipue vel ob proprium crimen accusatoris vel propter sexum vel propter ætatem vel propter reuerẽtiam vt recte considerarunt Clarus d.q. 14. in prin. Petrus Greg.lib.33.syntag.cap. 12.

34 In princ. propter delictum prohibetur de iure canonico quilibet criminosus etiam nondum diffamatus nec accusatus quia sufficit quod sit in peccato mortali cap.prohibetur.2.q.1. vbi Cardinalis cap.quoniam 2.q.3. Beroius in.ca. 1.num. 35. de accusatio. Clarus d.q.14.nu.9. &.10. De iure autem ciuili

prohibetur criminosus qui vel ipso delicto infamiam contraxit: nam indistincte quilibet infamis accusare prohibetur l.qui accusare l.qui iudicio C.de accusatio.d.cap.prohibetur ca. infamis 6.q.1.dicit communem Clarus supra num.11.vel iam de crimine accusatus est & nomen eius receptum est inter reos, tunc enim alios accusare non poterat de pari vel minori crimine, sed tantum de maiori, l.is qui reus ff.de public. iudicijs vbi communis contra glo.ibi Clarus d.q.4.num.12. Dueñas regula.29.Socinus in d.cap.1.à num.69.

35 Propter sexum prohibentur accusare mulieres l.1. &. 2.l. qui accusare.8.C.de accusatio l.de crimine C.qui accusare nõ poss.cap.de crimine.15.q.3.docet Clarus d.q. 4.nu. 8. & plura scitu digna congerit Petrus Greg.lib.32.cap.13. per totum vbi huius prohibitionis rationem affert, quod iure reijciuntur ab accusatione qui affectione aliqua amoris vel odij laborant ca.repelluntur de accusatio. c. canonica c.quia suspecti. capit. omnes 3.q 5.mulier autẽ ex sententia Philosophorũ aut amat aut odit & non datur tertium.sed verius est repelli ex l.2.ff.de reg.iuris.

36 Propter ætatem repelluntur ab accusatione pupilli d.l.qui accusare.explicant Petrus Gregorius ad lib.32.capit.14. quod extendit communis ad minores 20. annorũ quam resoluit Clarus d.q.14.

37 Propter reuerentiam plures personæ ab accusatione prohibitæ referuntur à Claro d.q.14.per totam vt Clericus laicus contra clericum, filius cõtra patrem, miles, libertus contra patronum & alij qui sine venia in ius vocare non possunt hoc est qui reuerentiam debent.

38 Sed quia omnes de populo crimina publica accusare posse diximus & sic plures cõcurrere possunt ad accusandũ obseruãdum est non omnes simul admittendos, sed iudicem eligere debere quem putauerit magis idoneum ad accusationem prosequendam vt ex l.si plures.16, de accusatio.l. si vero §.hæc autem de ijs qui deiecerũt docet tex.in l.82. titu.1.p.7.Clarus d. §.fin.q.13.num.1.& q.15.num.6.Paz in praxi 1.tomo.5.p. ca. 3.num.18.vnde constat quod si cum pluribus extraneis concurrat ad accusandum qui suam vel suorum prosequatur iniuriam hic à iudice præferendus erit, quia magis idoneus ad accusan-

cuſandum reputari debet qui maiore dolore accuſationem proſequetur l.2.de adulterijs.

39 Et licet de iure communi controuerſum ſit, quis dicatur ſuamvel ſuorum iniuriam proſequi, nam glo. 1. in l. ſi fœmina C.ad Turpilianum recepta communiter tenet quod conſanguineus vſque ad 7.gradum admittitur ad accuſandum, & alij exiſtimant conſanguineum admitti vſq; ad 6. tantum gradum ex l.4.de teſtibus iuncta l.Iuriſcõſultus.§.quinto gradu&.§.ſexto gradu de gradibus & l.2.de accuſatio docet Boerius deciſione.220.Craueta conſil. 230.1.p. & alias opiniones referunt Anto.Gomez 3.tomo.var.cap.2.num.34. Plaça de delictis ca. 39.num.13.Padilla in l. tranſigere num. 55.C. de tranſactio. Clarus d.q.14.num.2.tamen iure regio declaratum extat quod cognati vſque ad quartum gradum dicuntur ſuam vel ſuorum iniuriam proſequi l.2.& 26. titu. 1. p. 7. hi igitur præferendi erunt in accuſatione publici delicti.

40 In priuatis autem delictis quæ numerari diximus in d.titu. ff.de priuatis delictis & in. §. ex maleficijs Inſtituta de actionibus & generaliter priuata dicũtur,niſi lege cautum ſit quod ſint publica l.3.§.fin.de priuatis delictis , admittuntur ij ad accuſandum qui ſuam vel ſuorum proſequuntur iniuriam l. fulſo.92.§.hæc idcirco defurtis. §. furti autem Inſt.de obligatio. quæ ex delicto.Paz d.c.3.num.6.Anto.Gomez d.cap. 1. nu.10. non tamen inde excluditur quod iudex poſsit ex officio, præcedente tamen requiſitione de quà diximus ſupra in cap. de inquiſitione in fin. quod ſi plures conſanguinei intra quartum gradum concurrant ad accuſandũ ſi omnes in eodẽ gradu ſunt omnes admittuntur ſimul ad accuſationem l. 3. §. ſi ad plures vbi gloſ.Bart.& communis de ſepulchro violato. ſi autẽ diſpari gradu ſint proximus tantum admittendus eſt & eo non accuſante ſequens in gradu l.14.titu.8.p.7.l.ſi plures de accuſatio. l.2.§.ſi ſimul de adulterijs,docent Paz ſupra num.16. & Ant. Gomez num.36.

41 Omnibus autem conſanguineis etiam filijs præferenda eſt in accuſatione vxor mariti occiſi, quia nullus proximior eſt cum vir & vxor vna caro eſſe cenſeantur c.gaudemus.§.qui vero, de diuortijs docent in ſpecie Anto.d.ca.1. num.3, Plaça de delictis c.40.n.2.Paz.d.c.3.n.14.Padilla in d.l.tráſigere.n.57.

m Pro quibus facit text.in l.24.titu.8.p.7. sumpto argumento ab ordine litteræ iunctis illis verbis, *deue ser cabida la accusacion del mas cercano pariente.*

42 Et hic ordo non solum seruandus est; quando accusator prosequitur accusationem verum & quando proposita accusatione pacem vltra transactionem facit cum delinquentes tali enixatione à proximiori facta alij remotiores excluduntur ab accusando & omnio transactio ab omnibus seruanda est vt docent Boerius decisione. 120. num.7. Villalpando in l. 22. titu.1.p.7.2.p.c.25.num.4. Couarr.lib.2.var.ca. 10.num.1, & 5.Padilla in d.l.transigere num. 32. Sed videtur hanc pacem vel transactionem non solum non prodesse accusato, sed aperte nocere:nam eo ipso quod pacem fecisse probatur plene probatum est eum delictum commisisse, vt resoluit Clarus d. §.fi. q.21.num.38.

Sed illud intelligendum est in casibus in quibus non est licita trãsactio iuxta regulã l.transigere.C.de transactio.& tradita à Claro.d.q.58. si enim transactio non sit prohibita plane iuuat transigentem, vt diximus.

43 Secundo obstat d.resolutioni tex.in l. qui cœtu.§.qui vacantem.ff.ad l.Iuliam de vi. publ. ex quo deduxit gl. 3. in d.l. transigere, & verbo, per collusionem in l.eum qui §.in popularibus.ff.de iure iurando transactionem solum inter ipsos transigentes obseruandam nec alijs precludere viam idem delictũ accusare volentibus & glossæ doctrinam probant Bart. nu.8. Salicetus oppositione.4. Curcius senior nu.22. Purpuratus n. 107.in d.l.transigere Iason in d.§.in popularibus num. 10.

44 Respondendum tamen est eam traditionem communem procedere quando transactio facta est cum extraneo accusante publicum delictum: hæc enim inter solum transigentes effectum habet, nec viam præcludit alijs accusare volẽtibus vt resoluit Padilla in d.l.transigere num.51.& 52.

45 Sed adhuc videtur inutilẽ esse transactionem cum possit iudex ex officio suo in causa procedere & pœnam ordinariam imponere accusato l.2. C. de abolitionibus, vbi notant Baldus & Salicetus, dicit communem Anto.Gomez d.3.tomo cap.1.num.11.& cap.2.num.32.Padilla vbi supra num.7.Dicendum tamen est apud nos l.regia expressum esse pace facta

non

non esse imponendam pœnam ordinariam, imo nec corporalem ipsi transigenti in l.22.titu.1.p.7. vbi id notat Gregorius glo.magna & Villalpand. 1.p.§.6 Anto.Gomez d.cap. 3. nu. 56. Padilla vbi supra num.34.cum sequentibus Bald. vbi supra num.50.Olanus in concordia antino. littera A.num.34 1 46 Nec obstat d.l.2. C.de abolitionibus, quia loquitur quando accusator deceptus vel pecunia correptus destitit ab accusatione, quo casu reus accusatus ex suo delicto non debet commodum reportare: forma autem accusationis solemnis Hispano sermone concepta traditur à Doctore Paz in practica 1. tomo.5.p.c.3.§.6.num.3.

Caput sextum De captura delinquentis.

Summarium ad caput sextum captura delinquentis.

Captura rei vt fiat an sufficiat accusationem interuenisse, vel quæ alia requirantur.num.1.

Captura in crimine hæresis non nisi ex vehementibus indicijs est facienda, & quare.num.2

Captura delinquentium solus index facere potest, vel is, cui ipse commiserit.num.3

Capturæ mandatū in scriptis redigi debet nec sufficit per testes probari.num.4.

Capere in fraganti delicto criminosum quilibet officialis etiam citra mandatum iudicis potest, & an pars ipsa vel alter priuatus.n.5

Capere clericum in fraganti secularis iudex vel priuatus, quilibet potest, ita tamen vt statim ad suum iudicem remittatur nu.6

Capturam sine debitis facere volentibus ministris, licite quis resistere potest.num.7

Iudici vel eius ministris ne capiatur resistens offendi, & si aliter capi non possit occidi potest.num.8

Capturam rei index vnius territorij, in alio non facit, imo nec in causis ciuilibus alibi commorantem vocare ad iudicium potest.n.9.

Litteræ requisitoriæ quæ dicantur, & quando eis opus sit.num.10.

Literis requisitorijs inseri debet informatio delicti illius rei, cuius captura procuratur & quare.num.11

1 PORRECTA contra delinquentem solemni accusatione statim accusatum personaliter esse capiendum & in carcerem detrudendum licet nullæ adsint probationes, vel indicia cõmunem esse sentẽtiã, & consuetudine vbique receptam testatur Castro consil. 328. num 1. lib. 2. & eius opinionem probare videtur Bal. in l. at si certus C. ad Syllanianum Menoch. lib. 1. de arbitrarijs q. 88. num. 3. Alij autem è contrario docent capturam non esse faciendam nisi aliqua legitima indicia pręcedant contra delinquentem, & hanc esse communem sententiam testatur Nouellus relatus à Claro libr. 5. sent. §. fin. q. 28. num. 2

Sed neutra sententia admittenda est, quia quocumque modo iudex super crimine procedat prius recipere debet summariam informationem, & si aliquod indicium, vel præsumptio vel suspicio vel signum (qualiter autem hæc inter se differant ostendit Menoch. lib. 1. de præsumptio. q. 7.) contra aliquem resultet ipsum capere debet & nõ aliter ad capturam procedere: alias enim tenebitur in syndicatu l. 2. C. de exhibendis reis. Bald. in l. 2. num. 3. C. de his qui latrones Bosius in practica titulo de captura num. 3. Angelus de maleficijs versiculo iudex num. 4. Folerius in practica 1. p. 2. partis versi. notatos capiat personaliter num. 1. Clarus d. q. 28. num. 2. Paz in praxi 1. tomo 5. p. cap. 3. §. 2. num. 1. & sequentibus, & ita accipienda est

doctri-

nam simplicis homicidij reo imponere attento iure commu-ni, nisi accusatio emendata sit, vt in d.§.si detracta vbi Bart. & communis idem Bar. in l. denuntiasse. §. quod tamen de adulterijs & consil. 117. Paulus. & alij in l. 2. C. de probatio. Abbas in c. examinata num. 6. de iudicijs plures refert Gomez d. ca. 10. num. 7. dicit communem Romanus consil. 110, attento tamen iure regio. d. l. 10. recop. contrarium erit seruandum vt in superiori casu resoluit Gomez d. num. 7. sed hæc posterior sententia limitanda est, vbi qualitas non probata nõ solum redderet delictum grauius, sed etiam speciem eius mutaret: tũc enim quia non poterat dici reus de illa specie delicti accusatus absoluendus erit ab instantia, vt puta si accusatur de incesto & testes deponant de fornicatione non tamen de consanguinitate, vel affinitate vt sentiũt omnes supra relati & nõ obscure Ant. Gomez d. num. 7. in principio.

24 Quintum requisitum respicit locum commissi delicti qui debet in accusatione declarari ne propter incertitudinem vicietur accusatio d. l. libellorum. d. l. 14. titu. 1. p. 7. vbi Gregor. verbo el lugar, Angelus de maleficijs verbo in platea Bart. & Albericus in d. l. libellorum late Salicetus in. l. in causis. columna 4. & 5. C. de accusatio. Clarus d. §. fin. q. 12. num. 12. Paz in praxi 1. tomo. 5. p. capit. 3. §. 6. num. 18. qui varias disputant quæstiones. Sed illud summe est aduertendum locũ non dici expressum nisi certi eius confines declarentur argumento text. in l. si in rem de rei vindicatione l. 25. titu. 7. p. 3. docent omnes supra, quod extendunt etiam si locus esset publicus notorius, vt puta scholæ huius vniuersitatis, forum commune adhuc enim exprimendos & declarandos esse confines docuerunt Angel. in l. hac consultissima num 2. C. qui testam. facere. Ang. in additionibus ad Angelũ d. ver. platea post numerum 11. & ita seruatur de consuetudine. Sed quamuis confines notorij loci non declarentur sustineretur tamen accusatio vt affirmant Clarus. d. num. 12. Menoch. de successio. creatione. §. 4. num. 33.

25 Hoc autem requisitum limitandum est primo in delictis quæ consistunt in omittendo: cum enim non circumscribantur loco non exigunt loci expressioné vt resoluunt Greg. & Clarus vbi supra. Secundo limitandum est in crimine falsi vt

dicit gloss. in prin. Inst. de publi. iudicijs Ang. d. ver. in platea Greg. d. l. 14. verbo, el lugar. & optimis fundamentis ostendit Albericus in d. l. libellorum num. 50. vbi iniuste contra eum fuisse iudicatum refert.

26 Vltimũ requisitum continet necessariã esse inscriptionem vel subscriptionẽ accusatoris: nam apud nostros idem esse in scribere vel subscribere testantur Felinus in cap. super his nu. 10. de accusatio. Clarus d. q. 12. num. 15. & hoc fuit optimæ ratione inductum ad refrænandã accusatorum temeritatem vt periculo capitis sui facile à falsa accusatione retardarentur. l. & in priuatis. ff. ad turpilianũ. l. sicui ff. de accusatio. l. fin. in fin. C. eod. titu. cap. non probauerit. 2. q. 5. cap. qui calumniam 5. q. 6.

27 Eo enim ipso quod accusator subscribit accusationẽ manet obligatus ad pœnã sibi imponendã si crimen non probauerit similẽ ei quæ imponenda esset accusato probato crimine l. ab imperatore ff. de prævaricatoribus l. fin. C. de accusatio. l. 3. C. qui accusare nõ pos. l. 2. ver. ex longinquo C. de exhibe. reis cap. tuæ de procuratoribus glos. & DD. in c. super his de accusatio. ca. quisquis cap. qui crimen 2. q. 8. ca. nullus. §. inscriptio. 4. q. 4. & hæc pœna vocatur talionis quia vt ait Isidorus li. 5. etymolo. ca. 17. talio est similitudo supplicij & hoc verbum à l. 12. tabularum fluxit in ea enim ita scriptum erat, *si membrum rupit, in eum e pacto talio esto*, vt referunt Othoma. ad ll. 12. tab. pag. 28. Rebardus cap. 25. Petrus Gregorius lib. 31. syntag. cap. 10. num. 1. ex quibus etiam verbis constat quando quis æquali modo punitur quo nocuit, vt membro pro membro oculo pro oculo, vita pro vita talionem esse glos. in. §. pœna inst. de iniurijs quasi talio dicatur à relatione talis, & hunc modum vlpionis fuisse in l. diuina approbatũ constat ex Leuitico. 24. Exod. cap. 21. Deuteronomio cap. 19. cap. sex differentiæ. 23. q. 3. cap. hæc autem vita. 23. q. 4. & contra calumniatores hanc pœnam talionis iure diuino fuisse impositam & naturali conformem ostendit Soto libr. 5. de iustitia & iure q. 5. art. 4. quæ probant Menoch. de arbitrarijs casu 22. num. 9. Salzedo in additionibus ad Bernardum Diaz in practicis ca. 65. littera. B.

28 Hodie pœnam talionis de consuetudine esse sublatam contra calumniatorem vel crimen non probantem, sed alijs pœnis iudici arbitrarijs esse puniendos testantur Bart. in l. penult. §. ad

accusatione & sic intelligi debet text.in capit.1. de accusatio. vbi dicitur quod accusator debet esse legitimus, id est iure non prohibitus accusare.

31 Et sciendũ est delicta quædam esse publica quædam priuata vt constat ex titu. C. de priuatis, vbi proponuntur delicta priuata & in .§. ex maleficijs Instituta de actio. & ex titu. ff. & Instituta de publicis iudicijs vbi referuntur publica. l. 1. §. generaliter. ff. de pœnis l. quis scit.27.§.noxas ff. de ædilitio edicto.

32 In publicis delictis quilibet de populo accusare poterat: ideo enim publica appellantur ex Iusti. in prin. Instituta de publi.iudicijs l.palam.43.§.senatus ff.de ritu nup.l.lege Cornelia.ff.de falsis l.quamuis la.2:C.de adulterijs l.2.titu.1.p.7. licet Iustinianum immerito reprehendat Duar.lib. 1. disputatio.ca.36.Goueanus lib.1.variarum lectionum ca.27. Eguina. & Otomanus in d.prin. Briso.de V.S.ver.publica existimantes publica dici, tum ob id quod in foro circunstante populo tractarentur l.qui dolo ff.ad l.Iuliam.dicuntur etiam quod in ijs ob eorum atrocitatem vniuersa respublica & quilibet de populo læderetur. l. 4. C. de hæreticis quorum fundamentis abundet satisfaciunt Robertus libr.4.sententiarum cap.1.Paz in praxi 1.tomo.5.p.cap.3.num.33.&.41.& sequentibus.

33 Sunt tamen aliquæ personæ exceptæ, quæ accusare prohibẽtur delicta publica, nam priuata quando suam vel suorum iniuriarum prosequuntur etiam personæ prohibitæ accusare possunt l.hi tamen omnes ff.de accusatio.l.non prohibentur l.non ignorat l.de crimine l. si crimine C. qui accusare non pos.l.2.titu.1.p.7.l.2.titu.2.lib.4.fori Paz d.cap.3.nu.11.Villalpando in l.22.p.cap.50 num.40.Iul.Clarus d. §. fin. q. 14. num.2.prohibetur autem accusatio præcipue vel ob proprium crimen accusatoris vel propter sexum vel propter ætatem vel propter reuerẽtiam vt recte considerarunt Clarus d.q. 14. in prin. Petrus Greg.lib.33.syntag.cap. 12.

34 In princ. propter delictum prohibetur de iure canonico quilibet criminosus etiam nondum diffamatus nec accusatus quia sufficit quod sit in peccato mortali cap.prohibetur.2.q.1. vbi Cardinalis cap.quoniam 2.q.3. Beroius in.ca. 1.num. 35. de accusatio. Clarus d.q. 14.nu.9. &.10. De iure autem ciuili

prohibetur criminosus qui vel ipso delicto infamiam contraxit: nam indistincte quilibet infamis accusare prohibetur l. qui accusare l. qui iudicio C. de accusatio. d. cap. prohibetur ca. infamis 6. q. 1. dicit communem Clarus supra num. 11. vel iam de crimine accusatus est & nomen eius receptum est inter reos, tunc enim alios accusare non poterat de pari vel minori crimine, sed tantum de maiori, l. is qui reus ff. de public. iudicijs vbi communis contra glo. ibi Clarus d. q. 4. num. 12. Dueñas regula. 29. Socinus in d. cap. 1. à num. 69.

35 Propter sexum prohibentur accusare mulieres l. 1. & 2. l. qui accusare. 8. C. de accusatio l. de crimine C. qui accusare nõ poss. cap. de crimine. 15. q. 3. docet Clarus d. q. 4. nu. 8. & plura scitu digna congerit Petrus Greg. lib. 32. cap. 13. per totum vbi huius prohibitionis rationem affert, quod iure reijciuntur ab accusatione qui affectione aliqua amoris vel odij laborant ca. repelluntur de accusatio. c. canonica c. quia suspecti. capit. omnes 3. q. 5. mulier autẽ ex sententia Philosophorũ aut amat aut odit & non datur tertium. sed verius est repelli ex L. 2. ff. de reg. iuris.

36 Propter ætatem repelluntur ab accusatione pupilli d. l. qui accusare. explicant Petrus Gregorius ad lib. 32. capit. 14. quod extendit communis ad minores 20. annorũ quam resoluit Clarus d. q. 14.

37 Propter reuerentiam plures personæ ab accusatione prohibitæ referuntur à Claro d. q. 14. per totam vt Clericus laicus contra clericum, filius cõtra patrem, miles, libertus contra patronum & alij qui sine venia in ius vocare non possunt hoc est qui reuerentiam debent.

38 Sed quia omnes de populo crimina publica accusare posse diximus & sic plures cõcurrere possunt ad accusandũ obseruãdum est non omnes simul admittendos, sed iudicem eligere debere quem putauerit magis idoneum ad accusationem prosequendam vt ex l. si plures. 16, de accusatio. l. si vero §. hæc autem de ijs qui deiecerũt docet tex. in l. 82. titu. 1. p. 7. Clarus d. §. fin. q. 13. num. 1. & q. 15. num. 6. Paz in praxi 1. tomo. 5. p. ca. 3. num. 18. vnde constat quod si cum pluribus extraneis concurrat ad accusandum qui suam vel suorum prosequatur iniuriam hic à iudice præferendus erit, quia magis idoneus ad accusan-

cusandum reputari debet qui maiore dolore accusationem prosequetur l.2.de adulterijs.

39 Et licet de iure communi controuersum sit, quis dicatur suam vel suorum iniuriam prosequi, nam glo. 1. in l. si fœmina C.ad Turpilianum recepta communiter tenet quod consanguineus vsque ad 7.gradum admittitur ad accusandum, & alij existimant consanguineum admitti vsq; ad 6. tantum gradum ex l.4.de testibus iuncta l.Iuriscōsultus.§.quinto gradu&.§.sexto gradu de gradibus & l.2.de accusatio docet Boerius decisione.220.Craueta consil. 230.1.p. & alias opiniones referunt Anto.Gomez.3.tomo.var.cap.2.num.34. Plaça de delictis ca. 39.num.13.Padilla in l. transigere num. 55.C. de transactio. Clarus d.q.14.num.2.tamen iure regio declaratum extat quod cognati vsque ad quartum gradum dicuntur suam vel suorum iniuriam prosequi l.2.& 26. titu. 1. p. 7. hi igitur præferendi erunt in accusatione publici delicti.

40 In priuatis autem delictis quæ numerari diximus in d.titu. ff.de priuatis delictis & in.§. ex maleficijs Instituta de actionibus & generaliter priuata dicūtur,nisi lege cautum sit quod sint publica l.3.§.fin.de priuatis delictis , admittuntur ij ad accusandum qui suam vel suorum prosequuntur iniuriam l. fullo.92.§.hæc idcirco de furtis. §. furti autem Inst.de obligatio. quæ ex delicto.Paz d.c.3.num.6.Anto.Gomez d.cap.1. nu.10. non tamen inde excluditur quod iudex possit ex officio, præcedente tamen requisitione de quā diximus supra in cap. de inquisitione in fin. quod si plures consanguinei intra quartum gradum concurrant ad accusandū si omnes in eodē gradu sunt omnes admittuntur simul ad accusationem l.3. §. si ad plures vbi glos.Bart.& communis de sepulchro violato. si autē dispari gradu sint proximus tantum admittendus est & eo non accusante sequens in gradu l.14.titu.8.p.7.l.si plures de accusatio. l.2.§.si simul de adulterijs,docent Paz supra num.16. & Ant. Gomez num.36.

41 Omnibus autem consanguineis etiam filijs præferenda est in accusatione vxor mariti occisi, quia nullus proximior est cum vir & vxor vna caro esse censeantur c.gaudemus.§.qui vero, de diuortijs docent in specie Anto.d.ca.1. num.3, Plaça de delictis c.40.n.2.Paz.d.c.3.n.14.Padilla in d.l.trāsigere.n.57.

non esse imponendam pœnam ordinariam, imo nec corporalem ipsi transigenti in l. 22. titu. 1. p. 7. vbi id notat Gregorius glo. magna & Villalpand. 1. p. §. 6 Anto. Gomez d. cap. 3. nu. 56. Padilla vbi supra num. 34. cum sequentibus Bald. vbi supra num. 50. Olanus in concordia antino. littera A. num. 34
46 Nec obstat d. l. 2. C. de abolitionibus, quia loquitur quando accusator deceptus vel pecunia correptus destitit ab accusatione, quo casu reus accusatus ex suo delicto non debet commodum reportare: forma autem accusationis solemnis Hispano sermone concepta traditur à Doctore Paz in practica 1. tomo. 5. p. c. 3. §. 6. num. 3.

Caput sextum De captura delinquentis.

Summarium ad caput sextum captura delinquentis.

Captura rei vt fiat an sufficiat accusationem interuenisse, vel quæ alia requirantur. num. 1.

Captura in crimine hæresis non nisi ex vehementibus indicijs est faciẽda, & quare. num. 2

Captura delinquentium solus index facere potest, vel is, cui ipse commiserit. num. 3

Capturæ mandatũ in scriptis redigi debet nec sufficit per testes probari. num. 4.

Capere in fraganti delicto criminosum quilibet officialis etiam citra mandatum iudicis potest, & an pars ipsa vel alter priuatus. n. 5

Capere clericum in fraganti secularis iudex vel priuatus, quilibet potest, ita tamen vt statim ad suum iudicem remittatur nu. 6

Capturam sine debitis facere volentibus ministris, licite quis resistere potest. num. 7

Iudici vel eius ministris ne capiatur resistens offendi, & si aliter capi non possit occidi potest. num. 8

Capturam rei iudex vnius territorij, in alio non facit, imo nec in causis ciuilibus alibi commorantem vocare ad iudicium potest. n. 9.

Litteræ requisitoriæ quæ dicantur, & quando eis opus sit. num. 10.

Literis requisitorijs inseri debet informatio delicti illius rei, cuius captura procuratur & quare. num. 11

Iudex

1 PORRECTA contra delinquentem solemni accusatione statim accusatum personaliter esse capiendum & in carcerem detrudendum licet nullæ adsint probationes, vel indicia cōmunem esse sententiā, & consuetudine vbique receptam testatur Castro consil. 328. num 1. lib. 2. & eius opinionem probare videtur Bal. in l. at si certus C. ad Syllanianum Menoch. lib. 1. de arbitrarijs q. 88. num. 3. Alij autem è contrario docent capturam non esse faciendam nisi aliqua legitima indicia prçcedant contra delinquentem, & hanc esse communem sententiam testatur Nouellus relatus à Claro libr. 5. sent. §. fi n. q. 28. num. 2

Sed neutra sententia admittenda est, quia quocumque modo iudex super crimine procedat prius recipere debet summariam informationem, & si aliquod indicium, vel præsumptio vel suspicio vel signum (qualiter autem hæc inter se differant ostendit Menoch. lib. 1. de præsumptio. q. 7.) contra aliquem resultet ipsum capere debet & nō aliter ad capturam procedere: alias enim tenebitur in syndicatu l. 2. C. de exhibendis reis. Bald. in l. 2. num. 3. C. de his qui latrones Bosius in practica titulo de captura num. 3. Angelus de maleficijs versiculo iudex num. 4. Folerius in practica 1. p. 2. partis versi. notatos capiat personaliter num. 1. Clarus d. q. 28. num. 2. Paz in praxi 1. tomo 5. p. cap. 3. §. 2. num. 1. & sequentibus, & ita accipienda est

doctri-

doctrina Baldi & Marsilij vbi supra vt non requirantur indicia sed sufficiat qualis qualis informatio vel suspicio.

2 Excepto tamen crimine hæresis, in quo propter infamiam quæ ex sola captura contrahitur, procedi non poterat ex quibuscumque indicijs, sed vehementiores suspiciones & probationes requiruntur vt priuatis inquisitorum institutionibus ita cautum esse testatur Simancas de catholicis institutio. titu. 17. numero. 1.

3 Hanc autem delinquentis capturam solus ipse iudex facere potest, non autem officialis publicus l. fina. C. de exhibendis reis, & ibi glo. recepta l. 2. titu. 29. p. 7. nisi ex speciali iudicis mandato vel commissione ei facta vt resoluunt Anto. Gomez 3. tomo vari. c. 9. num. 1. Clarus d. q. 28. nu. 7. Paz d. §. 2. nu. 6.

4 Et tale mandatum debet in scriptis redigi argumento l. neminem. C. de exactoribus tributorum li. 10. not. Iason in l. cũ proponas num. 7. C. de pactis Maranta in practica. 7. p. nu. 61. Bald. in cap. cum parati nu. 68. de appellatio. addidit tale mandatum per testes non posse probari & non debet tradi parti offensæ aut inimicis delinquentis vt ipsum criminosum capiant ex consil. Clari d. q. 28. num. 8. notat Folerius in practica d. ver. notatos capiat num. 14. licet de iure id fieri posit secundum Carolum in l. non est singulis num. 6 de reg. iuris.

5 Sed ab his regulis casus exceptus est quando criminosus deprehenditur infraganti delicto, tunc enim nec informatio necessaria est nec mandatũ iudicis procedere oportet sed quilibet officialis licet iurisdictionem non habeat ad capiendum eum poterit capere l. si quid de officio procõsulis autentico de defensoribus ciuitatum. §. accidens collatione. 3. Paz d. §. 2. nu. 5. imo & pars ipsa poterit delinquentem capere infraganti delicto l. interdum la. 2. §. qui furem de furtis l. ex parte. 5. ff. ad l. Iuliam de adulterijs & cuicũque priuato id permittitur vt docet Bald. per tex. ibi in l. nec timorem in fin. ff. quod metus causa.

6 Quæ sententia adeo vera est vt obtineat etiam in clerico delinquente quem infraganti delicto capere poterit secularis iudex, imo & quilibet alius pribatus absq; metu excõmunicationis vt docet communis in ca. vt famæ de sententia excõmunic. Lucas de Pena in l. generali C. de decurionibus lib. 10. Angelus de maleficijs ver. quod fama publica num. 65. Guido decisio-

cisione.27.Bernardus Diaz in practica cap.123.num. 3. & ibi Salzedo littera B.d.nu.4.Clarus d.§.fi.q.28.num. 6. id tamen intelligendum est vt eum statim suo iudici ecclesiastico remittat docet Auendaño de exequen.mand.1. p.c.22.nu. 2. quam remissionem facere debent quanto citius possint, & sine vlla clerici ignominia vel iniuria,alias incident in excommunicationem ex Dominico in cap.si iudex laicus de sententia excõmunicationis li.6.Felinus in c.ecclesia.Sãctæ Mariæ.n.102.de constitutio.Auendaño vbi supra n.15.

7 Est autem aduertendum quod cum captura non præcedentibus relatis requisitis sit iniusta & iniuriosa,vt diximus poterit is qui capiẽdus est satellitibus resistere, nisi & mandatum iudicis ostendant & insignia gerant sui officij, vt apud Hispanos virgam erectam,idest *vara leuantada* vt in facti contingentia fuisse iudicatum referunt Ange.in l.item apud.§.si quis virgine.num.2.per tex.ibi de iniurijs.Clarus d.§.fin.q. 29. nu.1. in fin.Folerius d.ver.notatos capiat num.17.

8 Quod si alias capiendus iudici & eius familiæ resistat potest à familia offendi , & etiam occidi si alias cap. non potuit vt colligitur ex l.si seruus C.de ijs qui ad ecclesias, & hoc verum esse neminẽ vnquam dubitare affirmat Bal.in l.fin.C.de exhibendis reis Folerius d.ver. notatos capiat n. 7. Clarus. d. q.29.nu.1.sed officiales & familia ab his vulneribus & percussionibus quantum fieri possit cauere debent vt admonet Amedeus in titu.de syndicatu num.100.nam si postea probetur aliter offensum capi potuisse puniuntur vt priuati docet Grãmaticus d.decisione. 41. & Clarus vbi supra.

9 Secundo est aduertendum quod cum captura sit actus iurisdictionis contentiosæ non poterit iudex vnius territorij delinquentem capere in alio territorio l.fin.de iurisd.omn.iudi.l.à Diuo Pio.§.sententiã Romæ ff. de re iudicata autentico vt nulli iudicum. §.si vero quis collatione.9.c. ex parte de V. S.docent Bart.in suis quæstio.& in l.1.§.præsides num. 3. de requirendis reis Bosius in practica titulo de ciuitate num. 29. Anton. Gomez d.3.tomo var.cap.9 num.4. imo nec in causis ciuilibus potest ad iudicium vocare aliquem extra territorium commorantem Clemẽtina.pastoralis.§.desiperet de re iudicata. probant late Iacobus de Bellouisu in repetitione ea.

Roma-

Romana.§.contrahentes num.131.de foro compe.lib.6.Socinus in cap.postulasti num.3.Felinus in cap.fin.eod. titu. in decretalibus Couar.in practicis c.10.num.2.

10 Vnde in his casibus iudex debet litteras mittere ad iudicem territorij vbi moratur delinquens quibuscum roget & requirat vt delinquentem capiat & sibi remittat, quas dicimus litteras requisitorias.Et hoc est quod vulgo dicimus incriminali esse locũ remissioni l.1. C.vbi de crimine agi oportet l.vt solent.ff.de custodiareorum glo.in l.à Diuo Pio. §. sententiam Romæ.ff.de re iudicata Clarus d.§.fin.q.38.num.19. Couarr. in practicis c.12.nu.3.& sequentibus. Auendaño de exequen. manda.2.p c.7.à num.1.& probat.tex.in l. 1. & sequentibus titu.16.lib.8.recop.Auiles in c.prætorũ. cap. 27. ver. entreguen à nume.1.

11 Sed quia iudex requisitus non tenetur credere iudici requirenti talem esse criminosum l.D.Adrianus.ff. de custodia reo. in ipsis litteris inserere debet informationem & dicta testium quibus probatur illum esse criminosum l.suspectũ l.si iure.§. fin.ff.de accusatio.glos.in l.de iure.ff.ad municipalem l. 1. C. vbi causa status docentRebufus.2. tomo in constitutiones regias titulo de litteris requisitorijs num.12.Couarr.d.c. 11. nu. 7.Follerius d.ver.notatos capiat num.25.& tunc iudex requisitus credere debet requirenti vt in l.solent. ff. de custodia reor.

12 Nec potest etiam summarie de delicto cognoscere vel culpa delinquentis vt docet Bart.in l.fin. §.1.ff.de publi.Iason. in l.magistratibus de iuris.omnium iudi.Couarr.d.num. 8. licet contrarium docuerit glos.in d.l.de iure & Auiles d. ca.27. verbo,extreguen.n.8 & apud nos videtur hæc sententia probari in l.2.titu.17.lib.8.ordina. hodie l.3.titu.16.libr. 8. recop. quæ licet loquatur remissiue, quæ petitur ratione sententiæ iam latæ æque procedit inqualibet alia remissione cum eadẽ sit vbiq; ratio docet Coua. vbi supra & apertius comprobatur ex l.6.titu.16.lib.8.recop.

13 Quibus ita præmissis iudex requisitus debet delinquentem capere & remittere expensis eius qui remissionẽ petit ex doctrina Bald in ca. nonnulli colum.3.de rescri.quam sequuntur plures relati à Couarr.d.c.11.num.17.Auiles supra num.24.quod si iudex ex officio procedat publico sumptu facienda remissio

est

est l. mulier inopi. ff. de captiuis & postliminio reuersis docent Couarr. & Auiles supra & hoc de iure communi, regio vero iure facienda remissio est expensis remittentis si habet bona & si non habet expensis accusatoris, & si ex officio procedatur expensis publicis ex pœnis applicatis sumptibus iustitiæ ex d.l.2.titu.17.lib.8.ordin.l.13.titu.13.lib.8.recop. & ita practicari docent Couarr. & Auiles vbi supra.

14 Quod si iudex requisitus non exequatur litteras requisitorias nec delinquentem remittat grauiter delinquat & in varias incidat pœnas quas cumulat Rebufus d.titu. de litteris requisitorijs glos.2.& glos.3.num.4. Folerius d.ver. notatos capiat num.26. & apud nos praxis obseruat vt recurratur ad suprema tribunalia vbi examinatis litteris requisitorijs, si iuste sint dat mandatum regium vt requisitas litteras exequatur & pro arbitrio multatur attenta qualitate negligentiæ vel culpæ vt testatur Couarr. in practicis ca.10.in fin.

15 Et hac ratione locum nō esse remissioni quando vterque iudex non est eiusdē imperij & principatus docet Bald. in l.2. C. de seruis fugitiuis & cōmuni totius orbis Christiani vsu & praxi receptum esse testatur idem Bald. in l.1.C. vbi de crimine agi oportet Iacobus de Bello viso in d.§. contrahentes nu.113. Boerius decisione. 29. Afflictis in constitutiones Neapolitanas lib.2.rubrica.3.num.88. Couarr. d.cap.11.num.10.

16 Inter reges tamen Lusitaniæ & Castellæ facta concordia est iuxta remissionem delinquētium quæ habetur in l.9.tit.16. lib.8. recop. sed postquam rex noster Philippus hæreditario iure in regno Lusitaniæ successit nouam edidit pragmaticam, vt de vno regno ad aliud remissio fiat in delictis grauioribus & nominatim enumeratis in l.6.titu.16.lib.8. recop. & in regno Nauarræ in l.fin eiusdem titu. & ibi indistincte remissio permittitur. quia est de Corona Regum Castellæ.

17 Excusatur tamen à remissione facienda iudex domicilij vel originis qui causam præuenit vel per sentētiā vel per capturam vt dicit Albe. in l. hæres absens. §. siquis tutelam num. 8. ff. de iudi. Iacobus de Bello visu in d.§. contrahentes nu.121. Fel. in c.fin.num.11. de foro compe. Couar. d.c.11.num.6.

18 Hoc autem quod de litteris requisitorijs diximus non solum obtinet inter duos iudices eiusdem fori verum & inter

ecclesiasticũ & seculareᷓ: nã licet ecclesiasticus possit iure puni re laicũ indelictis quæ mixti fori esse docet glo. in c. cũ sit generale de foro cõpet. tamen eos, capere propria authoritate nõ potest, nisi inuocãdo auxiliũ brachij secularis excepto crimine hæresis vt respondet. Oldraldus consil. 86. Couarr. in practicis. cap. 10. Menchaca de successio. creatione. §. 22. num. 17. Auendaño de exequen. mand. 1. par. c. 1. n. 22. Salzedo in additionibus ad Bernard. Diaz in practica ca. 123. additione prima & in reg. 397. ver. septimo non procedit text. in l. 14. & 15. titu. 1. lib. 4. ordin. licet contraria sententia in puncto iuris verior sit ex l. 2. de iurisd. omnium iud. cap. attendendum. 17. quæst. 4. ca. contra idolorum. 26. q. 5. Trid. sessione. 25. cap. 3. &. 5. de refor. docet Felinus in d. cap. cum sit generale num. 20. Couarr. vbi supra.

19 Tertio est aduertendum quod si delinquens ad ecclesiam confugiat non potest iudex eum inuitum extrahere & incarcerem conijcere, quia omnibus ecclesijs & locis sacris in eorũ fauorem & debitã reuerentiam hoc priuilegiũ concessum est, quod nullus possit etiam à proprio iudice inde inuitus extrahi l. 1. & sequentibus. C. de ijs qui ad ecclesias c. inter alia. cap. pen. & fin. de immu. eccles. cap. miror capit. reum. 17. q. 4. l. 2. tit. 11. p. 1. l. 1. titu. 2. lib. 1. ordina. l. 2. &. 3. titu. 2. lib. 1. recop. cuius immunitatis originem explicant Remigius in tit. de immunitate ecclesiarum q. 1. & sequentibus Calepinus indictionario verbo asylum Corrasius lib. 5. miscellaneorum ca. 3. quod adeo verum est vt hæc immunitas competat. 40. passibus circum ecclesiam matricẽ c. sicut antiquitus. 17. q. 4. &. 30. passibus circum alias ecclesias. c. definiuit c. quisquis ead. causa & q. Siluester in summa verbo immunitas. 3. in princ. & Palacij episcoporum c. id constituimus. 17. q. 4. vbi glos. recte interpretatur id habere locum etiam si palatium intra 40. passus situm non sit, quod probant Inno. & Hosti. in d. cap. inter alia Abbas. nu. 9. in cap. ecclesiæ de immunitate ecclesiæ Remig. vbi supra ampliatione. 15. Couarr. lib. 2. var. ca. 20. num. 5. Clarus lib. 5. sent. §. fin. q. 30. num. 3. Sed illud de immunitate passuum circum ecclesiam non seruatur de consuetudine ex mente iurium quæ hanc immunitatem concesserunt ex Couar. & Claro. supra.

20 Et non solum hæc immunitas competit delinquenti vt non extrahatur inuitus, verum vt non possit intra ecclesiam vinculis aut posita custodia detineri, ne aufugiat, vt deducitur ex l. præsenti C. de ijs qui ad ecclesias cap. definiuit. 17. quæst.4.l.2.titu. 11.p.1. Guido Papa decisione. 121. quod verissimũ est quãdo cõstat delinquẽtẽ gaudere debere immunitate ecclesiastica. Cæterũ si dubiũ sit & inter iudices disceptatio interim licebit iudici delinquentem intra ecclesiam detinere vel custodiam extra ecclesiam ponere, tenet Couar.d.ca.20.n. 17.Clarus d.q.30.num.21.Paz in praxi 1.tom.5.p.c.3.nu.3.& sequentibus. Alimenta autem delinquenti præberi nullo casu iudex prohibere potest nec consuetudo valet in contrarium. Couar.d.num.27. Guido d.decisione.121.Perez in l.6. verbo *le sera defendida*,titu.2.lib.1.ordin.

21 Quod si iudex secularis his & alijs similibus casibus immunitatem ecclesiarum violet potest ab ecclesiastico puniri vt resoluimus in titulo delictorum ca.de sacrilegio.nõ tamen licet clericis vel monachis armis vel tumultu immunitatẽ defendere vt resoluit Paz d.§.3.num.16.facit text.in cap. fin. de rebus ecclesiæ ca.dilectus de pœnis cap.ex parte el primero de V. S.

22 Nec his omnibus obstat text.in autentico demandatis. §. sed nec,collatione.3.vbi dicitur quod adulteri, raptores virginum , homicidæ & reliqui delinquentes etiam si ad ecclesias confugiant capiendi sunt & concordat text. in l.fin. titu. 11. p.1.quia omissis interpretationibus Abbatis in d.c. inter alia. num.14.Couar.d.ca.20.num.7.in fin.Paz.d. §.3. num.58. dicẽdum est eas ll. ciuiles nullas esse cum sint contra libertatem & immunitatem ecclesiarum ca.quæ in ecclesiarum c.ecclesia. S.Mariæ de constitutio. ideoque ab rogatæ & correctæ sunt ex dispositione d.c.inter alia cum alijs supra, vt testantur Remigius d.titu.fallentia.28.Grego.Lopez in d.l.fin. Couar. & Paz supra.nec obstat verba d.ca.inter alia ibi & traditiones legum quia sunt referẽda ad ll.quæ habentur in titu. C. de his qui ad ecclesias quas corrigere voluit Iustini. in d. autentico, quia labe hæresis infectus erat,& sic catholicæ ecclesiæ immunitas eis erat expressa.

23 Aliquibus tamen casibus delinquentes non gaudent hac

ecclesiæ immunitate: & primo quidē quando intra ipsam eccle siam quis committeret homicidium mutilationem membrorum vel aliud quodcumque crimen ca. fin. de immunitate ecclesiarum vbi Abbas. nu. 9. l. 34. titu. 11. p. 1. Couarr. d. ca. 20. num. 15. Nauarr. in Man. c. 25. nu. 20. Clarus d. q. 30. num. 15. quia qui ecclesiam delinquendo offendit eius priuilegio iuuari non debet c. de viro. 12. q. 2. ca. cum sit de appellatio. c. quia frustra de vsuris, vnde qui intra ecclesiam adulterium commiserit non gaudebit immunitate; imo & qui simplicem fornicationem commiserit quia efficitur sacrilegus vt ex d. cap. fin. docent Anto. ibi Remigius fallētia. 3. num. 8. nec qui monialem rapuerit, quia & hic in loco sacro delinquit & sacrilegiū committit vt explicauimus in titulo delictorum c. de coitu cū moniali docet Cassaneus in cōsuetudines Burgundiæ rubrica 1. §. 1. num. 11. nec qui furtum intra ecclesiam fecerit aut cum furto alicui facto ad ecclesiam confugerit vt ait Paz d. §. 3. nu. 88. sequentibus. quod hodie sine difficultate procedit cū simplex & fur immunitate non gaudeat ex cōsuetudine secundū Couar. d. c. 20. num. 3. Clarum d. q. 30. num. 14. licet de iure ex regula d. c. inter alia fures immunitate gauderent vt ait Gomez. 3. tomo var. ca. 10. num. 2. idem erit & in eo, qui prope ecclesiam vel cœmeterium deliquerit quia ex vicinitate loci præsumitur quod illud facit spe consequendi immunitatem ex Anca. d. ca. fin. Alciato in titu. præsumptio. regula tertia, præsumptione. 33. num. 3. Couarr. d. c. 20. num. 15. ver. 26. Paz d. §. 3. num. 94.

94 Sed illud in proposito aduerto quod licet is qui intra ecclesiam delinquit indistincte extrahi possit ab ecclesia quāuis sine spe & proposito immunitatis consequendæ deliquerit vt dicit Abbas in d. c. fin. num. 8. Nauarr. in Man. ca. 25. num. 10. Couarr. d. cap. 20. num. 15. licet contraria opinio communis sit ex Abbate & Claro vbi supra, & apud Lusitanos obseruetur ex libr. 2. ordinationum titu. 4. §. 2. tamen in eo qui prope ecclesiam deliquit vt immunitate priuetur, probari debet quod spe cōsequendi immunitatem eum locum elegerit quod facile probabitur quando ex proposito & ex antiquo odio ibi alterum percusserit secus si casu fortuito, vt si ex rixa orta ipsum percusserit.

95 Et hæc omnia in praxi seruanda sunt adeo vt qui intra vnam

vnā ecclesiā deliquerit si ad aliam confugiat posit inuitus extrahi, quia hæc immunitas toti vniuersali ecclesiæ cōcessa est quæ per totum orbem vnica est, & delicto offensa ita ex communi ver.23.Paz d.§.3.nu.79. & non solum ratione illius delicti intra ecclesiam commissi immunitate non gaudet, verum nec ratione aliorum quæ antea vel postea commisit c.ad episcopos.17.q.4. & ita fuisse iudicatum refert Aufrerius d.decisione.5.21. Casaneus in consuetudines Burgund.rubrica 1.§.5. num.112.Clarus vbi supra.

26 Secundo ea immunitate ecclesiæ nō gaudet debitorex causa ciuili vt probare videtur text.in l.13.tit.2.li.1.recop.docet Iason in l.vinum num.4.ff.si certum petatur & in l.plerique, num.26.ff.de inius vocando & ibi Casius colum.2.Anton.Gomez in l.5.Tauri num.5.Couarr.2.var.c.20. num. 14. vbi refert se vidisse in supremis tribunalibus litteras regias concedi vt debitor ex causa ciuili ab ecclesia extrahatur, quod & testatur Gutierrez lib.1.practicarum q.1.num.1.quæ sententia duobus potissimum fundamentis iuuatur.

27 Primo quod validum est argumentum de tempore ad locum l.vinū.ff.si certum petat.sed debitor ex causa ciuili potest capi die sacro idest feriato glo.in l.fin. C. de ferijs, quam sequuntur Bald.in cap.fin.eod.titu.Iaso.in prin. n.77.Instituta de actio.Bar.in l.ait prætor §. si debitorem ff. quæ infraudem cred. ergo & in loco sacro capi poterit.

28 Secūdo quia attēta huius regni cōsuetudine & l.municipalis dispositione debitor ex causa ciuili qui debitū non soluit traditur creditori vt ei seruiat l.4.& sequentibus titu.16.lib.5.recop.Couarr.libr.2.var.cap.1.num.1.

29 Sed seruus si ad ecclesiā confugiat nō gaudet immunitate vt domino non seruiat d.c.inter alia c.definiuit cap. metuentes.17.q.4.l.3.titu.11.p.1.Paz d.§.3. nu.156. ergo nec debitor ex causa ciuili cum creditori seruire tenatur, quam rationem sentit d.l.13.recop. *mayormente catādas las leyes e costumbres destos Reynos, que permiten que los deudores siruan a sus acreedores &c.* Communis traditio est quod debitor gaudere immunitate ecclesiæ non potest si ex dispositione iuris municipalis constituatur in seruitute creditoris quam resoluunt Oldraldus cōsil.54.Aufrerius d.decisione.422.Abbas in d.c. inter alia nu.

 22.in

22.in fine Boerius decisione.215. num. 7. Contraria tamen sententia verior est in simplici debitore ex causa ciuili, qui ad ecclesiam confugiens debet immunitate gaudere ex superiori regula quae in hoc casu non inuenitur restricta & ita praxi receptum affirmat Couar.d.ca. 20. num.14. Remigius fallentia. 27. Grego. in l.2.titu.12.p.1 Gutierrez in l.nemo potest.. nu. 183.de leg.primo. Xuarez in l.2.tit.*de los goviernos* libr.2.fori. q.5.Paz d.§.3.num.152.

30 Nec obstat exceptio de seruo, quia debitor vere non est seruus creditoris nec aliquod ius creditor in debitorem habet quousque proferatur sententia qua debitor creditori adiudicetur. Vnde existimo quòd si post adiudicationē debitor ad ecclesiam cōfugeret nō gauderet immunitate sed creditori esset restituendus vt ei seruiat ex d.c.inter alia.

31 Nec contrarium probat text.in.d.l.13.recopi. quia non loquitur de simplici debitore, sed de eo qui infraudem creditorum bona intra ecclesiam vel aliter occultat & ad ecclesiam cōfugit vt patet ibi. *Otro si que los bienes* & ibi, *e mandamos assi mesmo que saquen de las tales Iglesias los bienes* & ibi, *que dexen y permitan sacar los tales bienes y mercadurias.*

32 Quo casu iuxta iuris praecepta statutum est immunitatem cessare, quia tales debitores dicūtur decoctores vulgo *alçados*, & ex iuris dispositione iudicātur publici latrones l.1. & 2.titu. 19 li.5.recop. & ita eos immunitate nō gaudere affirmat Boerius d.decisione.215.n.7.Remigius fallentia.38.Dueñas regula.389.n.18.quamuis contrarium teneat Nauarr.in Man.c.25. nu.19.& Couarr.d.c.20.nu.14.id aliorum relinquat arbitrio.

33 Plures alij casus à superiori regula excipiuntur, quos congerit text.in l.3.titu.2.lib.1.recop. Remigius d. titu. fallentia prima & sequentibus Cassaneus d.rubrica.1. §.1. à nume.113. Azeuedo in d.l.3.& fin.titu.2.lib.1.recop. Paz d.§ 3.à n. 64. & difficultas est in eo qui alium percusserit vel occiderit proditorie, sed eam non attingimus quia in titu. delictorum cap. de occidente proditorie late explicatum est quando dicatur aliquid proditorie factum & reliqua per Gutierrez libr.1. practicarum q.2.

Hi autē omnes qui sequuntur praeter supra dictos nō gaudēt immunitate, publicus latro, nocturnus, depopulator agrorum, sim-

simplex fur, infidelis hæreticus, apostata blasfemus, malefi-
cus, Sodomita, qui venenum propinauit, patricida vel filicida:
assassinus, persona ecclesiastica, raptor virginum, concremator
ecclesiæ vel eius spoliator, transfuga, exul ex iudicis sententia
quæ transiuit in rem iudicatam, qui arma prohibita defert, nã
quo ad arma non gaudet immunitate, nec mouens limites nec
qui de mandato & licentia Papæ extrahitur ab ecclesia, de qui-
bus omnibus agunt supra relati.
34 Quibus casibus iudex secularis non debet delinquentem
ab ecclesia extrahere non præcedente causæ cognitione & sen-
tentia: alias enim cum ecclesia sit spoliata à iudice non seruato
iuris ordine ante omnia erit restituenda c. conquerente de rest.
spoliatorum. quamuis delictum huiusmodi sit vt immunitate
non gaudeat, sed hoc de stylo nõ seruatur: nam iudex secularis
nulla præcedenti sententia delinquentes extrahit ab ecclesia &
iudex ecclesiasticus eos repetit per censuras, à quibus appellat
secularis & à supremis tribunalibus impetrat mandata regia vt
ecclesiasticus excommunicatos absoluat pro.60. dies & suspẽ-
dat interdictum: intra quẽ dierum terminum processus mitten-
dus est ad iudices superiores qui si animaduerterint delictum
de exceptis, declarant iudicem ecclesiasticum vim facere &
tunc secularis procedit in causa ad puniendum delinquentem,
quod si delictum de exceptis non sit declarant iudicem eccle-
siasticum vim non fecisse seculari, & tunc iudex secularis de-
linquentem sine vexatione restituit.
35 Quarto obseruandum est etiam pro delicto, ex quo venit
imponenda pœna tantum pecuniaria delinquentem capi pos-
se l.eo.§. super his C.de appella. vbi Salicetus Suarez in titu. de
fideiussore in causa criminali nu. 1. tamen oblatis idoneis fi-
deiussoribus debet relaxari l.1. vbi Bart. & cõmunis l.3. & 4.
ff. de custodia reorum l.si vero.§.1.ff. qui satisdare cogantur l.
10.titu.29.p.7. Suarez vbi supra num.1. & sequentibus Clarus.
§.fin.q.46.num.7. Gomez.3.tomo var.c.9. num. 8. Bosius in
practica titu. de carcerato fideiussoribus committendo col. 4.
36 Quod si pœna corporalis imponenda sit delinquenti non
debet sub fideiussoribus relaxari l.3. de custo. reorũ d.l. 10.p.
Suarez vbi supra num.19. Gomez & alij supra, quia fideiussor
non potest pro alio se obligare ad pœnam corporalem l. 1. C.

ad Turpilianum l. si reo. §. quod vulgo de fideiussoribus l. qui seruus de interrogatorijs actionibus l. liber homo ad l. aquiliã, quæ regula fallit si captus ægrotaret, vt resoluit Folerius in practica. d. ver. & notatos capiat num. 25.

37 Vltimo obseruandum est, quod cũ carcer inuentus sit ad custodiam non ad pœnam sicut damnum. 8. §. solet de pœnis. l. incredibile C. eod. l. 4. & 6. titu. 29. l. 10. titu. 1. p. 7. Gomez d. c. 9. num. 6. Menochius de arbitrarijs casu. 305. Simancas de catholicis institutió. tit. 17. iudex solum curare debet vt delinquentes sint sub fida custodia l. 1. C. de custodia reorum, non vero eós catenis vel manicis ferreis ligare debet, nisi aliud delicti & delinquentis qualitas exposcat Menochius d. casu. 305. Folerius ver. & incarcerentur num. 3. & 5. nec carcer debet esse subterraneus vel obscurus sed obstructus secũdum formam traditam à Folerio vbi proxime num. 8. & inde carceris assignatió pendet ex arbitrio iudicis l. 1. de custodia reorum, docet Bald. in l. 2. in fin. C. de exhibẽdis reis Meno. vbi supra Paz d. c. 3. §. 2. nũm. 10.

38 Vnde personæ nobiles & illustres etiam pro grauioribus delictis in carcerem publicum detrudi non debent l. si grauius 16. C. de dignitatibus l. 4. titu. 29. p. 7. l. 11. titu. 2. lib. 6. recop. Gomez d. cap. 9. num. 6. Folerius supra num. 5. Ioannes Garcia de nobilitate glos. 1. num. 9. Tiraquelus eodem titu. cap. 20. n. 20. sed Palacium potestatis aut publicum ciuitatis vel alius decens locus eorum nobilitati conueniens in carcerem assignandus est vt testatur Otalora de nobilitate 5. p. cap. fin. num. 20. & taliter detentus vere dicitur carceratus cum non possit ad libitum de loco exire, clementina 1. §. sane de hæreticis.

39 Quod si iudex carcerem duriorem assignet & sic in arbitrando modum excedat potest ab eo appellari, vel ab iniusta captura vel à carcere & vinculis durioribus, quam pœna vel delicti qualitas exposcit ex Bald. in l. 2. C. de episcopali audientia q. 2. in. 1. l. in fin. C. sententiam rescindi non posse relati à Gometio d. capit. 9. numero. 10.

(2)

Caput

Caput septimum de confessione delinquentis.

Summarium ad caput septimum.

Index reo capto quid debeat facere.num.1
Index quam citius possit debet confessionem à reo exigere & iuramentum de veritate dicenda recipere.num.2
Reus sub peccato mortali tenetur iudici veritatem dicere.num.3
§.quis aliquando vers.item illud,de pœnit.dist.1.declaratur & discutitur quando liceat reo iudici veritatem celare.num.4
Reus quando iuste interrogatus videatur ,vt veritatem celare non possit.num.5
Index an teneatur copiam indiciorum reo facere.num.6
Reus iniuste interrogatus quomodo possit sine peccato veritatem celare.num.7
Reus in confessione mentitus an periurij pœnis subiaceat.num.8
Iudex qualiter à reo debeat sumere iuramentum.num.9
Reus si se minorem esse,in confessione iudici facta declarauerit vel aliter constiterit quid faciendum.nu.10
Minori reo curator datus ad quid interueniat.num.11
Iudex quæ debeat reum interrogare. num. 12
Reus si nolit ad interrogata à iudice respondere quæstioni subijcitur, & quid si torqueri non possit.num.13
Reus delictum aut negare,aut fateri tenetur,& si fateatur quid faciẽdum sit.num.14
Confessio partis superat omnem aliam probationem.num.14
Reo confesso terminus ad allegandas suas exceptiones assignandus est, & quare.num.15
Reus plures exceptiones potest aduersus suam confessionem allegare & quæ illæ sint.num.16
Reus si fateatur se occidisse , dicat tamen se id ad defensionem propriã fecisse an & quatenus valeat confessio.num.17
Reus an possit suam confessionem in totum reuocare,& quid si sit minor.num.18
Reus minor tunc restituitur aduersus confessionem semel factam cum probat se læsum,& quomodo id probetur.num.19

Reo negante delictum, ad alias species probationum recurritur, & quae illae sint. num. 20
Confessione rei recepta quid facere iudex debeat. num. 21

1 DElinquentem captum statim iudex committere debet cōmmētariensi idest carceris custodi, ipsum admonendo ne patiatur delinquentē cū aliquo loqui ne instruatur ad negandum & respondendum iudicis interrogationibus.

2 Et quam citius possit debet confessionem eius exigere & in acta redigere l. 1. in prin. de custodia reorum l. 4. & 6. titu. 29. p. 7. & iuramentum de veritate dicenda ab eodem recipere debet argumento tex. in l. 1. de iure iurando. nam reus in quacunque parte litis cogitur iuramentum subire l. 1. & 2. C. de iuramento calumniç l. 23. titu. 11. p. 3. l. Marcellus §. 1. ff. rerū amotarum l. lex Cornelia. §. hac lege. de iniurijs notat Bart. in l. inter omnes. §. recte in fin. de furtis communiter receptus secundum Clarum lib. 5. sententiarum. §. fina. q. 45. num. 9. Gomez. 3. tomo var. cap. 12. num. 5. & de iure regio est text. in l. 4. titu. 29. p. 7.

3 Vnde constat ipsum delinquentem teneri veritatem fateri sub pœna peccati mortalis, quia quodcumque mendacium iuramento firmatum peccatum mortale continet, vt late in titulo delictorum c. de periurio.

4 Nec obstat tex. in c. quis aliquando ver. item illud de pœnitentia d. 1. vbi habetur quod nemo tenetur delictum suum fateri facit text. in c. nullo. 12. q. 1. c non sunt audiendi 11. q. 3. quia illud procedit quando quis iniuste interrogaretur à iudice; nos autem loquimur quando iuste interrogatur, tenetur enim seipsum procedere ex D. Tho. 2. 2. q. 69. arti. 1. & ibi Caiet. Paludano in 4. dist. 19. q. 4. colum. 3. Nauarr. in. ca. inter verba 11. q. 3. concl. 6. & in Ma. cap. 18. num. 57. & capit. 25. num. 35.

5 Dicitur autem quis iuste interrogari quando omnia supra d. obseruata sunt idest, ex actis processus iam cōstat de delicto, & saltim semipleneprobatū est veluti per vnū testē oculatum omni exceptione maiorem, vel famam publicam aut vnum vel plura indicia plene probata, & hoc ei à iudice declaratū est ex

D.Thom.supra art.2.& ibi Caiet.Soto in titu.de ratione tegendi & detegendi secretum 2.membro q.7.Nauarr.vbi supra d.c. 25.num.36.

6 *Vnde licet iudex nõ teneatur copiam indiciorũ reo facere quidquid in contrariũ velit directoriũ iudicũ ecclesiasticorũ. 2.p.cap.14.nu.34.tenetur tamen attestationes vnius vel duorum testium nominibus supresis ipsi delinquenti legere, vt sibi cõstet legitime interrogari, vt resoluit Paz in praxi 1.tomo. 5.par.c.3. §.4.num.14.

7 Quod si iniustè interrogaret vt quia esset iudex incompetens vel recusatus vel ab eo legitime appellatũ, poterit reus veritatem occultare vtendo subterfugio verborum negãdo interrogationem prout in ea continetur:non tamen potest contra veritatem respondere, quia propter iuramentum peccaret mortaliter vt in teste resoluimus supra c.de inquisitione & docet Soto d.titu. membro 3.q.3.conclusione.6. Couarr. libr.1. var.cap.1.nu.2. Paz vbi supra n.16.

8 Pro hoc tamen periurio etiam si legitime interrogatus neget veritatem non poterit tanquam periurus puniri secundum Alexan.in additio.ad Bart.in.l.1. num. 1. de bonis eorum & neminem contradicere testatur Beroius q. 134.num. 3. & ita practicari affirmat Clarus d.q.45.num.10. Bosius in practica titulo de periurijs num.3. pœna tamen extraordinaria puniri poterit arbitrio iudicis ex Bart.in l.si duo patroni nu. fin. de iure iur.& ita decisum est in l.2.titu.6.lib.8.ordina.

9 Hoc autem iuramentum exigere debet iudex præsente tabellione qui omnia prout fiunt scribere,& in acta redigere tenetur:non tamen potest ipsi tabellioni receptionem iuramenti & examinationem delinquentis committere gloss. magistra in l. iubemus verbo aliud. C. de liberali causa Paz. d. §. 4. num.2.

10 Exacto autem iureiurando ante omnia interrogandus est reus,cuius ætatis sit,nam si maiorem se dixerit licet minor sit sibi præiudicat argumento text.in l.fin.de rel vendi l.1.vbi DD.C. si minor maiorem se dixerit,& si responderit minor se esse 25.annorum talisque ex aspectu apparuerit iuxta l. minor 25. annis ex aspectu.de minoribus in continentique iudex cõstituere ipsi curatorẽ debet, qui vocatur ad litẽ: vnũ videlicet

ex procuratoribus illius tribunalis, qui curam acceptet solemniter, præstitis fideiussoribus vt sibi à iudice decernitur, ne alias illusorium iudicium fiat. Quod cũ minor legitimam personam non habeat standi in iudicio l. clarum C. de autoritate præstanda confessio ab eo facta etiã sponte nullius momenti est sine curatore l. cum & minores C. si aduersus rem iudicatam l. 1. titu. 25. p. 3. l. 3. & 4. titu. 8. lib. 4. recop. notat Bart. in. l. fin. §. in pupillo nu. 2. ff. de verb. Menoch. de arbitra. casu. 268. num. 3. Gomez. 7. tomo. c. 1. num. 64. Plaça de delictis. ca. 32. num. 12. in fin. licet in Italia & alijs prouincijs contrarium in vsu esse testantur plures relati & sequuti à Claro d. §. fin, q. 50 num. 2. & q. 55. num. 12.

11 Est tamen aduertendum hunc curatorem dari minori solum vt authoritatem præstet confessioni ex alijs actibus iudicialibus non tamen vt eum instruat l. 3. titu. 30. p. 7. & ita necessarium non est quod cum minore confitente assistat vt aduertit Gomez supra, quia confessio ex sola assensu & conscientia ipsius minoris pendet l. custodias de publicis iudicijs l. si postulauerit. §. quæstio. de adulterijs.

12 Deinde procedere debet iudex interrogando ipsum reũ secundum circunstantias negotij & delicti. verbi gratia si agatur de homicidio vel percussione Titij facta, die Martij, interrogabitur reus si cognoscebat Titium vbi & ex qua causa, si erat amicus, aut inimicus, qua amicitia vel inimicitia, erat astrictus, & ex qua causa si aliquo tempore fuit cũ eo in rixa & si cũ offendit vbi & quomodo: vbi sit dictus Titius, quod audiuit de eo & quis eis talia retulit. Quibus præsentibus, vbi fuerit mense Martij, & si absens fuit à ciuitate vbi & per quot dies & cum quibus fuit negociatus & sic deinceps.

13 Quibus omnibus & alijs interrogatus reus respondere tenetur, quod si id facere recusauerit si qualitas personæ patiatur subijciendus erit torturæ ex Bald. in d. l. accusationum. num. 12. C. qui accusare non pos. Clarus d. q. 45. num. 6. quod si torqueri non possit factis tribus monitionibus, vt respondeat sub certa aliqua pœna, condemnabitur ad pœnam iuxta l. de ætate §. qui putauit & sequenti de interrogato. actio & ibi Bart. Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ Rub. 1. §. 7. n. 1, Folerius vbi supra.

14 In

14 In hoc igitur delinquentis examine necessarium est, quod vel reus confiteatur vel deneget delictũ, si confiteatur ad carcerem reducendus est donec causa tractetur & sententia feratur. l.2.C.de custodia reorũ quia licet in ciuilibus cõfessus in iudicio habeatur pro iudicato l.1.C.de confessis.

In criminalibus tamen licet confessio sufficiens probatio sit ad condemnandum: nulla enim alia clarior aut efficacior species probationis inuenitur, fortiorque multo ea, quæ per testes fit vt r. soluunt Romanus consil.329. Alex.consil.19. lib. 4.Felinus in cap.r.de exceptio:& in cap. cum super de re iud. Simancas de catholi institutio.Menoch.d. casu.268.

15 Necessarium est post confessionem delicti etiam sponte factam reo dilationem concedere ad allegandas suas exceptiones & defensiones, & ita praxis obseruat quod reo confesso datur terminus trium vel.6. dierum ad probandas suas defensiones ex Paz d.§.4. num. 23. quamuis enim delictum confessus sit plura potest in sui defensionem adhibere. contra propriam confessionem.

16 Primo, quod confessio coram iudice incompetente quæ non sufficiet ad probationem plenam delicti, quia iudicatur extra iudicialis ex Aret.consil.26.in fin.Alexan.in l.seruus. num.3.de iure iur.& in l.magistratibus de iurisdictione omniũ iud.Clarus d.§.fin.q.55.num.3.

Secundo allegari potest quod alias non constat de delicto, quo casu non nocet confessio, vt resoluimus supra, & probat text.in l.1.§.item illud ad Syllanianum.l.1.§.si quid vltro de quæstionibus.

Tertio potest allegare quod processus erat nullus quia iudex processit non seruato iuris ordine ex Claro d.q. 55. num. 13. Gomez.3.tomo.c.12.num.8.

17 Quarto allegari potest quod non fuit pura, sed cum certa qualitate, vt puta se Titi occidisse vel vulnerasse ad sui defensionem; ex hac enim confessione qualificata non esse imponẽdam pœnam ordinariam delicti testatur Abbas in c.auditis nu. 32.de præscriptio.Grãmaticus consil.69.in fin.docet communem Bosius titu.de confessis.num.20.& sequenti Clarus d.q. 55.num.16.

Sed ego in hoc contrariam sententiam puto veriorem con-

fessionem delicti qualificatam posse pro parte acceptari & pro parte repudiari atque ita reum qui fatetur occidisse ad sui defensionem teneri illam qualitatem probare, quia præsumptio est contra delinquentem quod fecit animo nocendi l. 1. C. de sicarijs cap. 1. de præsumptio. eo autem nihil probante perinde est ac si simpliciter confessionem fecisset se hominem occidisse ita Bart. in l. Aurelius, idemque fit num. 2. de liberatione legata Iason in l. vt vim num. 3. de iustitia & iure Menchaca de successionibus. §. 23. num. 23. Siman. supra tit. 63. num. 23. Clarus vbi supra num. 15. Decius in l. nemo ex his. de reg. iuris.

Quinto potest allegari quod iam super eodem crimine absolutus vel condemnatus est cap. super his de accusatio. docet communis relata per Clarum q. 57. per totam, tamen delictum esse mixti fori & iudex ecclesiasticus non puniisset sufficienter ipsum reū non impediret secularis in causa procedere vt eum sufficienter puniat vt resoluimus in titu. delictorū ca. de blasphemia in fine.

Sexto crimen esse præteritum, quia à tempore commissi criminis elapsum est tempus 20. annorum l. querela C. de falsis l. 5. tit. 7. p. 7. glo. 1. in l. libellorū §. fin. ff. de accusatio glos. 1. in. l. in cognitione. ff. ad Syllanianū & vbique communis Bal. de præscip. 4. p. 4. partis principalis Abbas in ca. cū haberet. n. 4. de eo qui duxit in matri. Gomez 3. tomo c. 2. num. 5. & in l. 76. Tauri num. 5. Clarus d. §. fin. q. 51. num. 1. & sequentibus quod non solum obtinet quando proceditur ad petitionem partis verū & quando iudex inquirit ex officio cōtra glo. in d. l. querelam probat text. in l. diuus la. 2. de custodia reorum vbi Albericus. l. 1. C. eod. l. pen. de publi. iudi. l. 2. C. de abolitionibus l. filius familias. §. veterani de procuratoribus c. qualiter & quando el. 2. de accusatio. Bart. Bald. Angelus & Salicetus in d. l. querela Gomez supra num. 6. & Clarus num. 2.

Itē allegare potest se pacē fecisse cū offenso vel eius hæredibus quæ operatur ne ordinaria delicti pœna nec corporali afficiatur l. 22. titu. 1. p. 7. & resoluimus late supra in c. de accusatione lauissime Clarus q. 58. qui q. 50. alias proponit rei defensiones.

18 In totum autem confessionem suam sponte factam reo nō per-

permittitur reuocare quia indignum est vt quod quisque voce sua confessus est id reuocet & testimonio suo resistat l. generaliter C. de nō numerata pecunia l. 1. C. de cōfessis docet vbiq; communis Clarus d. q. 55. num. 18. Simancas d. tit. 13. n. 7. nisi probet errorem qui confessioni causam dedit l. non fatetur de confessis. l. de ætate. §. fin, ff. de interrogatorijs actio. ca. fin. de confessis l. inde Neracius. §. vult. ff. ad l. aquil. Simancas & Clarus supra quod sine difficultate obtinet in maiore confesso.

Sed an minor. 25. annis quod delictum confessus est possit suam confessionem reuocare saltim impetrata restitutione maxime controuertitur quando nec de errore nec de sua innocē tia docere potest. Et vera resolutio est quod cū minor restituē dus nō sit nisi probet læsum l. nam & postea. 9. §. si minor de iure iur. l. quod si minor. 24. §. 1. l. nō omnia. 44. ff. de minoribus tenetur probare se læsum fuisse in confitendo vt aduersus confessionem restituatur & vt contra glos. & alios ibi in c. 2. de in integrum rest. lib. 6. docent Cinus in l. 1. C. de confessis Alex. & Casius num. 10. in d. §. si minor Sarmiento lib. 3. selectarum c. 13. Gabriel. titu de minoribus conclusione. 2. plures relati ab Sfortia de restitutione in integrum 2. p. q. 65. num. 30. vnde si læsioné probet restituendus erit d. ca. 2. de in integ. restitutione lib. 6. l. certum. §. in pupillo de confessis glos. in verbo de quo c. Romana. §. si autem de appellatio. lib. 6.

19 Probare autē læsionē dicitur quādo nullæ aliȩ probationes nec indicia contra minorē resultabāt vt docet Angelus in d. §. in pupillo laudatum à Iasone in d. §. si minor num. 7. & ibi Iason. nu. 10. Afflictis decisione. 208. Hippolito in l. 1. §. si quis vltro in fine & in l. de minore in prin. num. 33. de quæstionibus Dueñas regula. 259. num. 15. Bosio in practica titulo de cō fessis num. 69. Rolando consil. 51. num. 68. libr. 1. Mauritius de restitutione in integrum c. 158. Gregorius Lopez glo. . in. l. 4. titu. 19. p. 6. relati ab Sfortia d. q. 65. num. 37. licet contrarium doceat Gomez d. 3. tomo. c. 1. nu. 66. quod si aliæ probationes vel indicia sint contra minorem quod non videtur læsus nō restituitur vt fatetur omnes supra relati quod si post impetratam restitutionem iterum delictum fateatur amplius non restituetur ex l. fin. C. si sæpius in integrum restitutio postuletur.

20 Quod

20 Quod si reus neget delictum quod frequentius est, tunc necesse erit ad alias probationum species recurrere, scilicet ad depositiones testium, cum enim tres sint probationũ species, confessio, instrumenta & testes capit. cum ad sedem in fin. de rest. spolia. glos. verbo testes in cap. forus de V. S. & probatio per confessionẽ exclusa sit quia reus negauit, & per instrumenta iure excluditur quod delicta probare non possunt per instrumenta cap. cum in ecclesijs de maio. & obedi. Bart. in. l. in senatus num. 2. ff. ad Turpilianum recepta communiter secũdum Bero. in cap. at si clerici num. 4. de iudicijs Clarum. d. §. fin. q. 54. num. 1. necesse est ad tertium modum probandi scilicet per testes recurrere de quo agemus in cap. sequenti.

21 Si prius aduertamus recepta confessione rei statim iudicem iubere debere quod solemniter accusetur & accusationis proposita copia reddatur vt ei respõdeat, quia iuxta confessionem à se factam respondet & responsionis copia datur accusatori vt replicet, & replicationis copia datur reo vt duplicet & sic causa concludatur ad probationem & iudex profert sententiam qua eos admittit ad probandas intẽtiones, & exceptiones suas assignato breuiori termino, quam in ciuilibus intra quem testes ab vtraque parte producendi sunt vt iurent & examinẽtur ex Paz in praxi 1. tomo. 1. p. 8. tempore.

De probatione delicti & publicatione attestationum cap. octauum.

Summarium ad caput octauum.

Probationes in delictis quales esse debeant. num. 1.

Reus in criminalibus actore non probante absoluitur & si nihil praestiterit. num. 2

Reus ob defectum probationum absolutus, ab instantia tantum liberatur. num. 3

Reus aut puniendus ordinaria pœna aut absoluendus est, contra Tiraq. & quare. num. 4

Testes duo in criminalibus etiam plene probant. num. 5

Testes

1 IN delictis probationes claræ & concludentes requiruntur vt reus condemnetur l. singuli. C. de accusatio l.qui sententiæ.C.de pœnis l.fin. C. de probatio l.12.titu.14.p.1.l.26.titu.1.p.7.
2 Est enim in criminalibus admittenda regula, quod actore

plenè non probante reus & si nihil præstiterit absoluendus est l. qui accusare C. de edendo docet Iason in l. non est nouū num. 5. C. eod. titu. Clarus d. §. fin. q. 62. num. 1.

3 Sed quando reus absoluitur ob defectum probationis solùm absoluitur ab instantia iudicij & rebus sic stantibus: nam si postea appareant nouæ probationes iterum incusari posse docet Couarr. lib. 1. var. c. 1. num. 8. Rebufus ad constitiones regias in proœmio gloss. 5. nu. 118.

4 Et iure semper mihi placuit contra eam quam resoluit Tiraq. in titulo de pœnis temperandis causa. 27. sententia Sarmi. lib. 1. selectarum cap. 1. existimantis reum aut ordinaria delicti pœna esse puniendum, aut absoluendum. Nam si probationes concludentes sint condemnari debet: si autem plenæ non sint absolui debet, cum nullum medium detur inter fecisse vel non fecisse delictum.

5 Hac igitur de causa curare debet iudex si ex officio procedat vel accusator saltim duos testes producere, qui plene probent contra delinquentem & de eodem actu attestentur: duo enim sufficiunt in criminalibus sicut in ciuilibus l. vbi numerus. ff. de testibus c. quoties de testibus vbi Abbas glos. in capit. præsul. 2. q. 5. Abbas & communis in c. at si clerici de iud. Gomez 3. tomo. c. 12. num. 9.

6 Et ante omnia efficere debet vt testes examinati in summaria informatione ratificentur intra terminum probatorium alias enim nullam fidem faciunt ex doctrina Bart. in l. fin. ff. de quæstio. recepta ex Angelo de maleficijs ver. fama publica columna. 2. Abba. & canonistæ in ca. bonæ el prime de electione Paz in praxi 1. tomo. 5. p. cap. 3. §. 9. num. 1. fuerunt enim in summaria informatione recepti parte non citata & ante litis contestationem, ergo fidem non facient ex reg. cap. 2. de testibus cap. 1. cap. quam frequenter in prin. vt lite. non cōtestata.

7 Quod adeo verum est vt etiam si reus consentiat quod habeatur pro reproductis in iudicio plenario adhuc, nisi vere reproducti & examinati fuerint fidem non facient.

8 Quia reus in criminalibus nō potest suis defensionibus & termino probatorio renunciare argumento l. liber homo ad l. aquiliam l. lege Cornelia. §. fin. de sicarijs doces gl. verbo cū liceat in l. pactum inter hæredem de pactis Auendaño respon-

fo.11.num. 5. dicit communem Gomez d.3.tomo.c.13. num. 33.Paz.d.5.q.num.4.quæ doctrina verissima est quando reus accusatus esset de delicto,ex quo veniret imponenda pœna corporalis vel infamia.Secus si imponenda tantum esset pecuniaria,tunc enim bene poterit reus defensionibus & termino probatorio renunciare & habere testes pro reproductis & ita cotidie practicatur ex doctrina Imolæ in l. custodias de publicis iudicijs Gomez & Paz supra.

9 Hæc tamen reproductio & examinatio testium qui deposuerunt in summaria informatione ita facienda est ne testes varient & vacillent quod prima sua depositio & attestatio legenda est & eam dicant se ratificare,& si necessarium est de nouo deponere ex Bart.in l.eos qui num.6.ff.de falsis Hip.in l.ex libero homine anno.13.de quæstio.Paz d.5.9.num.6.& ita cotidie practicatur contra Bald.in l.fin. n.7. C. de testibus cuius doctrinam interpretatur decisio pedemontana num. 128. n.7. obtinere quando testes plene & perfecte examinati non fuissent in iudicio summario, sed vt diximus cõtrario iure vtimur.

10 Aduertendum tamen est quod vt testes examinati plene probent & concludentem faciant probationem debent congruam rationem reddere dicti sui per visum, vel per alium sensum corporeum quo actus percipitur super quo deponunt l.solemni vbi glos.ordinaria C.de testibus.authentico.de testibus.§.& licet colum.7.c.si testes.§.solam.4.q.3.& vbique communis Gomez 3.tomo c.12.num.9.Clarus q.53 num.22. sensus tamen visus generalis & communis est,vnde si testes deponant de visu super realio sensu perceptibili valet & concludit eorum depositio c.testes 3.q.9.& ibi glos.& cõmunis Abba. Feli.& alij per text.ibi in cap. cum communem de testibus Romanus in l.admonendi num.96.de iure iur.Bald.Salic.& ordinarij in d.l.solam.Vnde testes, qui deponunt de aliquo maleficio nocte commisso deponent quod eo tẽpore lucebat Luna vel quod eo loci erat lucerna qua potuerunt cognoscere vel discercere,alias enim nullo modo concludenter probant vt docet text.iuncta glos.in l.si cũ exceptione.§.in hac ff. quod metus causa & ibi Bald.& Angelus idem Bald. in l. Arcturia.ff. de statu hominum Hippolytus in l.1. nu.34. ff. de quæstio.& in rubrica.C.de probatio.num.107.& quamuis in ciuilibus nõ

teneãtur sui dicti rationẽ reddere, nisi de ea interrogẽtur iuxta glos. in d.l. solam & in d. cap. si testes §. solam. 43. Speculator. titu. de testibus. §. 1. num. 62. & ibi. Ioann. And. in additio. tamen in criminalibus tenentur reddere rationẽ sciẽtiæ quamuis non interrogati, alias non probant ex doctrina. Inno. cap. cum causam de testibus recepta communiter secundum Vigli. lib. communium opini. ver. testes in causis Clarum. d. q. 53. num. 22. & verissimum est in testibus qui contra reum deponunt: nã qui in eius fauorem etiam si rationem nõ reddant recte probãt si de ratione non fuerunt interrogati ex Claro vbi supra.

11 Requiritur etiã quod saltim duo testes de actis & delictis super quo deponunt contestentur concordando in loco tempore & persona, alias enim sunt singulares omnino, atque ideo plene non probant l. denuntiasse. 5. qui tamen. ff. de adul. l. qui sententia. C. de pœnis c. licet causam ver. quacumque deprobatio c. bonæ el primero ver. contra vero cap. cũ dilectus ver. & si tres de electione & vbiq; cõmunis Clarus d, q. 53. num. 18. Felin. in c. licet ex quadam columna. 3. de testibus. Gomez d. c. 12. num. 10. & licet in ciuilibus vnus testis de visu omni exceptione maior qui facit semiplenam probationem coniungatur cum fama publica legitime probata, & sic duæ semiplenæ probationes vnam plenã probationem faciant. l. quæro. §. fi. ff. de ædilitio edicto vbi DD. l. 11. tit. 34. p. 3. vbi Greg. gloss. verbo legitimis in l. 2. §. ætas. ff. de excusatio. tut. Alex. per text. ibi in l. Gallus. §. ille casus, tamen in criminalibus, quia clarissimæ probationes esse debent vt in prin. diximus, nõ iungũtur duę semi plenæ probationes glo. 2. in c. veniẽs. primo de testibus. Ancarra. in c. 1. de confessis.

12 Elapso termino probatorio si reus nec accusator nouas petant dilationes, procedendum est ad publicationem testium & attestationum vt resoluit Clarus d. §. fin. q. 40. num. 1. Paz d. c. 3. num. 10. quæ hac forma facienda est quod vnus ex litigantibus petat fieri publicationem & tunc iudex mandet petionem intimari alteri parti vt primo die iudicij venia ad videndam publicationem vel alleget causas quibus fieri nõ debeat, quæ citatio necessario est ex le. gesta cum ibi notatis C. de re iud. & in cap. consuluisti de officio deleg. l. 37. titu. 19. p. 3. vbi Greg. & si citatus non respondeat ad terminum accusanda est. eius con-

contumacia l. properandum. §. & siquidem vbi notauit Bald. C. de iudi. & tunc iudex lata sententia interlocutoria iubet fieri publicationem pronuntiando depositiones testium esse publicatas & apertas, iubet que earum copiam partibus exhiberi vt disputent & allegent super eis intra terminum sex dierum vt in l. 1. titu. 8. libr. 4. recop. & hæc in causis criminalibus grauioribus: nã in leuioribus alia praxis recepta est, quod quando admittuntur ad probationum datur terminus probationi, publicationi & conclusioni simul quem vulgo dicimus *con toda carga*, intra quem terminum & testes suos producere & in contrarios vitia & defectus allegare & probare debet & causam concludere communem, quo elapso iudex procedere potest, ad ferendam sententiam, quia sub tali termino omnes dilationes continentur.

13 Sed quamuis facta testium publicatione regulariter præclusa sit via probationis quia didicitis testificatis alij testes nõ sunt admittendi cap. fraternitatis de testibus l. 34. 37. & 39. tit. 16. p. 3. Socinus regula. 498. Matienços in dialogo relatorum 3. p. c. 46. tamen in causis criminalibus si iudex procedat ex officio poterit ad verificandum delictum contra reum & post publicationem & conclusionem in causa testes & omnes alias probationes recipere ex Bart. in l. 1. §. si quis vltro columna. 1. & in l. vnius. §. 1. de quæst. Salicetus in autẽtica. atqui semel C. de probatio. Aret. in d. c. fraternitatis num. 36. Hippolytus in practica. §. sequens. nu. 7. Gomez 3. tomo. c. 13. num. 34. ad instantiam tamen accusatoris id fieri non potest secundum supra relatos, resoluit Clarus d. §. fin. q. 61. nu. 2. & sequ. quod multo magis admittendum est quando testes producuntur ex parte rei ad probandum suam innocentiam l. vnius. §. cogniturus iuncta glos. ff. de quæstio. glo. fin. in l. pactum de pactis l. Arrianus de obligatio. & actio. Clarus ad d. ca. 3. §. 10. num. 4.

14 Imo post latam à iudice sententiam admittenda esset probatio rei si per euidentiam facti velit probare se esse innocentem, ostendendo delictum non fuisse commissum, vt probando hominem viuere quem se interfecisse accusabatur l. 1. §. si quis vltro vbi Bart. & communis de quæstio. Salic. in l. 1. nu. 2. C. de requi. reis Gomez d. c. 13. num. 33.

15 Et licet de iure communi quando post sententiam clare cõstat de innocentia rei iudex non posit latam à se sententiam reuocare, sed necessario, debeat principi rescribere d.§.si quis vltro, tamen attento iure regio iudici licet inconsulto principe sententiam reuocare l.4.titu.13.p.7, & ibi notat Grego.verbo, *dene lo quitar.*

16 Pacta autem restium & processus publicatione intra terminum publicationis quem diximus esse sex dierum ad summum accusator & reus allegare & proponere debent repulsas & obiectiones contra testes contrarios quas si iudex viderit esse legitimas sententiam proferet in erlocutoriam quæ eos admitteret ad probationem asignatorum, assignato termino peremptorio, qui dimidiam partem termini probatorij excedere non potest l.1.titu.8.lib.4.recop. Paz in praxi lib. 1. p.1.§. tempore num.7.&. 33.cum sequentibus.de iure autem communi opponendæ sunt testium obiectiones & repulsæ ante publicationem processus iuxta formã dictam in c. præsentium de testibus glos.& Abb.nu.3. Dec.2.in cap. 1.de exceptio. & hæ obiectiones probandæ sunt ante conclusionem in causa vt in d.c.1.de exceptio.c.cũdilectus de fide instrumẽtorũ Couar. in practicis c.28. n.5.& testes ad eorum probationem iurari & examinari debent, sicut in negotio principali excepto, quod contra eos non admittuntur exceptiones & repulsæ. Paz d. §. tempore num.37.

17 Hæ autẽ obiectiones aliquando respiciont personam ipsorum testium aliquando ordinem procedendi, aliquando ipsasmet depositiones ex Claro d.§.fin.q.33.num.15.&.16.

18 Prioris speciei est obiectio quod testis est inimicus accusati, quæ si probata fuerit testem repellet l. 3. de testibus & ibi gloss. ordinaria & communis l. 1. §.p. de quæstio.autentico de testibus.§.si vero quis dicat collatione 7. c.repellãtur. c. meminimus c.cum oporteat de accusatio.docent Gomez.3.tomo c.12.num.14.Clarus.§.24.nu.5.Menoch.lib.1.q.18. quod verissimum est, quando inimicitia est capitalis secus si leuis secundum Aret.nu.19. Aran.6.Felinus. 8.in d.c.cum oporteat adeo vt hæc obiectio contra testes locum habeat etiam in causis priuilegiatis, hæresis, læsæ maiestatis simoniæ & alijs summarijs in quibus regulariter non admittuntur repulsæ testium

ſecundum Maranram de ordine iudiciorum 6.p.actu.13.nu.16 Auiles in capitula prætorum c.25.gloſ 1.nu.8. vt probat text. in c.per tuas de ſimonia docet Bart.in l.in quæſtionibus. ff.ad. l.Iuliam maieſtatis Clarus d.num.7.Paz in praxi 1.tomo.1.p. tempore.25.

19 Item quod teſtis eſt mulier quia propter fragilitatem ſexus præſumitur varium mutabile vel falſum eius teſtimonium c.forus in fin.de V.S.c.mulierem.33.q.5.& vtrobique gloſ. & communis quod de iure canonico veriſsimum eſt, ſecundum Decium in l.fœminæ num.34.de reg. iuris Dueñas regula.35. in prin.Clarus d.q.4.num.4. nam de iure ciuili & regio mulier non prohibetur eſſe teſtis in criminalibus l. ex eodem de teſtibus l.qui teſtamento.§.mulier per argumentum ab ſpeciali de teſtam.Abb.in c.quoniá nu.2. de teſtibus & ibi Feli. nu. 1.Dueñas ſupra limitatione.2. Crotus in titulo de teſtibus numero.57.Clarus vbi ſupra num.2.etiam in capitalibus ex Gomecio d.c.12.num.13.Alex.conſil.11.nu.6.lib.1.

20 Item quod teſtis eſt de aſcendentibus vel deſcendentibus ipſius accuſatoris vel conſanguineus collateralis vſque ad quartum gradum propter affectionem, quam ad cauſam habere præſumitur l. teſtis idoneus de teſtibus l. parentes.C.eod. & ibi gloſſ.l.9.titu.8.lib. 2.fori.Gomez ſupra nume.15.quod obtinet etiam in affinibus vt cum communi reſoluit Aret. in. c.cum oporteat num.11.de accuſatio.Clarus d.q.28.num. 12. Villalpando in l.22.p.c.33.num.2.

Item quod eſt familiaris, vel domeſticus producentis l.idonei vbi gloſ.l.penul.ff.de teſtibus l.2. C.eod.quod limitandũ eſt quando tempore depoſitionis iam exierat de familia dum tamen non probetur fraus l.1.§.item nuntio de quæſt.Abb. in c.in litteris num.6.de teſtibus Bart.& communis in d. §. item nuntio Gomez d.num.15.

21 Item quod teſtis eſt infamis vel periurus l. 3. §. lex Iulia de teſtibus vbi gloſ.& Bart c.præterea de teſti.cogen.docet ex pluribus Clarus d.q.24.nu.13.c.paruuli .22.q.5.ca.quicunq; 6.q.1.c.teſtimonium de teſtibus ca.licet el primero de probatio.c.primo de crimine falſi l. 8.titu.16. p.3. ſed non ſufficit hoc opponere in genere, ſed neceſſe eſt ſpecificare cauſa & circunſtantias, quibus infamiam vel periurium contraxit vt re-

soluit Boetius decisione.321. num.7. Clarus d.q.53. num.2.
22 Item quod testis est socius criminis: non enim ei creditur contra Socium l.fin.C.de accusatio.l.quoniam liberi. C.de testibus c.veniens el primero eod.titu. cap.primo de confessis. cap.nemini.15.q.3.l.21.titu.16.p.3.cuius rei ratio proponitur in d.l.fin.& hoc obtinet regulariter: nā incriminibus exceptis socio criminis credendū est c.infidei fauorem de hæreticis in 6.& in crimine læsæ maiestatis ca.1.de confessis & incrimine falsæ monetæ l.4.C.de falsa moneta & in crimine sodomiæ; si quidem iure Regio eodē modo probari potest,scilicet crimen hæresis & læsæ maiestatis l.1.tit.12.li.8.recop.& generaliter in quibuscumque delictis,quæ verosimiter cōmitti nō possunt sine socijs socio credendum erit l.prouinciarumC.de ferijs vbi glos.& communis in d.l.fin. C.de accusationibus.
23 Secundæ speciei obiectiones sunt quod testes non deposuerunt intra terminum, item quod non iurati: item quod non sunt legitime reproducti in iudicio plenario Clarus d. q.53. numero.5.
Tertiæ speciei obiectiones sunt quod testis indepositione variauit vel falsum deposuit, quo casu nulla ei fides adhibetur secundum Alex.consil.142.num.10.lib.7.adeo vt nec in alijs articulis ei credēdum sit, quia iuramentum est quid indiuiduū vt docet Alexand.in l.si ex falsis nu.13.C. de transactio.Cota in memorabilibus ver. iuramentum est Albericus in titu.de testibus 3.p.princip. nu.25.Clarus d.q.53.num.8.

Caput nonum de tortura.

Summarium ad caput nonum.

Conclusum in causa quando dicatur, & quo modo conclusio fiat. n.1
Iudex post conclusionem in causa ad sententiam procedit, quæ tamen nisi diligenter inspecto processu nulla est.num.2
Reus non est quæstioni tradendus si legitime delictum est probatum, aliterque faciens iudex punitur.n.3.
Reus sine legitimis indicijs & sententia interlocutoria torturæ subijci non potest.num.4

Indi-

1 ELAPSO termino præstituto ad probandas repulsas testium partes cõcludunt in causa ad sententiam diffinitiuã. Conclusio enim in causa est quando partes dicunt se nolle amplius quidquã probare glos. ver. loquere in cap. significauerunt de testibus & verbo conclusum in c. cum dilectus de fide instrumẽtorũ gl. verbo concluserunt in autentico de testibus co lum. 7. §. quia vero collatione. 7. Maranta de ordine iudiciorũ 6. p. act. 15. num. 1. & in quacumque causa cõclusio necessaria est secundum Menoch. libr. 1. de arbitr. q. 35. num. 7. Paz in praxi 1. tomo. 1. p. 10. tempore num. 2. & fit forma sequenti, quod vnus ex litigatoribus petit à iudice vt causam habeat pro conclusa ad diffinitiuã & iudex mandat citare alteram partem ad primum diem iudicij & tunc profert sententiam interlocutoriam qua pronuntiat causam pro conclusa & partes citare iubet, vt compareant ad audiendam sententiam diffinitiuam primo die iudicij vel alio non feriato vt resoluit Paz d. 10. tempore num. 10. & sequentibus.

2 Facta igitur conclusione iudex procedere debet ad ferendam sententiã diffinitiuã prius tamẽ omnia acta processus diligenter & mature videre & inuestigare debet vt docet tex. in c. iudicantẽ. 30. q. 5. c. graue. 35. q. 9. alias enim si non viso processu & nõ examinato sententiam proferret, nulla esset ipso iure, & ideo quando statim & in continenti sententiam profert sententia nulla est secundum Bart. in l. prolatam num. 10. C. de ferijs & interlocutio. Hippolytus in practica. §. nunc videndũ. 33. Matienço in dialogo relatorum 3. p. c. 39. nu. 9.

3 Viso igitur processu si iudex animaduerterit legitime probatum esse delictum proferet condemnatoriam vt dicemus in c. sequenti, eo enim casu non sibi licet reum tormentis subijcere, licet delictum negauerit l. diuus. 9. de quæstio. §. quotiens. l. fin. C. eod. l. 1. tit. 30. p. 7. docent plures quos refert Clarus. §. fin. q. 64. num. 7. Couarr. in practicis c. 23. num. 5. Paz in praxi. 1. tomo. 5. p. §. 12. num. 5. quod si contra fecerit tenebitur in syndicatu ad pœnam arbitrariam iuxta doctrinam Menoch. de arbi. casu. 340. vbi congerit pœnas contra iudices, qui reos iniuste torserint.

4 Quod si delictum plene probatum non sit, sed semiplene

vel aliqua legitima indicia vrgeant contra accusatum tunc iudex antequam proferat sententiam interlocutoriam, qua declarat reum subijciendum esse torturæ, procedendum non est ad tormenta vrgentibus legitimis indicijs l. 1. in prin. & l. fin. de quæstio. vbi Bart. & cõmunis Paz d. §. 12. n. 36. Menoch. de arbitrar. quæst. 84.

5 Et licet iudicis arbitrio relinquatur quæ dicantur legitima indicia ex Meno. supra casu. 260. Rojas de hereticis 2. p. n. 291. Claro. q. 64. n. 12. tamen aliqua sunt certa & iure approbata indicia, quibus interuenientibus legitime proceditur ad torturã.

6 Primum indicium est si vnus testis deponat de visu gloss. in l. 2. C. ad l. Iuliam maiestatis recepta communiter secundũ Gomez. 3. tomo c. 13. num. 7. quod verissimum est si testis sit omni exceptione maior, vt cum Baldo resoluit Rolandus consil. 7. num. 3. num. 1. imo contra virum integræ famæ & opinionis non sufficeret vnus testis de visu. nisi simul alia indicia concurrant vt cum Bart. in l. maritus de quæstionibus resoluit Simancas de catho. institutio. titu. 65. num. 23. & 24.

9 Secundum indicium est fuga post cõmissum delictum hoc enim sufficit ad torturam. l. diuus Ad ianus de custodia reorũ. l. raptores. C. de episcopis & clericis Gomez d. cap. 13. nu. 10. & in l. 76. Tauri à num. 12. Clarus q. 21. à num. 18. quamuis cõtrarium defendat Curcius iunior in l. admonendi num. 49. de iure iur. Simancas vbi supra num. 29. in hoc enim multum tribuendum est iudicis arbitrio, qui attenta delicti qualitate & dignitate personarum fugæ, modo & tempore & alijs circunstantijs æstimabitur nunquid torturæ locus sit.

8 Tertium indicium est, fama publica quod accusatus commisit crimen, quando duobus testibus probari potest omni exceptione maioribus not. gl. per tex. ibi in l. de minore. §. tormento de quæstio. l. 2. §. quod dicitur de requirendis reis & ita cum alijs defendunt Gomez d. c. 13. num. 10. in fine, Simancas d. titu. 65. num. 34. Clarus d. q. 21. num. 1. & qui apud nos est text. in l. 3. titu. 30. p. 7. quæ sententia est verissima quando fama esset vehemens & frequens orta ex probabilibus indicijs & contra personam vilem & suspectam docet Bart. in l. de minore. §. plurimum colum. penul. de quæst, Baldus consil. 520. volum. 5. Grego. in d. l. 3. p. [illegible]

9 Quartum indicium est confessio extra iudicialis facta coram duobus testibus, qui si de eo deponant & maiores sint omni exceptione sufficit ad torturam, quia facit semiplenam probationem l. fin. de interroga. actionibus declarat Gomez d.c. 13. num. 18. & Simancas num. 27.

10 Concurrẽtibus his vel alijs legitimis indicijs iudex profert sententiã torturę à qua potest reus appellare quia affert damnũ irreparabile per difinitiuam L. 2. de appellatio. & appellationi deferri tenetur iudex nisi indicia tam aperta sint, vt dubitari non possit torturæ locum esse.

11 Confirmata igitur sententia torturæ per superiorem vel appellatione reiecta tanquam friuola iudex procedit ad executionem sententiæ & reũ supponit tormentis ordinarijs & vsitatis; nam nouis & exquisitis tormentorum generibus vti non debet: nisi tantum in atrocioribus, in quibus acerrima fieri debet indagatio l. 3. C. de episcopali audientia. Gregor. glos. pen. in l. 1. titu. 30. p. 7. Paz d. §. 12. num. 66. & 67. & genera tormentorum quibus Hispani vtimur refert Monterroso in practica titu. 4. fol. 50. & titu. 8. fol. 231. Paz vbi supra nu. 68. & sequentibus. Quãdo igitur executio torturæ facienda est iudex iubet reum deferri ad locum consuetum, & prius eum benigne admonere debet quod confiteatur delictum. Simancas d. titu. 65. num. 66. Paz d. §. 12. num. 91.

12 Quod si adhuc negare perseueret duo solet iudex protestare, primo si membrum ruptum fuerit vel in tortura mortuus fuerit non sibi, sed reo ipsi imputetur: quæ protestatio licet ordinaria sit & ideo nõ omittenda infructuosa tamẽ est: nã si iudex iniuste ad torturam processerit non eum releuabit protestatio: si autem iuste numquam teneri potest, etiam si reus in tortura decedat dũmodo modũ consuetum nõ excedat argumento l. Graecus. C. de adulte. l. aut damnum. §. hostes vbi cõmunis. ff. de pœnis Gomez. d. c. 13. num. 6.

13 Secundo protestari solet quod indicia & probationes nõ elidantur eius negatione, sed in suo robore & firmitate maneant, quæ protestatio ideo fit quod reus negando in tortura censetur indicia purgasse ac si nihil contra eum probatum esset, docet Albericus in l. ad itum. num. 2. de quæstio. & in rubrica C. eod. nu. 9. & ita totum mundum seruare testatur Boerius

decisio-

decisione.63.nu.12.Couarr.in practicis cap.23.num.5. Clarus q.64.num.38.Gomez d.cap.13. nu.18.sed si hæc doctrina vera est inutilis est talis iudicum protestatio: quia cum sit contraria iuri non potest effectum operari l.cum hæres.§.locator. ff. locati vnde an indicia purgentur suo loco infra dicemus.

14 His ita peractis iudex iubere debet tortorem vt reum torquere incipiat,qua in re est obseruandum reum dum torquetur non esse interrogandum specialiter & nominatim de delinquente,puta an ipse vel Titius delictum cõmiserit, sed generaliter an sciat quis illud delictum commisit: alias enim aperietur via mendacijs,sæpe enim rei iuxta interrogatores ponderant l. 1. §.quem tamen de quæstio.& ibi Bart. Angel.de malefi.ver.fama publica in fin.Greg.in l. 2.titu.30.p.7.& omnia quęcumq; reus dixerit vel respõderit scribenda sunt à tabellione & quomodo iudex torturã exequatur vt inde apparere possit, an modũ in torquendo excesserit,licet enim certus modus à iure definitus non sit verissimum est secundum boni viri arbitrium & secũdum qualitatem delicti & pœnæ & indiciorum grauitatẽ reum esse torquendum ex Claro d.q.64.num.33.& sic aliquãdo grauius aliquando leuius torquetur:aliquando iudex solum minatur deducendum esse ad locum torturæ spoliando eum vestibus & ligando : & aliquando procedet ad torquendum inspecta semper indiciorum qualitate,an proxima sint vel remota. Clarus vbi supra n.31.

15 Executione facta torturæ si reus confiteatur delictum statim tortura cessare debet,nisi & de socijs interrogetur. Sed adhuc talis confessio non ei nocet: quia pręsumitur facta metu tormẽtorũ,ideoq; requiritur,quod postea ratificetur,& approbetur sine tormentis l.1.§.diuus Seuerus & ibi gloss.Bart. ff.de quæstio.l.2.C.de custodia reorum c.1.t 5.q.6.l.7.titu.29.p.7. Abb.in cap.cum in contemplatione num.7.de reg.iuris Socinus in cap.qualiter & quando num.233.de accusationibus Boerius d.decisione.163.n.18.Clarus supra num. 40. Paz. d.§.12. numero.24.

16 Et talis ratificatio confessionis nõ debet fieri statim post torturam, quia cum duret dolor tormentorũ facta præsumitur metu torturæ & cum Bald.& Cino resoluit Cifuentes in l.79. Tauri Simancas d.titu.65.nu.71.spaciũ igitur temporis transire

ſire debet & intaxando ſpacium iudicis arbitrio ſtandum eſt ex Bart.in.d.l.1.§.diuus Seuerus num.4.Simancas d.titu.65. num.42.Clarus d.q.64.num.41. ſed apud nos communis practica eſt quod ratificatio fiat poſt diem naturalem.24.horarum ex Gomez d.cap.15.num.24.Simancas vbi ſupra Paz d. §.12. num.27.ex l.4.titu.30.p.7.& fieri debet extra locum torturæ vbi reus ad torquendũ inſtrumẽtũ videre nõ poſsit: ex Anton. Auguſtino in additionibus ad Angelũ de maleficijs ver. fama publica num.137.Clarus vbi ſupra num.42.

17 Quod ſi reus confeſsionem ratificet debet iudex ſtatuere aliquẽ breuem terminũ puta duorũ vel triũ dierũ intra quem omnes ſuas defenſiones alleget & probet cõtra propriam confeſsionem & ita communiter obſeruari teſtatur Clarus d.q.64. nu.44.quod ſi è contrario reus confeſsionẽ factã in tormentis reuocet aſſerendo metu tormentorum id dixiſſe debet iterum torqueri eadem forma, licet prima vice ſufficienter tortus fuerit l.repeti,ff.de quæſtio.reſoluit Hip. in practica criminali.§. quoniam num.7.Greg.in.l.4.titu.30.p.7. quod ſi iterum tortus delictum fateatur & iterum in ratificatione neget amplius torquendus non erit,niſi tantum in criminibus exceptis in quibus tertio torturam licet repetere d.l.4.p.docent Gomez d.ca. 13.num.26.Simanc.d.titu.65.num.76,& ſequentibus.

18 Quod ſi reus ratificari nolit ſuam confeſsionem iudex nõ debet cauſam indeciſam relinquere vt aliquibus videtur,ſed reũ definitiue arbitraria pœna condẽnare propter qualẽqualẽ illã cõfeſsionẽ factam in tormentis quod docet Bart.in l.vlt.ff. de quæſtio.Gomez d.capit.13. num. 28. ver. ſed his non obſtantibus.

19 Sin autem reus in tortura delictum neget ex Hippolyti ſententia ſupra relata videtur ſufficienter indicia purgaſſe & ideo definitiue eſſe abſoluendum ait Gomez d.cap.13. nu.28. Simancas d.titu.65.num.74.Sed contraria ſententia verior videtur,imo quod indicia & probationes in ſuo robore & firmitate maneant vt reſoluit ex alijs Auendaño in dictionario verbo *tormento* Villalobos in antinomia iuris littera.F.num. 12. Paz. d.§.12.num.10.& ideo condemnari ſolet pœna extraordinaria pro modo probationum & indiciorum ex Gramatico deciſione.8.Clarus.d.q.64.num. 38.

20 Quæ-

20 Quæstio autem contra negantem repeti poterit si prima vice sufficienter tortus non sit, aut grauissimum sit delictum & indicia proxima Simancas supra nu. 75. vel si de nouo noua superueniant indicia l. vnius. §. 1. de quæstio. Gomez supra Gregor. in d. l. 4. p. Clarus d. q. 64. in fine.

21 Aduertendum tamen est D. Augustum edidisse ne in omni crimine & contra omnem personam tormenta adhibeantur l. editum de quæstio. refert Siman. d. titu. 65. num. 62. & sic ad torturam deueniendum non est, nisi delictũ sit graue quo probato pœna mortis aut proxima imponenda sit argumento d. l. editum vbi communis Gomez d. cap. 13. num. 2. Paz d. §. 11. num. 33. & merito, ne ante probationem delicti grauiorem pœnam sustineat reus, quæ probato delicto esset ei imponẽda. Sed communi vsu receptum est vt tortura adhibeatur pro quocumque crimine, si pœna corporalis veniat imponenda, vt ait Clarus d. q. 64. num. 4.

22 Sunt quoque plures personæ, quæ priuilegium habent ne torqueãtur relati in l. 2. titu. 30. p. 7. per Cifuentes in l. 79. Tauri Bosius in practica titu. de indicijs à nu. 102. quas ad tres species reducit l. 4. C. ad l. Iuliam maiestatis. aut enim priuilegium habent propter militiam, aut propter genus, aut propter dignitatem.

23 Propter militiam non torquentur milites, l. desertorem. §. 1. de re militari. l. militem C. de quæstio. quod intelligendũ non est de simplicibus militibus huius temporis, qui cotidie torquentur sed de capitaneis & alijs qui in exercitu officiũ vel administrationem habent docet Bossius d. titu. de indicijs nũ. 108. Clarus supra num. 189.

24 Propter genus nõ torquentur nobiles quos dicimus *hidalgos*, d. l. 4. l. 2. titu. 30. p. 7. vbi Greg. l. 13. titu. 7. lib. 2. l. 4. & 5. titu. 2. lib. 6. recop. docet Otalora de nobilitate 5. p. ca. 1. n. nu. 4. Garcia eodem titu. glos. 1. num. 10. Paz d. §. 11. num. 44. & ita apud nos practicari testatur Couarru. 1. lib. variarum ca. 9. nũ. 4. sed in Francia nobiles indistincte torqueri refert Benedictus in ca. Raynuntius verbo, mortuo itaque el primero n. 222. Tiraquel. de nobilitate cap. 20. num. 34.

25 Propter dignitatem non torquentur, decuriones, senatores, & alij positi in dignitate l. diuus. l. decuriones. C. de quæ-

stio.l.omnes.33.C.de decurio.lib.10.l.seueram C.de dignita. lib.12.hodie autem de consuetudine hoc priuilegium decurionibus non seruari ex pluribus resoluit Clarus d.q. 64. num. 20.alijs tamen in dignitate constitutis seruatur vt feudatario licentiato resoluit Clarus supra num.17.Paz d.§.12.num.47.

26 Hinc exorta est quæstio, an clericus torqueri possit cum habeat dignitatem sacerdotalem,& verius est posse ex ca.1. de deposito Clarus supra num.24.Bernard. Diaz in practica cap. 126.& ibi Salzedo Simancas d.titu.65. num.46. Paz num. 45. Villalobos in ærario comm.opnion.lit.C.num.68.

27 Item torqueri prohibentur impuberes, & senes in ætate decrepita l.1. l. siquis ingraui l.de minore de quæstio.& mulier prægnans l. prægnantis.ff. de pœnis, vbi late Rebusus in repetitione.

Caput vltimum, De prolatione sententiæ & eius executione.

Summarium ad caput vltimum.

Sententia absolutoria rei, quomodo à iudice proferatur. num.1

Sententia condemnatoria quo modo olim, & quo hodie pronuntietur. num.2.

Sententiam condemnatoriam aliquando licet iudici moderatiorem quã ius statuat proferre. num.3

Sententia condemnatoria qualiter reo intimanda sit, quid quando post intimationem fieri debeat num.4

Sententiam condẽnatoriam statim esse executioni mandandam, quod dicitur, quo modo intelligatur. num.5.

Appellatio quibus casibus non sit admittenda num.6

Executio sententiæ qualiter fiat. num.7

Damnato ad mortẽ sacramẽta omnino dari debere Pius V. statuit. n.8

Rei non debent eodem die, quo Eucharistiam acceperunt, vltimo affici supplicio. num.9

Reus si nolit sacramenta suscipere, iudex quid faciet. num.10

Executio sententiæ die non nocte & in consueto loco facienda est & quando liceat locum ordinarium supplicij mutare. nu. 11.

Exe-

Executio sententiæ per carnificem fieri debet & quid si carnifex non reperiatur, num. 12.

Delinquentis cadauer quomodo sepulturæ detur, & quando sepelire non liceat, num. 13.

1 Quibus casibus iudex absoluere debeat accusatū & quibus delinquentem condemnare, abunde dictum est in duobus capitibus præcedentibus, vnde solum superest formam vtriusque sententiæ absolutoriæ & condemnatoriæ præscribere; quando igitur reus absoluendus est, quia suam innocētiam plene probauit iudex profert sententiam, qua ipsum in totum absoluit & aliquando ipsum accusatorem in expensis condemnat iuxta supra tradita in cap. de denuntiatione & à Claro. q. 62. nu. 4. sed si reus obsoluatur ob defectum probationū tunc solum absoluitur ab instantia iudicij, vt diximus c. 8. in prin. docet Clarus d. q. 62. num. 1.

2 Quando autem condemnandus est tunc de iure communi sufficit sentētia declaratoria qua iudex declarat accusatum cō misisse delictum. l. 1. §. nam si quidem vbi glos. & communis. ff. ad Turpil. Abb. in cap. nisi speciali de officio delegati Ancarranus in cap. 1. de homicidio in 6.

3 Sed apud nos ferenda est sententia condemnatoria, in qua exprimatur pœna quam reus pati debet expressa scilicet à iure, quātūmuē licet iudici ex pluribus causis temperare, quas late congerit Tiraquel. in retractu de pœnis temper. per totum Auendaño de exequen. mandatis 1. p. c. 7. n. 7. & 2. p. c. 16. n. 11.

4 Hæc igitur sententia condemnatoria statim intimanda est reo à tabellione & eius appellatio vel responsio in actis redigenda est.

5 Et quamuis vulgaris regula sit sententiam capitalem vel pœnam corporalem imponentes statim esse executioni mandādam l. si quis forte. ff. de pœnis l. cum reis C. eodem cap. sicut 2. q. 1. l. 5. titu. 17. p. 3. l. 1. titu. 9. lib. 2. fori quam consuetudinem esse receptā & apud Hispanos & fere in toto orbe Christiano, hactenus obtinuisse testantur plures quos refert Clarus d. §. fin. q. 46. num. 1. Couarr. in practicis. c. 23. num. 5. Paz. d. §. 12. num. 123. Verius tamen est eam regulam obtinere quando sen-

tentia

tentia transiuit in rem iudicatam l. additos C. de appellatio. Bart. in l. qui vltimo in fin. ff. de pœnis Bosius in practica titu. de executione sententiæ num. 1. Gregor. d. l. 5. p. Paz supra nu. 177. tum. quando ex legis dispositione appellationi non est deferendum, puta quando reus conuictus & confessus est l. 2. C. quorum appell.

6 Et plures casus in quibus appellatio non est admittenda cōgerit Speculator titulo de appellatio. §. in quibus. Hippolytus in l. vnica à num. 128. C. de raptu virginum Maranta de ordine iudiciorum 6. p. cap. de appellatione à num. 169. Diez regula 35. & 38. & ibi Salzedo Gomez d. c. 13. num. 31. Couar. d. cap. 23. à num. 5.

7 Quando autem executio sententiæ facienda est iuxta supra tradita si pœna tamē sit corporalis puta quod reus fustigetur tradendus est reus executori, quē vulgo dicimus, *aguazil mayor*, ad cuius officium spectat iuxta formā in sententia præscriptam pœnam exequi; si autem pœna mortis sit, laudabilis est cōsuetudo quod per aliquē religiosum virum sententia reo intimetur, qui reo mortem denuntiet & hortetur ad patientiā & pœnitentiam peccatorum ex Iacobo in practica ca. 150. nu. 3. Clarus d. §. fin. q. 99. nu. 1.

8 Et licet de iure permissum esset sacrosanctam Eucharistiam reo ad mortem damnato præberi vt in ca. quæsitum. 13. q. 2. tamen in Gallia & in Hispania hoc non seruatur vt referunt Ignæus in l. 1. in princ. ad Sylania. Gomez d. 3. tomo. ca. 14. nu. 8. & inde manauit motus proprius Pij V. quo sub grauissimis pœnis omnes iudices hortatur ne capitales pœnas exequantur, nisi prius reos sacramentis pœnitentiæ & Eucharistiæ Deo reconciliauerint.

9 Quo casu in tanti sacramenti reuerentiam non debent rei in eodem die vltimo supplicio affici ex Claro d. q. 99. nu. 3. & ita practicatur.

10 Quod si reus nolit peccata cōfiteri nec Eucharistiam accipere omni diligentia debet curare iudex vt id efficiat, l. Archigerontes. C. de episcopali audi. Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ. §. 2. num. 125. quod si adhuc contumaciter persistat facta monitione satisfecisse creditur motui proprio, non debet supersedere in executione ex Claro q. 97. nu. 4. nu. 1

11 Qui-

11 Quibus ita peractis executio pœnæ capitalis publice fieri debet die & non nocte vt supplicium sit delinquenti & exemplum alijs vt in l. 9. titu. 16. p. 3. l. fin. titu. 31. p. 7. debetque fieri in loco consueto & à die deputato secundum DD. in l. pen. ff. de iustitia & iure. nisi in atrocioribus, in quibus licet iudici in loco commissi delicti, furcas erigere ex text. in l. capitaliũ. §. famosas de pœnis docent Bald. in l. 1. C. Nili aggeribus non rumpendis Socinus in c. qualiter & quando num. 160. de accusatio. Clarus d. q. 99. num. 6.

12 Hæc autem executio fit per carnificem vel ministrum iustitiæ ad id deputatum, quod si in ea ciuitate carnifex, non sit, ex alia vocandus erit vel poterit iudex hominem ciuilem cogere vt carnificis officio fungatur, ex Bart. in l. fin. §. Titius num. 3. de pignora. actione Bossius in practica titu. de carnifice Clarus d. q. 99. num. 4.

13 Facta igitur executione de iure non licet cadauer sepelire nisi habita licentia à principe. ff. de cadaueribus punitorũ, hodie autem sufficit licentiam à iudice impetrare ex communi secundum Gomez d. cap. 14. num. 8. aliquando tamen propter immanitatem criminis in frusta scinduntur cadauera & membratim diuisa per vias publicas pendere permittuntur & aliquando in loco patibuli relinquuntur integra quod frequentius fit in damnatis *por los alcaldes de la hermãdad*, vt testatur Ignaeus in l. 1. §. sibi manus n. 50. ff. ad Syllanianũ Clarus d. §. fin. q. 100. n. 1. & cum his absoluitur caistud & totus titulus ad Laudem Domini nostri Iesu Christi & B. Mariæ Virginis matris eius.

L A V S D E O.

INDEX LOCVPLETISSIMVS EORVM,

quæ in hoc opere continentur, in quo litera. P. tractatum de pœnis delictorũ, litera vero M. tractatum de modo procedendi ostendit, item prior numerus caput, secundus numerum demonstrat.

Adul-

De-

Ex-

H.

Hæ-

quam

Lex

pro

Pœ-

R.

pœ-

 tiare

S.

Simo-

Sodo

tibus

T.

Tor-

V.

INDEX.

FINI

INDEX CAPITVM, QVÆ in tractatu de pœnis Delictorum continentur.

INDEX

INDEX

Capitum, quæ in tractatu de modo, seu ordine procedendi, in causis criminalibus, continentur.

FINIS.

TRACTA-